Bibliotheca



Palatino
Düſseldor-
piensis.

IO. HENR. CH

IVRIVM P. P. O.

EL

IVRIS

PRIVA

EX IPSIS

BIBLIOTHE

ET ST

E

PRIORIBVS

KOENIGL.
BIBLIOTHE
ZU
DUSSELDORF

SVMTIBVS I

IO. HENR. CHRISTIANI DE SELCHOW. D.
IVRIVM P. P. O. ET ADSESSORIS FACVLTAT. IVRID.
GOETTINGENSES

# ELEMENTA IVRIS GERMANICI PRIVATI HODIERNI

EX IPSIS FONTIBVS DEDVCTA.

PRAEMISSVM SPECIMEN
BIBLIOTHECAE IVRIS PROVINCIALIS
ET STATVTARII GERMANICI.

EDITIO TERTIA
PRIORIBVS AVCTIOR ET EMENDATIOR.

KOENIGL: BIBLIOTHEK ZU DUSSELDORF

HANNOVERAE
SVMTIBVS IOANNIS GVILIELMI SCHMIDT
MDCCLXVII.

D. R. 7

1402 681 01

ILLVSTRISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
D O M I N O
GERLACO ADOLPHO
LIBERO BARONI
DE MVNCHHAVSEN
DOMINO STRAVSFVRTHI,
RELIQVA,
AVGVSTISSIMI
MAGNAE BRITANNIAE REGIS
AD REGENDVM
ELECTORATVM BRVNSVICO-LVNEBVRGICVM
PRIMICERIO STATVS ADMINISTRO
ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE CVRATORI

SPLENDIDISSIMO

MAECENATI SVO INDVLGENTISSIMO

NOVAM HANC

ELEMENTORVM

IVRIS GERMANICI

EDITIONEM

DEMISSISSIMO DEVOTAE PIETATIS OBSEQVIO

ET CONCEPTIS PRO SALVTE

ILLVSTRISSIMI HEROIS

VOTIS ARDENTISSIMIS

SE SVAQVE OMNIA REVERENTER

COMMENDATVRVS

DAT DICAT DEDICAT

IOAN. HENR. CHRISTIANVS DE SELCHOW.

# PRAEFATIO PRIMAE EDITIONIS

CONTINENS

# HISTORIAM

## SYSTEMATVM ET COMPENDIORVM IVRIS GERMANICI.

Quinquageſimus hoc ipſo tempore annus eſt, cum GEORGIVS BEYERVS, excellentis vir ingenii, et iudicii probe ſubacti, Vitebergae partem mediam et vltimam Pandectarum docere iuſſus, eumdem tamen laborem ſic ſatis bene a collegis occupatum ſentiens, ad aliam plane ſcribendi docendique viam delapſus, primus exſtitit, qui auditorum coronae ſelectiſſimae perſuaderet, ius patrium adcuratius multum tractandum eſſe, quam quidem adhucdum factum eſſe animaduerte-

ret 1). Nata inde eſt iucunde ac ſolide conſcripta BEYERI *delineatio iuris Germanici*, quam ex ſchedis conſultiſſimi viri MICH. HENR. GRIEBNERVS 2) et CHRISTIANVS GOTHOFREDVS HOFFMANNVS 3), magni et in hoc ſtudio, et felices partus Beyeriani fautores, ediderunt.

1) vide EIVS diſquiſitionem *de vtilitate lectionum academicarum in iuris Germanici capita.* p. m. 29.

2) Hal. 1718. 4.

3) Lipſ. 1729. quae editio repetita eſt ibidem 1740. 4.

Et praeſtitit ſane Beyerus, quod neſcio ante ipſum an vllus efficere conatus fuerit, vt nempe Germaniam iurisprudentia ſua domeſtica, ſicut olim eadem deſtituta non erat 4), ita nec hodie regi deſiuiſſe, manifeſtum redderetur. Scilicet qui Beyerum aetate antecedunt ICti tantum non omnes ea mente praediti fuerunt, vt in euulgandis ſapientiae Romanae placitis omnem omnino ingenii humani vim conſtitiſſe putarent et eluxiſſe. Parum ergo abfuit, quin patria omnia ipſis ſorderent. quid? quod abſurdiſſimo conatu, quas leges in Germania natas et tritas vſu fori eſſe intelligerent,

eas-

eaſdem tamquam emendatrices iuris com- munis peregrini, ſtricte interpretandas eſ- ſe voluerunt, eoque ſuperſtitioſum plane, quo canonum iura et Quiritum placita pro- ſequebantur, cultum pertinere voluerunt, vt ad ipſas Principum illuſtres controuer- ſias easdem adcommodarent auſu quam maximo temerario 6). Et tametſi CONRINGII, HERTII, FRITSCHII, MEVII, STRYKII, COCCEII, SCHILTERI, KVLPISII, THOMASII, et ſi qui ſunt alii, qui tamen pauci ſunt ante Beyerum, exemplis doceri poterant, longe aliam docendae ad- plicandaeque ad fora Germaniae ineundam eſſe iurisprudentiae rationem; pauci tamen eorum exemplum ſequi ſuſtinuerunt. So- lida ergo huius rei gloria Beyerum manſit, qui primus, quantum ſcitur, non quidem fouit ius patrium, quod iam ante ipſum fe- cerunt ICtorum nonnulli probe egregie- que cordati, verum lectionibus academicis illuſtrandum in ſe ſuſcepit.

4) conferendum hac de re eſt elegans pro- gramma IO. HENR. BOCRISII *de Germa- nia iurisprudentia ſua domeſtica numquam deſtituta*, quod in honorem IO. GE. STA- PFII conſcriptum Bambergae 1747. et re- cuſum Lipſiae 1749.

5) Puerilia ſunt; quae ſuper ea re diſſerunt veterum quidam, ineptiſſimi homines, et ſolo nomine ICti honorem tuentes. Quid abſurdius, quaeſo, eſt BERTAZZOLO conſil. crim. 175. num. 13. cum ait: *ſtatuta ſunt ſterilia, tamquam mulae, quae non pariunt, et ideo ſtricti iuris et ſtricte intelligenda*, aut GRIVELLO *deciſ. 86. n. 25.* qui docet *ſtatuta proprie et iuxta corticem immo iudaice eſſe intelligenda*, vt taceam infinitas aliorum hominum ineptias. longa enim eſt haec fabula.

6) illuſtris eſt HERMANNI CONRINGII, ſummi viri, cum IOANNE OTTONE TABOR, de iuris publici iuſtinianei in Germania auctoritate, concertatio. Sane quemadmodum Tabor cum ſuperos flectere nequiuiſſet, Acheronta mouere niſus ſit, ipſe docet optimus CONRINGIVS in calce libri principalis *de origine iuris germanici* p. 273 ſqq.

Ceterum ſicut Beyerus non plenum aliquem egregii iuris guſtum, ſed qualemcumque tantum eius rei ideam dare voluit; ita multa huius diſciplinae capita poſteriori tempore in clariori luce collocata non vnum Beyeri ſucceſſori ſpicilegium relinquunt, praeſertim quum ipſe non paucas materias aut plane intactas aut adfectas ſaltem reliquerit, rationemque iuris Saxonici et ſpeculi ſueuici potius quam omnem Germaniam

maniam

maniam aut recentiores ſingularum prouinciarum ordinationes ſequutus eſſe videatur.

Poſt Beyerum ſimile quid tentauiſſe videtur IOANNES FRIDERICVS POLAC, edito *ſyſtemate iurisprudentiae ciuilis germanicae antiquae* 7), qui ſuaſu auctoritate, et ope Hoffmanni illud ipſum opus adgreſſus eſt. Et hic ſane laudatiſſimus auctor non illud quidem egit, vt ſyſtema aliquod iurisprudentiae germanicae hodiernae in publicum exponeret, qui nempe antiquiſſimas tantum Germanorum leges ad ſaeculum XII. in iuſtum aliquem ordinem laudabili conſilio collegit. Additurus idem erat *ſyſtema iurisprudentiae germanicae mediae*, quod ex fine praefationis adparet, quod tamen lucem nondum vidit.

7) Lipſ. 1733. 4.

Deeſſe videbatur liber, qui iuſto ordine potiora iuris patrii capita omnia percenſeret, cuius cupiditatem mouerant Beyerianae dapes, pleno tamen conuiuio lectorem haud excipientes. Cuius rei perficiendae difficultas cum maximi nominis ICtos ab eius molimine deterreret, repente deſiderio huic ſatisfacere ſtuduit IOAN-

NES GOTTLIEB HEINECCIVS, elegantiſſimi vir ingenii, qui *Elementa iuris germanici tum veteris tum quod hodie in ipſis obtinet rerum argumentis* edidit 8). Sane ſi quo vmquam, hoc certe, opere copioſam maxime doctrinam vniuerſis iuris patrii amatoribus luculentiſſime comprobauit. Et profecto iis in capitibus, quae a Thomaſio ante fuerunt aut Ludewigio pertractata, vix quod addatur, deprehendere liceat. De cetero ſi ea, qua decet, animi ingenuitate, iudicium de hoc, praeclaro ceteroquin, Heineccíano opere inferre liceat, eum libello titulum praefixum eſſe puto, qui vsque quaque non conuenit cum materiis, quae in eodem pertractatae eſſe intelliguntur. Sicuti enim auctor in ſe maximo antiquitatis amore tenebatur, eamdemque iuris ſaepe nomine in foro hodiedum obtinentis, proponere non dubitabat, ita in hunc potiſſimum librum, quidquid ex antiquitate ad illuſtrandam iurisprudentiam domeſticam adhiberi poteſt, id quidem omne incredibili plane induſtria coniecit, vt non dubitem, ipſum profecto opus potius *antiquitates iuris germanici*, quam elementa iuris germanici 9) inſcribere. Quae enim ex ſpeculis ſaxonico et ſueuico 10), legibus

bus Germanorum antiquiſſimis 11), ſalica nempe, et quae ſunt aliae, ſcriptoribus medii aeui, quin ipſis adeo Romanorum optimis auctoribus ad hunc finem propoſuit, ſicuti principem operis partem continent, ita non poſſunt alium quam antiquitatis vſum, egregium ceteroquin et ſine exemplo magnum, perhibere; vt taceam ab hoc etiam tempore, quo elementa haec heineccian in publicum prodierunt, inſignia iuris germanici capita v. c. quae de ſtatu nobilium, burgenſium cet. exponunt, pleniori luce illuſtrata eſſe, et curatiorem adeo explicationem omnino deſiderare. Deinde vero, cum inſignis libri moles inſtitutionum academicarum magnitudinem omnino excedere videatur, iuris potius antiquioris germanici aliquale ſyntagma quam iuris hodierni et in foro obtinentis elementa propoſuit, neque adeo, quem modo notaui, defectum ſuppleuit.

8) Halae prodiit elegantiſſimum opus, et quidem Tom. I. a. 1736. ſtatim diuenditus et repetitus typis, Tomus II. vero a. 1737. 8.

9) maximam adhucdum eſſe ſpeculi ſaxonici auctoritatem equidem non diffiteor, ſed eamdem tamen maiorem non puto iure conſuetudinario, quod quum in diſceptationem venit,

nit, ſemper probatione muniendum eſt. cf HENR. ERN. KESTNERI problemata *de defectibus iuris communis in republica germani.* Rint. 1737. praeſertim probl. IV. quod *de auctoritate ſpeculi ſaxonici et ſueuici* agit, p. 98 ſqq.

10) mea quidem non omnino facio, quae STEPHAN. CHRISTOPH. HARPPRECHT DE HARPRECHTSTEIN *de ſpeculi ſueuici et praeſertim iuris feudalis alemannici in foris vicariatus Sueuo-Franconico-Palatini non vſu moderno.* Kilon. 1723. diſputauit, ſed eamdem tamen, quam de ſpeculo ſaxonico propoſui, regulam hic etiam obſeruandam eſſe putauerim.

11) quaedam ad hunc locum per tranſitum dixi in diſſ. *de matrimonio nobilis cum vili et turpi perſona, praeſertim ruſtica* §. 9. p. 17.

Ne tamen quiſquam me antiquitatis germanicae aut odio aut contemtu teneri ex iis, quae occaſione Heineccii propoſui, putet, ſancte ego conteſtor, me antiquitatis 12), ſi quo vllo, hoc certe in ſtudio rationem haberi debere, quam maxime putare neceſſarium; cum nemo temere in hac arte quidquam profecerit, niſi qui antiquitatis germanicae theſauris probe onuſtus ad haec ſacra acceſſerit 13). Sed tamen, niſi me omnia fallunt, in eo tantum non omnes,

qui

qui res germanicas, qua foro celebrantur, tractant, amice, credo, conſpirabunt:

(1) antiquitatem germanicam differre ab ipſo iure, quod olim in Germania natum; et ad hunc vsque diem fori obſeruantia perductum eſt.

(2) in iis libris, qui ius fori germanici exponunt, aut plane omittendam eſſe aut ſaltem illuſtrationis neceſſariae cauſſa tantum adhibendam eſſe iuris patrii antiquitatem omnem. Neque profecto haec eſt poſtrema contemti iuris patrii cauſſa, quod qui ſe ius domeſticum tractare profiterentur, excuſſis omnibus antiquae eruditionis theſauris nihil tamen, quod in foro obtineat, aut certe parum, prae reliquae tractationis mole, proponere ſolerent. Cum enim his ipſis doctrinis imbuti qui eſſent, easdem ad ſubſellia iudicum transferre cogitarent, iniuncta ipſis conſeruati iuris antiqui probatio eſt, cuius difficultatibus omnino deterriti illud ipſum, quod addidicerant, ius germanicum, antiquitate contineri, neque vſu fori admodum celebrari clamitantes, iurisque ſcripti Romani et canonici auctoritatem in

in oculis habentes iuri patrio fraudi et praeiudicio fuerunt 14). Viderint ergo, qui antiquitatis doctrinam ipſi iuri patrio admiſcent, an non ipſi iuri, quod colunt, ſuſpiciunt ac venerantur, praeiudicio ſint quam maximo 15). Sed haec occaſione Heineccii.

12) omnem antiquitatis germanicae ambitum nemo, me iudice, felicius emenſus eſt IO. GE. CRAMERO, qui abſolutiſſimam dedit commentationem *de coniungendo iuris et antiquitatum germanicarum ſtudio huiusque ſubſidiis et adiumentis*. Lipſ. 1729.

13) praeclare, vt omnia, hanc rem tractauit patrii iuris omnisque antiquitatis conſultiſſimus et, ſi quis alius, feliciſſimus etiam vindex IO. CAR. HENR. DREYER *de vſu genuino iuris angloſaxonici in explicando iure cimbrico et ſaxonico*. Kilon. 1747. 4.

14) eleganter hoc oſtendit vir meritis illuſtris IO. SAM. FRID. BOEHMERVS in diſſ. *de praeiudicio iuris germanici in cauſſis priuatis* §. 3. p. 7 ſq.

15) cf. IO. HEVMANN *de iuris germanici ſtudio vtiliter perſequendo* §. 12. in praefat. ad Tom. I. exercitat. p. 11 ſq.

Sub hoc ipſum tempus, quo naſcebantur elementa heineccaiana, aliud Ienae prodiit opus ICti praeclare meriti IO. RVD. EN-

ENGAVII qui *elementa iuris germanici ciuilis*, *veteris pariter atque hodierni* emiſit. Elementa haec Engauii, viri induſtrii, ſi praeſertim primam ipſorum editionem ſpectaueris, maximam partem Heineccio debentur, licet editiones, quae primam ſequutae ſunt, ad vſum fori magis adcommodatae ſint. Equidem egregium hunc Engauii foetum quantiuis pretii eſſe puto, non tamen eum, qui ab omni omnino naeuo immunis ſit. Primo enim beatus vir multa in librum contulit, quae iuris priuati non ſunt, et ad alias magis diſciplinas ableganda ſunt, quo pertinet v. c. doctrina de feudis, viis regiis, iure conducendi, poſtis, pontibus regiis et quae ſunt huius generis alia. Tum vero multa, quae aperte iuris peregrini diſpoſitioni debentur, pro germanicis venditauit, quo potiſſimum refero ea fere omnia, quae de contractibus diſſeruit, vt alia loca clare illud ipſum docentia taceam. *Deinde* vero iura vni alterique tantum prouinciae aut vrbi ſcripta vniuerſim valere perhibet, quod ſaepiſſime in ſpeculo vtroque, iureque cum hamburgenſi tum lubecenſi factum eſt. *Tandem* vero Engauianum hoc opus ex fonte vnde hauſtum eſt Heinecciano, antiquitatis mul-

tum

tum quin nimium trahit, ex quibus certe omnibus hoc adparet, Engauium quidem omnes qui ante ipſum manum operi admouerunt, vtilitate ſuperare, ipſum non tamen vſum vndiquaque abſolutum praeſtare, egregiis ceteroquin obſeruationibus refertiſſimum, et vel ſolo elegantiſſimi commentatoris 16) nomine commendabilem.

16) CHR. GOTTL. RICCII qui bonae frugis pleniſſimum *ſpicilegium iuris germanici ad Engauii elementa iuris germanici.* Goetting. 1750. 8. edidit, et vt coeptam huius rei telam pertexat ampliſſimus vir, iurisprudentiae cauſſa optabile eſt.

Poſt Engauium hanc prouinciam adornandam in ſe ſuſcepit eminentiſſimus nunc Vir HENRICVS CHRISTIANVS LIBER BARO DE SENKENBERG, cui tantum me debere profiteor, quantum ipſi vniuerſa Germania, cui iudicando nunc praeeſt, ſemet debere grata conteſtatur. Neque profecto hunc locum dimittere poſſum, quin EMINENTISSIMO VIRO deuoti in perpetuum animi teſtimonium luculentiſſimum in publicum, venerabunda mente, perhibeam, qui me vltra biennium indulgentiſſima tutela ſua et patrocinio dignatus eſt et beneficiis exornauit. Eminentiſſimus ergo

SENKENBERGIVS edidit Anfangsgründe der alten, mittleren und neuen teutſchen gemeinen Rechtsgelahrſamkeit 17) quae initia iuſti patriorum iurium ſyſtematis primam et ſimplicem ideam continent, cuius ſpem inchoare quidem amatoribus iuris patrii EXCELLENTISSIMVS AVCTOR permittebat, a quo tamen pulcro promiſſo ipſum, credo, rerum forenſium ſtrepitus, quod impenſe dolendum eſt, auocauit.

17) Göttingen 1737. in 8.

Poſt Senkenbergium intra vndecim annos non exſtitit, qui hac trita et compendioſa via iuris germanici capita potiora proponeret, donec IOANNES STEPHANVS PÜTTERVS, hos, quos in opere Engauiano eiusque anteceſſoribus deprehendere licet naeuos, ſentiens, noua et planiori via illud ipſum ius pertractare feliciter inſtituit 18). Non ego id ago, vt de inſtituti huius laude multis ediſſeram, cum eam nominis gloriam nactus ſit excellentiſſimus auctor, vt facile qualicumque elogio meo careat. De cetero libri, cui praeloquor, oeconomia quantum elementis Pütterianis debeat, primo ſtatim obtutu adparebit, quippe qui haec eadem iam ter praelectionibus meis illuſtraui, licet hinc inde in iis

diſſenſerim capitibus, quae fere omnem iuris priuati ambitum contingunt, non quod mea meliora putem, quod arrogantiae eſſet minus ferendae, ſed quia ea ingeniorum eſt diuerſitas, vt auctorem, illuſtrem quoque, et quem enixe veneramur, hic, illic, ſaepe deſerere ſuſtineat homo infra laudem ipſius et exiſtimationem poſitus.

18) Prodiit elegantiſſimus liber ſub hac inſcriptione: *elementa iuris germanici priuati hodierni.* Goettingae 1748. 8. et repetitus prelo eſt, licet in paucis aut auctus aut mutatus ibid. 1756. 8. edito iam a. 1754. *conſpectu iuris germanici priuati hodierni nouo ſyſtemate tradendi* cum praefatione aurea *de methodo vniuerſae iurisprudentiae ſpeciatim iuris germanici*, cuius vtinam non ſolo conſpectu contenti eſſe iuberentur patrii iuris amatores.

Elementorum, quae adhucdum recenſui, exceptis Polackii et Senkenbergii ſcriptis, ſuccinctam dedit et adcuratam aliquam, in tabulis expoſitam, ideam clariſſimus vir MICH. HENR. GE. REINHARDVS 19).

19) elegans ſcriptum hoc titulo inſigne: *celeberrimorum virorum* GEORGII BEYERI, IO. GOTTL. HEINECCII, IO. RVD. ENGAVII, et IO. STEPH. PÜTTERI, *principia iuris germanici in ſuccinctis tabulis exhibita.* Lipſ. 1752. 4.

Pütteria-

Pütteriana elementa exceperunt IOANNIS FRIDERICI EISENHARTI *inſtitutiones iuris germanici priuati* 20), quae item per indicem ſumma iuris germanici capita exponunt, ſuccincta et plana docendi conſuetudine conſcriptae.

20) Hal. 1753. 8.

Quae adhucdum prodierunt iuris patrii elementa, ea quidem omnia Proteſtantes auctores habent, qui fere ſoli reſtituendo in priſtinum nitorem iuri patrio operam nauarunt egregiam. Indignatus hanc ſortem eſt BENEDICTVS SCHMIDIVS *ICtus, Profeſſor iuris et hiſtoriarum publicus ordinarius in vniuerſitate Bambergenſi*; et iratus,

> non niſi a ſcriptoribus proteſtanticis labores iſtiusmodi ſuſcipi et monopolii inſtar quasdam iurisprudentiae ſpecies pertractari,

orthodoxis aliud et ex limpidioribus fontibus hauſtum ius domeſticum propinare ſtuduit 21). Enimuero ſicuti ſpe non prorſus inani alor, ipſum arithmeticam quoque, *algebram* et *opticam catholicam* in publicum expoſiturum eſſe, ita non poſſum non circa haec Schmidiana principia duo monere:

(1) ipſum, quae habet praeclara et bene expoſita, Proteſtantibus debere omnia, in quos acriter inuehitur et in ipſorum ſegetem falcem immittens iniquius tamen eosdem iudicat.

(2) quae ſingularia habet, ea aut alieni eſſe loci, nec ad ius germanicum proprie pertinere, aut ſaltem talia, quae ſi perſpexeris, a riſu vix tibi abſtineas. Lepidum huius rei exemplum dabo ex loco *de ſecundis nuptiis* 22). Ibi enim Clariſſimus auctor ita habet: *Varias de illuſtrium perſonarum nuptiis ſecundis quaeſtiones reſoluamus, an nimirum odium ſecundarum nuptiarum ad ſecundas illuſtrium Nuptias fuerit extenſum? quod eo ex fundamento adfirmamus, cum patres iam dum in concilio Toletano canone V. ſanxerint, ne vxores Regum Gothorum poſt eorum mortem ſecundum nuptiis copularentur, ſed viduae vitam monaſticam profiterentr.* Belle, lepide, σοφῶς vt nihil ſupra!

21) Prodiit hoc titulo: *Principia iuris germanici antiquiſſimi, antiqui, medii pariter atque hodierni.* Norimb. 1755. 8.

22) lib. I. tit. 28. §. 9. p. 279.

Scilicet

Scilicet hoc eſt ius germanicum ex limpidioribus fontibus deriuare, principes feminas Gothorum legibus debellare, et monaſteriis mancipare!

Sed tanti non puto, pluribus Schmidio immorari, quo ſi quis Engauium, Heineccium, et Riccianum ſpicilegium poſſideat, quilibet facile caruerit, niſi quis ob amabiles ſtili veneres et hiſtoriae litterariae iuris cauſſa haec ſacra tractare in animum induxerit.

His ego ſcriptoribus iam et meas inſtitutiones iurisprudentiae germanicae eum in finem addo, vt ne in horis quas praelegendo huic iuri dicaui, aliorum forte diuerſas a meis ſententias aut reiicere aut certe alio modo pertractare neceſſe ſit. In ipſa earum elaboratione hoc conſilium prae oculis habui, vt reſectis omnibus quae vſum fori non habent, aut certe materias in foro celebres explicatione non contingunt, ea tantum proponerem, quae quotidie in ipſis rerum argumentis obueniunt.

*Leges* et *ſtatuta* non niſi rariſſime indicaui, nempe quia fieri non poterat, cum ob ipſam ſtatutorum multitudinem, tum vero ob anguſtos elementorum huiuscemodi limites 23), vt omnes adlegarentur, vnam autem alteramque adlegare non ſufficiat.

23) Rationes huius rei abunde reddidit, quem honoris cauſſa nomino, PÜTTERVS *in element. iuris germ.* §. 82.

Enimuero *hunc* ipſum, qui videri poterat, *defectum in* ipſis *praelectionibus ſupplere optimum* puto. Scilicet cum qui iuris germanici praelectiones optant, ea mente praediti ſint, vt ſententias primum generales proponi velint, tum vero easdem ſingularibus ſtatutorum aut legum prouincialium diſpoſitionibus illuſtratas et explicatas cupiant: non poteſt non haec prima Doctori iuris germanici lex ſcribi:

*vt in collegio iuris ea ſtatuta et iura prouincialia indicet, quae ſingulis auditoribus proſunt i. e. iura ipſorum patria aut alia vnde vtilitatem ſibi polliceantur*, *cum in forum venerint.*

Et hanc ego legem mihi ipſe et adhucdum ſcripſi, et in poſterum eamdem quoque ſemper me obſeruaturum eſſe ſancte ſpondeo, vt nempe ſingulos ego auditores meos interrogem, quibus quisque patriis iuribus vtatur, quaeque adeo prae ceteris et allegari et explicari praeoptet. Cuius rei cum iam anno praeterlapſo fructus vberrimos habuerim, me adeo non taedet, vt potius feruenti ſtudio eamdem viam ſequi ſtudeam quae fere vna eſt ad *ſyſtema* aliquod *iuris ger-*

*germanici hodierni ex ſingulis ſtatutis et legibus prouincialibus collectum*, cuius poſt vnum alterumque ſpecimen mox edendum ſpem integram futuro tempori reſeruo, eamdem tamen pulcerrimam habeo, fore, vt quas hac ratione incredibiles deuoraui moleſtias, fructu tamen eaedem ad omnem iurisprudentiae domeſticae faciem delineandam non deſtitui intelligantur. Sed haec alio tempore, cum Deus maius otium et pacatiorem conditionem indulſerit, copioſius exponam.

Dixi haec eum tantum in finem, ne quis hunc defectum aliquem eſſe, quod tamen ſubductis curate rationibus debetur, facile in animum inducat.

Vtrum autem aliorum hereditates expilauerim, et ex octo, quae iam proſtant, compendiis nonum coegerim, hoc iis relinquendum eſſe puto, quibus datum eſt hac de re iudicare. Breuitatem nemo temere adcuſabit, qui ad animum ſibi hoc vocauerit, me ea tantum iuris patrii capita proponere voluiſſe, quae in foro celebratiora ſunt, et ſi non vbique, plerisque tamen in prouinciis, occurrunt, ad ſpecialiora autem raro deuenire licuiſſe. Ita vale amice lector, ex animi ſententia. Dabam Goettingae, menſe Aprili cIɔIɔcclvii.

# PRAEFATIO SECVNDAE EDITIONIS.

Accidit mihi praeter omnem ſpem atque exſpectationem, vt quae, quinque abhinc annis, propinquo tum infeſti belli tumultu, conſcripſi iuris germanici elementa, breui diuendita fuerint, nouamque eorumdem editionem, inter medios armorum hoſtilium ſtrepitus adornari voluerit, qui ſumtus priori ſubminiſtrauerat, bibliopola honeſtiſſimus. Huius ergo deſiderio, et iuſſu quoque virorum illuſtrium et clariſſimorum, qui inſtitutiones meas lectionibus ſuis, in aliquot academiis illuſtrare haud dedignati fuerunt, quibus ego multis modis me obligatum eſſe publice gratus profiteor, prouocatus, telam reſumſi, et elementa mea ita retexui, vt non repetitam prioris opuſculi editionem, ſed nouum plane libellum manu mittere mihi videar, cuius conſilii rationes paucis, lectoribus meis, reddendas eſſe cenſeo.

Primum

Primum ergo, ſi ingenue dicendum, quod res eſt, omnibus, quorum iudicio ſtare vel cadere velim, adparebit, *ius germanicum*, quod a Beyeri aetate in academiis tractari coepit, nondum ita roboratis viribus ſuccreuiſſe, vt gradum ſiſtere viator curioſus iubeatur, vt potius *adhucdum in primis* quaſi *primae infantiae* ſuae *annis ſubſtitiſſe videatur.* Iam ſi *cauſſas tam lenti progreſſus* ex me quaeſiueris, duas potiſſimum reddendas eſſe puto, *defectum* nempe *corporis iuris germanici hodierni*, *et iuſti ſyſtematis* ex ſingulis hodiernorum iurium prouincialium et ſtatutariorum compilationibus, tamquam vnico et vero iuris germanici fonte, concinnati.

Cum enim legum Germaniae particularium inſignis ſit multitudo, neque etiam ſine magnis impenſis, multoque conſumto ſtudio colligi, ob inſignem plerarumque raritatem, queant: facile eſt ad animaduertendum, quamdiu corpus iuris germanici non exſtat, vix eſſe, vt fines eximiae huius diſciplinae amplificentur, aut iuſtum eiusdem ſyſtema exſpectari debeat. Certe plerique ICti, qui inſtitutiones iuris patrii ediderunt, magna harum compilationum penuria laborarunt, quo factum, vt recte

illud momente B. HEVMANNO 1), non ex ipſis fontibus, ſed riualis, multum ſaepenumero limi trahentibus, hauſerint, aut certe in adducendis, perpaucis legibus, ſpeculis nempe ſaxonico et ſueuico, et ſtatutis lubecenſi, hamburgenſi noricoque ſubſtiterint; atque adeo iuri patrio non admodum profuerint, quo ipſo tamen praeclaris conatibus magnorum ICtorum nihil detractum velim. Neque etiam illuſtris ESTOR in vaſto ceteroquin multaeque lectionis opere multum vltra Beyerum et Engauium progreſſus eſt. Sin enim quaedam iuris haſſiaci capita excipias, et ea quae ad diſciplinam iuris plane non pertinent, demas, bone Deus! quam pauper ille liber, quam dote caſſus et illocabilis adparebit; vt taceam, multa ſtatutorum optimorumque auctorum loca, quae in medium profert, perperam adlegari; quo ipſo deterritus ad eius auctoritatem numquam prouocaui.

1) *de genio iuris germanici recte internoſcendo* §. 7. p. 15.

Spretis ergo his aliisque riuulis ex ipſis fontibus mea hauſturus magnis ſumtibus multaque diligentia magnam iurium prouincialium et ſtatutariorum copiam conquiſiui,

ſiui, mihique ipſi hanc legem ſcripſi, vt non niſi eas Germanicarum prouinciarum leges in medium proferrem, quas ipſe oculis meis vſurpaui, quo factum, vt plurium quidem, quam olim id factum, legum particularium auctoritates adpoſuerim, non omnibus tamen vti potuerim, cum non adeo felici eſſe contigerit, vt plenam ſingularum compilationum collectionem ad manus haberem; nullis ceteroquin ſumtibus ſtudioque parſurus, vt aliquando hoc voto potiar. Quae quum ita ſint, vberiorem et plenam adeo meſſem futuro tempori reſeruo, modo ſpem tam blandam praeſentis temporis difficultas inchoare ſinat.

*Specimen bibliothecae iuris prouincialis et ſtatutarii germanici*, quod parti praeliminari elementorum meorum inſerui, eo potiſſimum conſilio conſtruxi, vt iuſtum de auguſtis iuris patrii finibus iudicium ferri queat, iisque qui vltra Beyerum vel Engauium ſapere geſtiunt, quid quaerendum ſit, quid manibus quotidie voluendum, via praemuniatur. Neque tamen is ſum, qui, plenum hoc eſſe ſpecimen omnibusque numeris abſolutum, mihi aliisque perſuadeam, vt potius primas tantum eius lineas mihi duxiſſe videar. Certe ipſe, edita

iam

iam parte praeliminari, aliquot collectionibus potitus ſum, quae mihi antea non innotuerant, quarum in ipſo operis decurſu mentionem feci; quod idem etiam de *notitia* auctorum *litteraria* dictum volo. Facile ergo, ſpero, lectores ignoſcent, ſi nouum hoc conſilium, quod primus cepi, nondum perfectum et plene maturum deprehenderint, praeſertim cum intra breuiſſimum tempus et capiendum fuerit et expediendum.

Librum IV. et V. fere intactum et in plerisque locis fere ſine auctoritatibus ſtatutorum iuriumque prouincialium relinquere coactus ſum, cum is cuius ſumtibus libellus meus prodit, chartae nanciſcendae difficultate premeretur, atque adeo vela omnino contrahere iuberer, licet hic quoque multa quae in priori editione perperam poſita eſſe videbantur, correxerim et ita enunciauerim, vt vſui fori magis conueniant.

Accipe ergo, beneuole lector, quidquid id eſt, quod tibi offero, opuſculi, quod ſi non vbique exſpectationi tuae reſpondere deprehenderis, me eo tempore ad retractandum libellum meum acceſſiſſe, velim, animaduertas, quo, in hoc bello

omnium

omnium contra omnes, animum auctoris publicarum priuatarumque calamitatum ſenſus curaeque, litterarum ſtudiis inimiciſſimae, tantum non ſemper interpellauerunt; meliora olim daturus, cum Deus feliciora aliquando otia conceſſerit. Ita vale ex animi ſententia mihique faue.

Dabam Goettingae, menſe Aprili
cIↃ IↃ CC LXII.

# PRAEFATIO
## TERTIAE EDITIONIS.

Nouam hanc editionem citius, quam putaueram, adornare iuſſus, operam dedi, vt quaedam, quae in prioribus editionibus parum accurate enunciata fuerant, rectius definirentur, et pluribus auctoritatibus munirentur; in primis etiam in ſupplendo et corrigendo ſpecimine bibliothecae ſollicite elaboraui; qua in re ſi patrii iuris amatoribus aliqua ratione ſatisfecero, ſummo meo iure, operae huic libello impenſae felicitatem mihi gratulabor. Dab. Goettingae d. XXII. Sept. cIↃ IↃ CCLXVI.

# CONSPECTVS OPERIS.

## PROLEGOMENA ET ADPARATVS IVRIS GERMANICI.

CAPVT I. de notione, fatis et ſubſidiis iuris germanici.
SECTIO I. de notione et ambitu iuris germanici §. 1.
II. fata iuris germanici praeſertim in academiis §. 8.
III. de ſubſidiis et adminiculis iuris germanici §. 17.
CAP. II. de ipſis iuribus in Germania obtinentibus eorumque vſu hodierno.
SECT. I. de iure antiquo Germanorum §. 25.
II. de iure germanico medio §. 29.
III. de iure hodierno germanico.
TITVLVS I. de iuribus priuatis inter nobiles vſitatis.
MEMBRVM I. de iuribus inter nobiles immediatos vſitatis §. 32.
II. de iuribus equeſtribus et pactis familiae nobilium mediatorum §. 42.

TIT.

TIT. II. de ordinationibus prouincialibus, et politicis §. 47.
III. de ſtatutis vrbium immediatarum et mediatarum §. 51.
IV. de iuribus inter ruſticos vſitatis, praeſertim von Bauerköhren und Hofrechten. §. 59.
V. de iure non ſcripto conſuetudinario et paroemiis §. 64.
CAP. III. bibliotheca iuris prouincialis et ſtatutarii germanici §. 72.
TIT. I. de iuribus prouincialibus et ſtatutariis in circulo franconico §. 75.
II. de iuribus prouinc. et ſtatutariis in circulo bauarico §. 84.
III. de iurib. prouinc. et ſtatut. in circulo ſueuico §. 88.
IV. de iuribus prouinc. et ſtatut. circuli rhenani ſuperioris §. 98.
V. de iuribus prouinc. et ſtatut. circuli weſtphalici §. 111.
VI. de iuribus prouinc. et ſtatut. circuli Saxoniae inferioris §. 122.
VII. de iuribus prouinc. et ſtatut. circuli Saxoniae ſuperioris §. 155.
VIII. de iurib. prouinc. et ſtatut. in circulo rhenano electorali §. 177.
IX. de iurib. prouinc. et ſtatut. in circulo auſtriaco §. 184.
X. de iurib. prouinc. et ſtatut. Bohemiae, Morauiae et Sileſiae §. 187.

ELE-

# ELEMENTA IVRIS GERMANICI.

## LIBER I.

### DE PERSONARVM DIVISIONIBVS ET IVRIBVS IN GERMANIA.

CAP. I. de diuiſionibus perſonarum ratione ſexus, aetatis, morum, valetudinis et religionis.

SECT. I. de diuiſione in maſculos et feminas, ſpeciatim de iuribus feminarum §. 193.

II. de diuiſione perſonarum in maiores et minores §. 197.

III. de diuiſione perſonarum integrae et adflictae valetudinis §. 202.

IV. de perſonis integrae exiſtimationis et infamibus vel leuis notae macula laborantibus §. 205.

V. de diuiſionibus perſonarum ratione religionis, ſpeciatim de Iudaeis §. 211.

CAP. II. de indigenis et peregrinis, iureque retorſionis, albinagii et detractus.

TIT. I. de iure indigenarum et peregrinitatis §. 215.

II. de iure retorſionis albinagii et detractus §. 220.

CAP. III. de diuiſionibus perſonarum ſecundum natales, praeſertim libertatem §. 226.

CAP. IV. de nobilibus, eorum origine, diuiſionibus et iuribus.

SECT. I. de nobilitate ſuperiori ſ. illuſtribus et dynaſtis §. 231.

SECT. II. de nobilitate inferiori, eius diuiſionibus et iuribus.

TIT. I. de origine nobilitatis inferioris et ſeruitiis militaribus ſ. equeſtribus §. 234.

II. de modis nobilitatem adquirendi et amittendi §. 239.

III. de iuribus nobilium perſonalibus generalibus §. 249.

IV. de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae §. 259.

V. de miniſterialitate nobilium et officiis aulicis hereditariis §. 265.

VI. de probatione nobilitatis auitae, von der Ahnenprobe §. 270.

VII. de variis praediorum nobilium ſ. equeſtrium diuiſionibus, von Rittergütern §. 276.

VIII. de iuribus praediorum nobilium ſ. equeſtrium §. 281.

CAP. V. de ciuibus, eorumque variis diuiſionibus et iuribus.

SECT. I. de origine vrbium, earumque formula regiminis antiqua et hodierna.

TIT. I. de origine vrbium et conceſſione ciuitatis §. 292.

TIT.

Tit. II. de antiqua regiminis forma in vrbibus germanicis §. 296.
III. de hodierna regiminis forma in vrbibus germanicis §. 301.
IV. de patriciis §. 307.
Sect. II. de iure ciuitatis et diuerſis ciuium ordinibus.
Tit. I. de iure ciuitatis, eius adquiſitione et amiſſione §. 311.
II. de diuerſis ciuium claſſibus, praeſertim de incolis et ſuburbiis §. 320.
Sect. III. de iuribus commercii ciuici, von der bürgerlichen Nahrung.
Tit. I. de iure commercii, mercatorum, nundinarum, ſtapulae, emporii et geranii §. 324.
II. de opificibus et collegiis opificum §. 331.
III. de re cereuiſiaria et oenopolio ciuitatum §. 334.
Cap. VI. de ruſticis liberis et hominibus propriis, eorumque ſtatu, iuribus et praediis.
Sect. I. de iuribus et obligationibus ruſticorum generatim.
Tit. I. de ſtatu ruſticorum eorumque diuiſionibus generatim §. 339.
II. de operis ruſticorum §. 347.

TIT. III. de cenſibus ruſticorum et praediis cenſiticis §. 353.
IV. de dominio, contractibus et expulſione ruſticorum §. 362.
SECT. II. de ſingularibus ruſticorum ſpeciebus, praediis et iuribus.
TIT. I. de ruſticis plane liberis ſ. friſaſſis §. 368.
II. de hominibus propriis eorumque iuribus et obligationibus §. 375.
III. de reliquis ruſticorum claſſibus et praediis §. 388.

## LIBER II.

### DE IVRIBVS PERSONARVM IN STATV CONNVBIALI, PATRIO ET TVTELARI.

CAP. I. de iuribus connubiorum Germaniae.
SECT. I. de matrimonio contrahendo et conſummando.
TIT. I. de fauore legali matrimonii, caelibatu et iure hageſtolziatus §. 409.
II. de ſponſalibus et conſenſu connubiali §. 413.
III de pactis nuptialibus ſ. dotalibus §. 418.
IV. de matrimonio inaequali et morganatico §. 429.
V. de conſummatione matrimonii et conſcenſione thori §. 436.
SECT. II. de iuribus matrimonii conſtituti et ſucceſſione coniugum.
1) inter illuſtres et nobiles.

Tit. I. de dote, adparatu muliebri filiarum illuſtrium et nobilium et donatione propter nuptias §. 439.
II. de morgengaba §. 446.
III. de dotalitio ſ. vidualitio §. 449.
IV. de portione ſtatutaria viduarum nobilium, cibariis ſ. Mußtheil et ſuperuita ſ. Eingeſchneitel §. 459.
II) inter ciues et ruſticos.
Tit. I. de poteſtate maritali §. 465. §. 508.
II. de iuribus et ſucceſſione coniugum ex communione bonorum vniuerſali §. 468.
III. de iuribus et ſucceſſione coniugum ex communione bonorum particulari §. 476.
IV. de reliqua coniugum ſucceſſione et portione ſtatutaria §. 479.
V. de ſecundis nuptiis, anno luctus et vnione prolium §. 483.
Cap. II. de iuribus perſonarum in ſtatu paterno.
Tit. I. de indole poteſtatis paternae germanicae §. 489.
II. de modis adquirendi et ſoluendi patriam poteſtatem §. 495.
Cap. III. de iuribus perſonarum in ſtatu tutelari.
Tit. I. de diuerſis tutelae tutorumque ſpeciebus §. 502.

Tit. II. de confirmatione et excuſationibus tutorum §. 510
III. de officio et auctoritate tutorum et curatorum §. 514.

## Liber III.

### De rervm divisionibvs et ivribvs.

Cap. I. de rebus priuatorum diſpoſitioni non ſubiectis.
Sect. I. de rebus diuini iuris §. 523.
II. de rebus humani iuris publicis.
Tit. I. de iure fluminum §. 527.
II. de iure foreſtorum, ſiluarum et venandi iure §. 535.
III. de iure metallifodinarum et ſalinarum §. 542.
Sect. III. de rebus vniuerſitatum §. 547.
Cap. II. de rebus priuatorum.
Tit. I. de rebus mobilibus et immobilibus §. 549.
II. de rebus auitis ſ. hereditariis et adquiſitis §. 553.
Cap. III. de iuribus rerum.
Sect. I. de iure dominii et praeſcriptione §. 557.
II. de ſeruitutibus praediorum §. 566.
III. de iure pignoris §. 576.

## Liber IV.

### De ivre contractvvm et svccessionvm.

Cap. I. de iure contractuum.
Sect. I. de pactis et contractibus in genere §. 579.
II. de contractibus principalibus §. 585.

Sect.

SECT. III. de contractibus acceſſoriis §. 601.
IV. de contractu cambiali §. 608.

CAP. II. de iure ſucceſſionum.

SECT. I. de ſucceſſione pactitia.

TIT. I. de ſucceſſione pactitia inter nobiles §. 623.

II. de ſucceſſione pactitia ciuium et ruſticorum §. 638.

SECT. II. de ſucceſſione teſtamentaria Germanorum.

TIT. I. de ſucceſſione teſtamentaria inter nobiles §. 640.

II. de ſucceſſione teſtamentaria inter ciues et ruſticos §. 642.

SECT. III. de ſucceſſione legitima ſ. ea, quae ab inteſtato defertur.

TIT. I. de ſucceſſione legitima illuſtrium et nobilium §. 646.

II. de ſucceſſione legitima ciuium et ruſticorum §. 653.

## LIBER V.

### DE RE IVDICIARIA GERMANORVM.

CAP. I. de diuerſis iudiciis Germanorum et ſpeciebus iuriſdictionis §. 658.

I. de variis iuriſdictionis ſpeciebus pro diuerſitate eamdem exercentium §. 660.

II. de

II. de variis iurisdictionis ſpeciebus pro diuerſitate perſonarum in quas exercetur §. 667.

III. de diuerſis iurisdictionis ſpeciebus pro diuerſitate cauſſarum §. 671.

IV. de diuerſitate iurisdictionis ratione finium, intra quos exercetur §. 682.

CAP. II. Singularia iuris germanici in modo procedendi in iudiciis §. 683-698.

# ELEMENTA IVRIS GERMANICI HODIERNI

## PARS I. CONTINENS PROLEGOMENA ET ADPARATVM IVRIS GERMANICI.

## CAPVT I. DE IVRIS GERMANICI INDOLE IN GENERE.

### SECTIO I. DE NOTIONE ET AMBITV IVRIS GERMANICI.

§. 1.

*Ius germanicum priuatum* eſt complexus legum in Germania conditarum, iura et obligationes ciuium Germaniae inter ſe determinantium 1); quo ipſo iuribus peregrinis, ciuitate apud nos donatis

opponitur, licet his interdum, ob publicam receptionem, et quia hereditario quaſi iure cum imperio Romano in Germaniam perueniſſe credebantur 2), iuris originarii 3) nomen collatum fuiſſe meminerimus 4).

1) io. hevmanni meditatio *de iuris germanici ſtudio vtiliter perſequendo*; praemiſſa eivsd. T. I. *exercitationem iuris vniu. praec. german.* Altorf. 1749. 4.

2) senkenberg in *methodo iurisprudent. p. 136.* Strubens Nebenſtunden T. V. p. 19.

3) io. hevmannvs *de iuris germanici genio recte internoſcendo* §. 5. *T. II. exerc. p. 8. ſq.*

4) qua in re denominatio *iuris communis caeſarei*, des gemeinen beſchriebenen kayſerlichen Rechtes, plerisque impoſuit. C. G. O. 1495. t. 1. C. O. C. P. I. t. 71. R. I. N. §. 105. grvpenivs in *obſeruat. p. 798.* Hinc nata communis olim opinio, *ius patrium pro correctorio habendum*, atque adeo ſtricte, et ex iure peregrino, tamquam correcto, interpretandum eſſe. sim. petr. gasser *de brocardico: ſtatuta interpretanda eſſe ex iure communi* §. 2. 22.

## §. 2.

*Ius priuatum* germanicum in ſe *a iure publico* omnino *differt* 1), licet fines vtriusque iuris interdum difficilius regantur 2). Quae iura et obligationes principum, tamquam priuatorum, exponit iurisprudentia, et *iurisprudentiae heroicae* 3), ſeu *iuris priuati illuſtrium* 4) nomine inſignitur, ea quidem omnino iuris priuati germanici pars eſt, in quan-

quantum principes priuatorum loco haberi poſſunt 5).

1) IO. SCHILTERVS *de fine et obiecto iuris publici* recuſ. cum praefat. H. G. FRANKII. Lipſ. 1740.

2) CHR. LVD. SCHEIDIVS *de iuris publici et priuati differentiis et conuenientiis.* Hafn. 1744. Lipſ. 1749.

3) vide elegans ſcriptum: Entwurf einer Hiſtorie der Privatrechtsgelahrtheit der erlauchten Perſonen in Teutſchland; in Dan. Nettelblatts Halliſchen Beytrågen zur juriſtiſchen gelehrten Hiſtorie T. I. p. 97 -- 130.

4) de hoc quidem ſcriptis expoſuerunt:

IO. VOLCM. BECHMANN *de obligationibus et praerogatiuis Principum in praecipuis negotiis ciuilibus.* Ien. 1669.

IO. GE. DE PONIKAV *de conditione principum priuata.* Lipſ. 1711. 1740.

IO. IAC. HELFERICH *de iurisprudentia Principum ordinumque S. R. I. German. priuata.* diſſ. I. Tubing. 1730. II. nomine filii IO. FRIDERICI 1745.

Seb. Eberh. Iherings vorlåufige Grundlehren der bůrgerlichen Privatrechtsgelahrtheit der Reichsſtånde in Teutſchland. Brem. 1731.

MICH. HENR. GRIEBNER *delineatio iurisprudentiae priuatae illuſtris*, edita a IO. BENI. REISSIG. Goetting. 1736. Lipſ. 1745. 8.

BVRC. GOTTH. STRVVII *iurisprudentia heroica*, edita a genero auctoris IO. AVG. HELLFELDIO. Ien. T. I. 1743. II. 1745. III. 1745. IV. V. 1746. VI. 1747. VII. 1753.

IO. FRID. WILH. DE NEVMANN *inſtitutiones iuris principum priuati.* Francof. 1747. 4.

EIVSDEM *meditationes iuris principum priuati.* T. I. Frf. 1751. *de iure perſonarum illuſtrium earumque miniſtris.* II. *de matrimoniis Principum.* 1751. III. *de patria poteſtate et tutela Principum.*

 1751.

1751. IV. *reale Principum ius ſ. de dominio et ſeruitute, pignore et hypotheca, poſſeſſione et praeſcriptione, dote et dotalitio.* 1752. V. *de hereditatibus et ſucceſſionibus Principum.* 1752. VI. *de pactis et contractibus Principum.* 1752. VII. *de delictis et poenis Principum.* 1753. VIII. *de proceſſu iudiciario in cauſſis Principum.* 1753. IX. *Supplementa.* 1756.

CHR. HENR. BREVNING *de conditionibus principum diuerſis.* Lipſ. 1754.

5) WERNHERVS P. I. obſ. 65. Moſers Staatsrecht T. II. p. 197. ſqq. EIVSD. Zuſätze zum Staatsr. T. I. p. 165. Inprimis autem ſuper iure priuato illuſtrium conſulendum eſt *ius publicum Moſerianum* T. XII. p. 329. ſqq. et ſequentibus Tomis.

## §. 3.

Ratione obiecti ius germanicum in *generale et ſpeciale* deſcribitur, prout iura et obligationes omnium perſonarum definit, vel de quibusdam tantum inſtitutis particularibus exponit. Iam ſi magnam negotiorum ciuilium Germaniae frequentiam et diuerſitatem ad animum reuocemus, et de ſingnlis ſeparatim exponere velimus: faeile colligitur, innumeras fere iuris germanici partes inde effici poſſe. Hinc ſi quis iura circa militiam germanicam, foreſta, rem metallicam, eccleſias, rem maritimam, feuda, *politiam* et quae circa alia ſimilia inſtituta legibus ſancita ſunt et moribus conſtituta, peculiaribus ſcriptionibus comprehendat, *ius germanicum militare* 1), *foreſtale* 2), *metallicum* 3), *eccleſiaſticum* 4), *maritimum* 5), *feudale* 6), *politiae* 7), inde

inde quidem conſtituitur; peculiares tamen inſtitutiones ac praelectiones vix admittunt anguſti curriculi academici limites, quo fit, vt ſumma harum rerum capita in iure priuato, aliisque lectionibus, exponi ſoleant.

1) de quo Friedr. Andr. Gottl. Gnüge Anleitung zum Kriegsrecht, Jena 1750. 8. Carl Gottl. Knorrens Einleitung zum Kriegsproceß, Halle 1738. 8. IO. WILH. GOEBEL *de praetore, quem iuſtitiarium bellicum aut auditorem vocant.* Helmſt. 1732. et I. F. DE BEVST *obſeruationes militares* omnium digniſſime expoſuerunt. J. H. Kirchhofs Abh. von den beſondern Soldatenrechten. Hamb. 1762. 8.

2) Friedr. Ulr. Stiſſers Forſt- und Jagdhiſtorie der Teutſchen. Jena 1734. 8. et cum additionibus H. G. FRANKII. Lipſ. 1754. 8. itemque IO. IAC. REINHARD *de iure foreſtali Germanorum.* Frf. 1738. 4. recuſ. 1759. 8. Inſtar omnium adhibenda: W. G. Moſers Forſtwirthſchaft. Frf. 1756. 8.

3) de quo I. G. BAVSIVS in der Einleitung zum Bergrecht luculente egit.

4) videatur hic, exempli cauſſa, Chriſtoph Conrad Wilh. Friderici gründl. Abhandlung von der Freyheit der deutſchen Kirche, derſelben beſondern Rechten und Verfaſſung nach den Grundgeſetzen des H. R. R. Leipz. 1761. 8.

5) de hoc notandum eſt claſſicum ſcriptum: IVSTI WEDDERKOPP *introductio in ius nauticum.* Flensburg. 1757. 4.

6) in quo ITTERVS, MASCOVIVS aliique de feudis imperii ſcriptores eminent, quorum tamen diligentiam maxime ſuperauit GE. LVD. BOEHMERVS in *principiis iuris feudalis.* Goett. 1764. 8.

7) vnus hic eſt inſtar omnium IO. HEVMANNVS in *initiis iuris politiae Germanorum.* Norimb. 1758. 8. J. B. Hoffers Beyträge zum Policeyrecht der Teutſchen.

ſchen. Nürnb. 1764. 8. Eadem ratione collegiorum librorumque iuris numerus centenis adhuc exemplis, iure, vt hoc vtar, *opificiario*, *ſalinarum* cet. amplificari poſſet.

## §. 4.

Ratione aetatis *ius germanicum* in antiquum, medium et nouum commode deſcribitur 1). *Antiquum* 2) a prima rerum germanicarum memoria ad exitum ſtirpis carolingicae decurrit. *Medium* a ſaeculo X ad conſtitutam anno 1495 cameram imperii et ordinatam pacem publicam pertingit 3); *nouum* 4) denique leges continet, a ſaeculo inde XVI ad noſtram vsque aetatem promulgatas. Nos quidem *hoc libro* non niſi *ius nouum tractabimus*, cum reliquorum iurium expoſitio, licet vtilis illa ac perquam neceſſaria, ad vſum fori immediatum nihil attineat, atque adeo ad antiquitates iuris germanici merito ablegetur 5).

1) *elementa* mea *hiſtoriae iuris vniuerſi per Germaniam obtinentis* P. IV. p. 226 ſqq.

2) videndi de hoc PAVLL. HACHENBERGIVS *de legibus veterum Germanorum*; in GERMANIA ANTIQVA *diſſ. III. p. 41 ſqq.* HENR. GOTTL. FRANKE *de iurisprudentia veterum Germanorum.* Lipſ. 1728; et qui plenam eius ideam dedit IO. FRID. POLACK in *ſyſtemate iurisprudentiae ciuilis germanicae antiquae.* Lipſ. 1733. 4.

3) idque denuo ſcriptum vel non ſcriptum ſiue vniuerſale, ſiue particulare. cf. FRID. HENR. MYLIVS *de iure conſuetudinario vniuerſali Germaniae medii aeui in ſpeculis Saxonico et Sueuico, eius-*

*que*

*que cognoſcendi ratione* (Lipſ. 1756.) *S. 2. §. 1 ſqq. p. 16 ſqq.*

4) huius ideam dedit ingeniumque eleganti ſcripto expoſuit IO. HEVMANNVS der Geiſt der Geſetze der Teutſchen. Nürnb. 1761. 8.

5) *elementa* mea *hiſtoriae iuris vniuerſi P. IV. S. IV. §. 431 ſqq. p. 375 ſqq.*

## §. 5.

Si promulgationem ſpectaueris, ſcriptum aliud eſt, aliud non ſcriptum *ius Germanicum. Scriptum* abſoluitur legibus expreſſa imperii ſtatuumque voluntate promulgatis; *non ſcriptum* vero tacito Imperii vel ſtatuum conſenſu nititur 1). Iam quamquam multa legum noſtrarum expreſſe promulgatarum capita moribus antiquis debeantur, ea tamen non amplius iuris non ſcripti loco cenſeri debent 2), neque adeo omne ius germanicum iure conſuetudinario continetur; quod inde maxime conficitur, quia non omnes priſtini mores ſed ii tantum in foris obſeruentur, quos publica legis ſcriptio vel vſus iudiciorum non ambiguus conſeruauit.

1) CHR. GOTHOFR. HOFFMANNVS *de iure conſuetudinis.* Francof. 1730. HENR. CHR. SENKENBERGIVS *de iure obſeruantiae ac conſuetudinis in cauſſis publicis priuatisue.* Gieſſ. 1743.

2) quam opinionem, argute licet, defendit CAR. FRID. WALCHIVS in den Vorbereitungsgründen zur teutſchen bürgerlichen Rechtsgelahrtheit. (Jena 1757. 4.) §. 4 ſqq.

## §. 6.

Cum porro quaedam Germaniae iura omnes ac ſingulas eiusdem prouincias obligent, alia vero in vno tantum alteroque loco obſeruentur: *ius germanicum* inde in vniuerſale deſcribitur ac particulare. Quod quidem ad *vniuerſale* attinet, in ſenſu quidem grammatico illud vix datur 1). Enimuero cum (a) multa iuris capita legibus imperii vniuerſalibus contineantur, quae omnes Germanos obligant; (b) multa capita moribus per omnem Germaniam conſtituta, aequaliter obtineant; (c) alia, quae ſtatu publico nituntur, item in omnibus prouinciis ſibi reſpondeant; (d) iura particularia tantum non ſemper in nobiliſſimis fori materiis amice conſpirent: facile colligitur, ius germanicum vniuerſale non eſſe tantum, verum ſua quoque vtilitate ſeſe vnice commendare 2); vt adeo ridicula ſit et inficeta eorum ſapientia 3), qui magno conatu maximas nugas agunt, dum non dari ius germanicum vniuerſale anxie demonſtrant 4).

1) CHR. GOTH. HOFFMANNI diſſ. *de iurisprudentiae germanicae principiis et fontibus, eiusque docendae ac tractandae genuina ratione, in qua oſtenditur, exſiſtere aliquod ius germanicum.* praemiſſa GEO. BEYERI *delineationi iuris germanici.* Lipſ. 1729. 4. cf. etiam IO. HENR. BOCRIS *de Germania iurisprudentia ſua numquam deſtituta.* Bamb. 1747. Lipſ. 1749.

2) FRID. HENR. MYLIVS *de genuino conceptu iuris germanici vniuerſalis hodierni priuati ciuilis.* Lipſiae 1752.

3) ECKHARD in *hermeneutica iuris lib. II. c. 1. p. 302.* HARPPRECHT *flores ſparſi ad iura germanica priuata ſingularia §. 1. p. 14.* Joh Wunderlich Grundſätze der Geſchichte des Römiſchen Rechts c. 9. §. 12. p. 166.

4) IO. HEVMANN *de iuris germ. ſtudio vtiliter perſequendo p. 5 ſqq.* meine Abhandlung von den Quellen des Braunſchweiglüneburgiſchen Staats- und Privatrechts. §. 1.

## §. 7.

Iura particularia germanica denuo vel in tota aliqua prouincia, vel in vrbe aliqua, vel ruri denique obtinent. Quae omnem prouinciam omnesque ſubditos obligant, vocantur *iura prouincialia*, ſeu Landrechte 1); quibus interdum opponuntur *ordinationes prouinciales* ſ. Landesordnungen, quae tum deſignant conſtitutiones miſcellaneas non vno tempore nec certo ordine promulgatas. Quae in vrbe aliqua legis auctoritatem acceperunt, *ſtatuta* 2) vocantur ſ. Stadtrecht. Iura Ruſticis denique ſcripta vel ipſorum arbitrio condita Bauerköhren, ſ. Weichbildrechte der Dörfer nuncupantur 3). De ſingulis poſtea videbimus.

1) Joh. Sal. Brunnquells Gedanken von dem teutſchen Stadt- und Landrecht. Jena 1720. 8.

2) Chr. Gottl. Riccius in dem Entwurf von Stadtgeſetzen lib. II. c. 1. §. 5. p. 323.

3) ſecundum paroemiam: Die Dörfer haben auch Weichbildsrecht. Eiſenharth Grundſätze des teutſchen Rechts in Sprichwörtern. S. I. p. 6.

## SECTIO II.

### FATA IVRIS GERMANICI PRAESERTIM IN ACADEMIIS.

### §. 8.

Germani tametſi iure ſuo numquam deſtituti fuerint, neque moribus ſuis vmquam renunciaſſe legantur, iis tamen excolendis olim nullam fere operam impenderunt. Scilicet omnia fere iura conſuetudinis et rerum iudicatarum auctoritate continebantur 1). Hinc ergo omne *ius in manibus ſcabinorum ſitum* erat, quorum admodum pauci inſigni iuris peritia cenſebantur, et cum hac de cauſſa a vicinis remotioribusque populis de iure conſulerentur, litesque ipſis propoſitas ex praeiudiciis, quae collegerant, deciderent, eo ipſo iura ſua ſenſim cum aliis communicarunt 2), praeſertim cum ex his rerum iudicatarum collectionibus ſtatuta tantum non omnia proficiſcerentur, aliaeque normae, quas iudices ſequerentur, prorſus non exſtarent.

1) Strubens Nebenſt. T. I. p. 515. T. II. p. 463. T. III. p. 52. T. V. p. 457.

2) inde omnis *curiarum ſuperiorum* ſ. der Oberhöfe vſus permanauit. Scilicet cum quaedam vrbes ſcabinorum ſuorum peritia inclareſcerent, litigantes ſponte primum, et per modum arbitrii litem ſcabinis harum vrbium decidendam commiſerunt; quorum exempla alii imitati cum eſſent; ſenſim obſeruantia hoc inualuit, vt ad eiusmodi vrbem ad-

adpellaretnr, et ius ipſius ſtatutarium reciperetur. De *Lubecenſi* ac *Suſatenſi* ſtatuto hoc ſatis notum. STRVVIVS in *hiſt. iur. c. 6.* §. *24.* de iure *Suerinenſi* eiusque vſu in Megapoli et Pomerania videndus ERN. IOA. WESTPHAL in *ſpecim. docum. Mecklenburg.* (Roſtoch. 1726. 8.) *p. 128.* et MICRAELIVS *in Pomerania antiqua lib. VII. p. 551.* De *iure Magdeburgico* videndum *Weichbild.* §. 10. et ANDR. OCKEL *de ſcabinatu halenſi.* Principes autem patienter hoc ferebant, poteſtatem legislatoriam haud magni facientes. Struve Nebenſt. T. IV. p. 38 ſq. quod quum nouiori aetate mutatum ſit, prouocatio quoque curiaeque ſuperiores euanuerunt. C. F. HARPPRECHT *de curiis ſuperioribus in Germania.* Tub. 1732. §. 5. §. *19 ſqq.* cf. tn. Hollſteiniſche Landgerichtsordnung init. Heßiſche Halsgerichtsordnung *de 1535. p. 29.* IO. PHIL. SLEVOGT *de iure recipiendi prouocationem ex ſuperioritate territoriali.* GE. LVD. BOEHMER *de prouocationibus iuris germanici* (Hal. 1738.) *c. 2.* §. 5. *p. 72 ſqq.*

## §. 9.

Iam quamquam ſcabini omni ſtudio in promouenda morum patriorum auctoritate elaborarent 1), parum tamen abfuit, quin omnibus iuribus domeſticis nuncium mitteret Germania noſtra. Ex quo enim iuris Romani canonicique non vilis eſſe coepit auctoritas in patria noſtra, eaque *academiis* recens exſtructis 2) *reſponſis Iureconſultorum* 3) qui ſacris Romanorum legibus vnice initiati erant, inſigniter extolleretur, et *penes ſcabinos ſumma reipublicae et iudiciorum non amplius eſſet* 4): actum videbatur de iuribus noſtris,

ſtris, praeſertim cum haec tantum non omnia moribus ac iure conſuetudinario niterentur 5); quorum probatio ſaepe difficilis erat apud Iudices rerum germanicarum incurioſos et qui omnia iuris ſcripti Romani canonicique modulo metiebantur.

1) cf. THOMASIVS *de hominibus propriis et liberis Germanorum* §. 88.

2) THOMASIVS *in notis ad Melch. von Oſſe teſtam. polit. p. 210. ſqq.*

3) HENR. CHR. SENKENBERGII medit. *quando reſponſa ſententiaeue facultatum primum lingua germanica condi coeperint* §. 3. 4. in *meditationum de uniu. iure et hiſtoria volumine* (Gieſſ. 1740. 8.) *p. 271. ſq.*

4) Strubens Nebenſt. T. III. p. 131. ſqq.

5) THOMASIVS *de morum cum iure ſcripto contentione.*

## §. 10.

Stabilitis vero ſupremis imperii iudiciis ſtatibus imperii haec neceſſitas imponebatur, vt aut eiurarent patrios mores, aut publica eos legis ſcriptione promulgarent, cum adſeſſores recte et ex legum ratione 1) ius peregrinum ſequerentur, niſi morum patriorum iuſta probatio ſuſcepta eſſet 2). Hinc ergo factum, vt ſtatuta iuraque prouincialia alio habitu induta ad ſtatum praeſentem adcommodarentur.

1) IO. WERLHOF *ſpecim. II. iuris germ. enucleati p. 245.*

2) DECK-

2) DECKHER *in vindiciis iuris cameral. t. 2. n. 16. 17.* cf. R. H. O. t. I. §. 15. ibique verba ſonderlich die gebührlich allegirte und probirte. Friedr. Carl von Moſer Erläuterung der Reichshofraths-ordnung T. I. p. 298. LVDOLF *T. I. obſ. 96. p. 233. ſqq.*

## §. 11.

Vix tamen ac ne vix quidem locum tenuit ius patrium contra immenſam iurium peregrinorum auctoritatem. *Iura* enim *prouincialia et ſtatutaria pauca* admodum *capita continebant*, et cum non omnem iuris ambitum emetirentur, ex legibus peregrinis ſupplenda erant et adiuuanda; quid quod ipſa eorumdem *interpretatio ex iure communi adſcititio deſumenda eſſe videretur* 1); tametſi Germania iure ſuo numquam deſtituta fuerit 2).

1) videndus ſuper hac re SIM. PETRVS GASSERVS *de brocardico: ſtatuta interpretanda eſſe ex iure communi.* IO. VLR. CRAMER *de recta ſtatutorum interpretatione.* Marp. 1739. Strubens Rebenſt. T. V. p. 31 ſqq.

2) IO. HENR. BOCRIS *de Germania, iurisprudentia ſua numquam deſtituta.* Bamb. 1747. Lipſ. 1749.

## §. 12.

Praeſertim vero luminibus iuris patrii offecerunt *academiae* 1) in Germania conſtitutae. In his enim qui publice conſtituebantur Anteceſſores non niſi iuribus peregrinis innutriti cum eſſent, patrias leges aut funditus igno-

ignorabant, aut alto plane ſupercilio contemnebant 2); quo factum vt praeter ius peregrinum nihil omnino profiterentur, niſi quod interdum *vſus hodierni* 3) nomine quasdam iuris patrii particulas velut fractas e naufragio tabulas, easdem tamen ad peregrini iuris normam exornatas, proferrent.

1) HERM. CONRING *de origine iuris germanici c. 31. 32.* Joh. Ge. **Eſtor** von der ungemeinen Veränderung in Teutſchland durch die darin beſchehene Einführung der Univerſitäten. *T. II.* **der kleinen Schriften** *p. 376 ſqq.*

2) Illuſtre huius rei exemplum praebent *grauamina ordinis equeſtris in Bauaria Georgio Duci Landshutenſi anno 1499. exhibita* apud SCHEIDIVM *in biblioth. hiſt. Goetting. T. I. p. 281.*

3) H. C. von Senkenberg Gedanken von dem lebhaften Gebrauch des uralten deutſchen bürgerlichen und Staatsrechts in den nachherigen Reichsgeſetzen und Gewohnheiten. Frankf. 1759. 8. *c. 2. §. 20 ſq. p. 59 ſqq.*

## §. 13.

Iam quamquam *Friderici III.* aetate *de proſcribendis* ex academiis et foris *iurium peregrinorum doctoribus*, conſilia, ſalutaria illa vel ridicula? non diſputo, caperentur, eamque in rem *reformatio* 1) quaedam ederetur, omne tamen negotium intra conſilii fines ſubſiſtens exitum optatum non habnit 2); et iuris peregrini auctoritas adeo increuit, vt parum abeſſet, quin ipſa adeo Germanorum inſtituta legesque gradu ſuo depelleret ingra-

ta in hoſpitalem Germaniam iurisprudentia Romana 3).

1) exſtat ea apud MVLLERVM in dem Reichstags-theatro P. I. c. 5. p. 57 ſqq. et apud GOLDASTVM T. I. p. 166 ſqq. Joh Sal. Brunnquells Gedanken von dem teutſchen Stadt- und Landrecht. Jena 1720. 8. §. 22. p. 35 ſq.

2) CHR. THOMASIVS in *quaeſtionibus hiſt. philoſ. iuridicis ; qu. X.* IO. MART. SILBERRADI ſ. reſp. IO. REINH. KVGLERI *vindiciae hiſtorico-iuridicae iuris ciuilis in Germania contra reformationem de anno 1441. Friderico III. Imp. adſcribi ſolitam.* Argent. 1748.

3) ERN. IOA. WESTPHAL *de diſtincta practica ratione in iure priuato Rom. Germ.* CHR. LVDOV. KOCH *de fatis ſtudii iuris priuati eiusque culta ratione apud Germanos.* Gieſſ. 1746.

## §. 14.

Tandem ipſum ius germanicum ſaeculis XVI et XVII laetius effloreſcere coepit. Exculta enim hiſtoria germanica, excuſſis diplomatibus, mutata politiae germanicae indole, emendato magis rei iudiciariae habitu, introducto milite perpetuo et iuribus exornato, ipſa ſingularum prouinciarum iura alium plane habitum induerunt, eaque ratione culta ſunt, vt nouum plane ius in patria noſtra comparuiſſe videatur.

## §. 15.

Neque tamen ſtudium iuris germanici ſtatim cultores ſatis idoneos nanciſcebatur. Tam-

Tametſi enim CONRINGIVS omni ſtudio id ageret, vt ciuibus ſuis, iura domeſtica curatius excolenda eſſe, perſuaderet, plerique tamen ad has dapes in academiis nauſearunt, nec praeter miſcellaneas quasdam obſeruationes, quibus praelectiones ad Pandectas vel diſſertationes academicae diſtinguebantur, quidquam frugis bonae plenum Conringii aetate proferebatur.

1) conferendum diuinum EIVS *de origine iuris germanici* opus *p. 273 ſqq.* et GE. STEPH. WIESANDI epiſtola *de cauſſis neglecti iuris germanici.* Lipſ. 1758.

## §. 16.

Primus ergo ineunte hoc ſaeculo GEORGIVS BEYERVS ius germanicum publice in academlas introduxit, qui lectiones anno huius ſaeculi ſeptimo primus, quantum ſcitur, ſuper vtiliſſimo hoc iure propoſuit, cuius exemplum alii poſtea ſequuti ſunt, eoque ipſo fines iurisprudentiae domeſticae inſigniter propagauerunt.

1) videnda EIVS *disquiſitio de vtilitate lectionum academicorum in iuris germanici capita ;* praemiſſa EIVSDEM *delineationi iuris germanici* p. 29 ſq.

# SECTIO III.
## DE SVBSIDIIS ET ADMINICVLIS IVRIS GERMANICI.

### §. 17.

Quae ad ornandam explicandamque iurisprudentiam germanicam pertinent adminicula, eidem vel cum reliquis iuris partibus communia ſunt, vel ad eamdem vnice pertinent. Illuc referri poteſt, vt hoc vtar, *hiſtoria* 1), ars *interpretandi* 2), aliaque, de quibus alii expoſuerunt. Nos de ſubſidiis huic ſtudio propriis hoc loco trademus.

1) J. P. Ludewig Progr. Teutſchlands Unheil aus Unwiſſenheit der Hiſtorie §. 15. GE. STEPH. WIESAND *de vſu artis criticae in iure germanico*. Ien. 1755.

2) CHR. HENR. ECKHARDI *hermeneutica iuris lib. II.* IO. GE. LIPPISCH *ſpecimen ſcientiae interpretandi ad antiquitates germanicas adcommodatae ad* TACITI *G. c. 2.* Lipſ. 1742.

3) C. F. Walchs Vorbereitungsgründe der teutſchen bürgerlichen Rechtsgelahrtheit. Jena 1757. 4.

### §. 18.

In ſubſidiis iuri germanico propriis primo loco nominandae ſunt *antiquitates germanicae*, quae ſicut in aliis iuris partibus 1), ita et in hoc vtramque faciunt paginam 2). Inſignis eam in rem ſcriptorum numerus exſtat 3), quae vt coniunctim edantur, omnino optabile eſt. Ceterum magnam ad antiquitates germanicas vtilitatem adferunt, quae

hac de re expoſita ſunt a PAVLLO HACHENBERGIO 4), IO. NIC. HERTIO 5), IO. GE. KEYSLERO 6), IO. CHRISTOPH. CLEFELIO 7), et IO. VLR. CHRIST. TRESENREVTERO 8), licet iuſtam omnibusque numeris abſolutam antiquitatum germanicarum epitomen nondum habeamus 9).

1) IO. ABR. BIRNBAVM de *natura ac vſu ſtudii antiquitatum*. Lipſ. 1741. 4.

2) IO. GE. CRAMER de *coniungendo iuris et antiquitatum germanicarum ſtudio, eiusque ſubſidiis et adiumentis*. Lipſ. 1729. 1735. Erörterung der Frage, ob die ſchönen Wiſſenſchaften etwas zur Verbeſſerung des teutſchen Rechts beytragen? in den **Hannöverſchen Nützl. Sammlungen** 1758. *p. 1025 ſqq.*

3) RVD. AVG. NOLTENII *conſpectus theſauri antiquitatum germanicarum limitibus ſuis circumſcripti*. Lipſ. 1735.

4) in *Germania media*, ex edit. 3. GVIL. TVRCKII. Hal. 1709. 4.

5) in *notitia regni Franconici veteris* in opuſc. Tom. II. Vol. I. p. 1 — 126.

6) in *antiquitatibus ſelectis ſeptemtrionalibus et celticis*. Hannou. 1720. 8.

7) in *antiquitatibus Germanorum potiſſimum ſeptemtrionalium ſelectis*. Frf. 1733. 8.

8) in *antiquitatibus germanicis*. Goetting. 1761. 8. cf. quoque F. Heuſinger vom Nutzen der teutſchen Münzwiſſenſchaft (Nürnb. 1750. 8.) c. 7. p. 114. ſqq. J. C. Strodtmanns Uebereinſtimmung der deutſchen Alterthümer mit den Bibliſchen, ſonderlich Hebräiſchen. Wolfenb. 1755. 8.

9) huc omnino referri debent GOTHOFR. SCHVTZII Schutzſchriften für die alten teutſchen und nordiſchen Völ-

Völker. Leipz. 1746. ſq. et EIVSDEM *exercitationum ad Germaniam ſacram gentilem facientium ſylloge.* Lipſ. 1749. 8. Chr. Ulr. Grupens obſeruationes rerum et antiquitatum germanicarum. Hal. 1763.

§. 19.

*Diplomatum* 1) vſus in iure germanico perquam magnus eſt, cum illuſtrandis omnibus iuris priuati publicique quaeſtionibus egregie inſeruiant. Caute tamen ad vſum fori et probationem iudicialem 2) ex illis inſtituendam produci debent, cum eiusmodi chartae ordinarie ius inter partes tantum faciant, niſi, ius aliquod vniuerſim obtinens iisdem contineri, doceatur 3).

1) HENR. GOTTL. FRANKII *bibliotheca diplomatica*, quam repetitae editioni commentationum IO. WILH. HOFFMANNI et HENR. OVERCAMP ſuper re diplomatica praemiſit. Lipſ. 1759. 4. in primis autem notandum eſt ſtupendum opus PETR. GEORGISCH *regeſta Chronologico-diplomatica.* Hal. T. I. 1740. T. II. 1741. T. III. 1742. f. cf. IO. CHR. GATTERER *elem. artis diplomaticae vniuerſ. T. I. p. 13. ſqq.*

2) IO. EISENHARTH *de iure diplomatum.* Helmſt. 1703. et cum notis GE. STEPH. WIESANDI. Lipſ. 1757. 4.

3) IO. WILH. WALDSCHMID *de probatione per diplomataria.* Marp. 1729. IO. GE. CRAMER *l. c.* §. *14. p. 49. ſq.*

§. 20.

Studio autem diplomatico et iurisprudentiae germanicae rite explicando vnice egregieque inſeruit *notitia linguae* 1) *germanicae* 2), antiquae et hodiernae 3), eumque in finem

quantiuis pretii ſunt *gloſſaria*, e quibus ad res germanicas illuſtrandas referri potiſſimum debent MARQVARDI FREHERI 4), IOAN. VADIANI 5), FRID. LINDENBROGII 6), BLASII ECKENBERGERI 7), THEOD. REINKINGII 8), GOTHOFR. WENDELINI 9), CAROLI DU FRESNE 10), IO. SCHILTERI 11), IO. GE. WACHTERI 12), FRID. GOTTL. STRVVII 13), IO. HEVMANNI 14), CHR. GOTTL. HALTAVSII 15), egregia ſcripta; quibus *idiotica* ſingularum prouinciarum iungenda ſunt, IO. RICHEII 16), IO. CHRIST. STRODTMANNI 17), aliorumque 18).

1) IO. GE. ECCARD *de vſu et praeſtantia ſtudii etymologici.* Helmſt. 1706. 4. Praeſtantiſſima linguae germanicae antiquae et mediae monumenta exhibet IO. SCHILTERI *theſaurus antiquitatum teutonicarum T. I-III.* Vlm. 1728. fol.

2) huc pertinent etiam *gloſſaria Angloſaxonica* aliaque, quorum iuſtum recenſum dat IO. CAR. HENR. DREYERVS *de vſu iuris angloſaxonici in iure Cimbr. illuſtr. p. 208. ſqq.* cf. etiam IO. GE. CRAMER *l. c. §. 13. p. 46. ſq.*

3) IO. DAV. MICHAELIS *de ea Germaniae dialecto, qua in ſacris faciundis atque in ſcribendis libris vtimur.* Goetting. 1750.

4) in adpendice *ſcriptorum rerum german.* a FREHERO editorum.

5) quod T. II. *ſcriptorum rerum alem.* inſeruit MELCH. GOLDASTVS cum KERONIS Monachi S. Galli gloſſario vocum alemannicarum.

6) huius gloſſarium ipſius *Codici legum antiquarum* adiectum.

7) eius *repertorium alphabeticum* voces iuris Iutici obſcu-

obſcuriores peregregie explicans cum *iure Iutico* (dem Jutiſchen Lowbuch) prodiit. Sleſuic. 1593. 4. cf. etiam IOACH. BLVTINGII gloſſa, oder gründliche Erklärung des — Low= oder Rechtsbuchs. Flensb. 1717. 4.

8) eius bequemes *Promptuarium* über die revidirte Holſteiniſche Landgerichtsordnung editum a I. B. A. I. V. D. Lubec. 1707. 4. indicem magis realem ordinationis holſaticae, quam gloſſarium continet.

9) *gloſſarium Salicum vocum Atuaticarum* adiectum ipſius Legibus ſalicis illuſtratis. Antw. 1649. f.

10) *gloſſarium ad ſcriptores mediae et infimae Latinitatis.* Pariſ. 1678. et opera Monachorum ordinis S. Benedicti ex congregatione S. Mauri ib. 1733-1736. VI. Tomi f.

11) *gloſſarium* eius *ad ſcriptores linguae Francicae et Alemannicae veteris* proſtat in T. III. EIVSDEM *theſaurum antiquitatum teutonicarum.* Vlm. 1728. f.

12) *gloſſarium germanicum.* Lipſ. 1736. f.

13) Sammlung und rechtliche Erklärung unterſchiedener deutſcher Wörter und Redensarten, welche in den gemeinen Rechten, Landesordnungen und Stadtrechten vorkommen, nach alphabetiſcher Ordnung zuſammen getragen. Hamb. 1748. 4.

14) *gloſſarium bauaricum et auſtriacum* in EIVSDEM *opuſculis iuris germ.* Norimb. 1747. 4. *p. 673. ſqq.*

15) *gloſſarium germanicum praecipue iuris et fori germ.* Lipſ. 1757. f.

16) *idioticum Hamburgenſe.* Hamb. 1743. et 1754. 8.

17) *idioticum oſnabrugenſe.*

18) Coronidis loco hic notanda lexica iuris PAVLLI MATTH. WEHNERI, BESOLDI, SPEIDELII, aliorumque, in primis vero praeſtantiſſimum opus: *repertorium iuris priuati germanici*, quod

 cum

cum praefatione io. avg. hellfeldii prodiit. IV. Tomi 4. Ien. 1753-1763. G. St. Wieſand juriſt. Handbuch. Hildb. 1763. 8.

## §. 21.

Quod ad *ſyſtemata* et *compendia iuris germanici* attinet, iuſtum quidem eiusdem ſyſtema non habemus 1). henrici enim gieseberti 2) opera, quae referri huc poterant, operae pretium non faciunt. Compendia huius iuris ante Ge. Beyerum non prodierunt, licet nobiliora eiusdem capita interdum inſtitutionibus iuris Iuſtinianei inſerta fuerint, quale quid io. schiltervs 3) tentauit. Ceterum inſtitutiones iuris germanici primus edidit ge. beyervs 4), cuius exemplum ſequuti poſtea ſunt chr. gottl. freiesleben 5), io. frid. polac 6), io. gottl. heineccivs 7), io. rvd. engavivs 8), henr. chr. senkenbergivs 9), io. steph. pvttervs 10), io. frid. eisenharthvs 11), bened. schmidivs 12), io. ge. estor 13), et io. hevmannvs 14), vt eos taceam, qui ideam tantum eiusmodi operis adumbrarunt, in quibus io. iac. moservs 15) et ivst. henn. boehmervs 16) praeſertim eminent. Quid autem de ſingulis hiſce inſtitutionibus ſtatuendum ſit, in praefatione expoſuimus.

1) io. hevmannvs *de iuris germanici genio recte internoſcendo* §. *8. 9.* T. III. *exercit. iur. vniu.* med. I. *p. 20. ſqq.*

2) de

2) de EIVSDEM *periculo ſtatutorum harmonico, Iuſtiniano harmonico et deuteronomio harmanico* recte iudicauit HEINECCIVS in *elem. iur. germ. prooem.* §. *12. p. 9.*

3) in aureis *inſtitutionibus Iuſtinianeis ex iure naturali, gentium et germanico ſuppletis.* Lipſ. 1685. 8. huc referri quoque debent GOTTL. GER. TITII *iuris priuati Romano-Germanico libri XII.* Lipſ. 1709. 1724. 4. IO. PAVL. KRESSII *ſpecimen iurisprudentiae priuatae ſiue ciuilis.* Ien. 1709. 8. Helmſt. 1726. 8. et DIET. HERM. KEMMERICHII *acceſſiones inſtitutionum.* Viteb. 1726. 8.

4) eiusdem *delineatio iuris germanici* prodiit cura MICH. HENR. GRIEBNERI. Hal. 1718. 4. et recenſente CHR. GOTH. HOFFMANNO. Lipſ. 1729. 1740. 4.

5) Einleitung zur bürgerlichen teutſchen Rechtsgelahrheit. Altenb. 1726. 8. Similis farinae ſunt: A. F. Glafey Grundſätze der bürgerlichen Rechtsgelehrſamkeit. Leipz. 1720. 8.

6) Syſtema iurisprudentiae ciuilis germanicae antiquae. Lipſ. 1733. 4.

7) *elementa iuris germanici.* T. I. Hal. 1736. 1737. T. II. 1737. 8.

8) *elementa iuris germanici ciuilis veteris pariter atque hodierni.* Ien. 1737. 1740. 1748. 1752. 8. Egregio commentario hunc librum edito *ſpicilegio iuris germanici* illuſtrauit CHR. GOTTL. RICCIVS, cuius P. I. prodiit Goettingae 1750. 8.

10) *elementa iuris germanici priuati hodierni.* Goetting. 1748. 1756. 8. quibuscum contendendus eſt EIVSDEM *conſpectus iuris germanici priuati hodierni noua ſyſtemate tradendi.* Goett. 1754. 8. Ceterum notandum ad hunc locum elegans ſcriptum MICH. HENR. GE. REINHARDII *celeberrimorum virorum* GE. BEYERI, IO. GOTTL. HEINECCII, IO. RVD. ENGAVII et IO. STEPH. PVTTERI

PVTTERI *principia iuris germanici in ſuccinctis tabulis exhibita.* Lipſ. 1752. 4.

11) *inſtitutiones iuris germanici priuati.* Helmſt. 1753. 8.

12) *principia iuris germanici antiquiſſimi, antiqui, medii pariter atque hodierni.* Norimb. 1755. 8. quid de ipſius *Principiis iurisprud. Romano-germ.* (Ingolſt. 1762. 8.) ſentiendum ſit ex vero dixi in der Juriſt. Bibl. T. I. p. 349. ſqq.

13) Bürgerliche Rechtsgelehrſamkeit der Teutſchen, ausgefertiget von Joh. Andreen Hofmann. T. I. Marb. 1757. 8. T. II. 1758.

14) *conſpectus iuris ciuilis communis Germanorum natiui et adſciti in tabulis exhibitus.* Altorf. 1760. f. cf. EIVSDEM Rechtlicher Catechismus, oder fragweis abgefaßte Anweiſung zu der gemeinen Teutſchen bürgerlichen Rechtslehre. Alt. 1760. 8.

15) Grundſätze des deutſchen Privatrechts überhaupt. Frankf. 1738. 4. et in EIVSDEM *ſelectis iur. publ. et priuati. p.* 425–431.

16) kurzer Entwurf des alten deutſchen Rechts, oder Einleitung zu der deutſchen Rechtsgelahrheit, aus ihren eigenen Grundſätzen, in denen ältern und mittlern Zeiten, gezogen, ſo weit noch davon ein Gebrauch zu machen. Halle 1747. 4.

## §. 22.

*Hiſtoriam iuris germanici* multum ipſam eiusdem explicationem iuuare, non eſt ad dubitandum. Iam quamquam vniuerſam ſingulorum iurium prouincialium et ſtatutariorum 1) hiſtoriam nemo adhuc delineauerit, vniuerſi tamen iuris fata ac viciſſitudines HERM. CONRINGIVS 2), IO. GE. KVLPIS 3), CHR. GOTHOFR. HOFFMANNVS 4), BVRC. GOTTH. STRV-

STRVVIVS 5), IO. SAL. BRVNNQVELLIVS 6), IO. GOTTL. HEINECCIVS 7), IO. AVG. HELLFELDIVS 8), IO. ADAM. KOPPIVS 9), et CAR. GOTTL. KNORRIVS 10), concinno ſatis ordine expoſuerunt 11).

1) hiſtoriam ſtatutorum vaſto opere perſequutus eſt CHR. GOTTL. RICCIVS in dem zuverläßigen Entwurf von Stadtgeſetzen oder Statutis, vornehmlich der Landſtädte. Frf. und Leipz. 1740. 4.

2) *de origine iuris germanici.* Helmſt. 1645. 1649. 1665. 1720. 4. et *T. VI. operum p. 77. ſqq.*

3) diſſ. epiſtolica *de Germanicarum legum veterum ac Romani iuris in republica noſtra origine auctoritateque praeſenti.* 1682. et *in diſſertat. acad. p. 352 -- 430.*

4) *ſpecimen coniecturarum politico-iuridicarum de origine legum germanicarum.* Lipſ. 1715. 4.

5) in *hiſtoria iuris.* Ien. 1718. 4. c. 6. *p. 411—560.*

6) in *hiſtoria iuris Romani-Germanici.* Ien. 1727. 8. *p. 413. ſqq.*

7) in *hiſtoria iuris ciuilis Romani et Germanici.* Hal. 1733. 1740. 8. In editione argentoratenſi 1751. p. 635. ſqq. acceſſerunt frequentes et elegantiſſimae IO. MART. SILBERRADI ad hiſtoriam iuris germanici adnotationes.

8) in *hiſtoria iuris germanici et canonico-pontificii.* Ien. 1741. 8.

9) in *hiſtoria iuris vniuerſi.* Marp. 1741. 8. *c. 5. p. 191 -- 257.*

10) in *hiſtoria iuris germanici canonici et feudalis.* Hal. 1746. 8.

11) cf. *elementa* mea *hiſtoriae iuris vniuerſi per Germaniam obtinentis.* Goett. 1758. 8. *P. IV. p. 226 -- 305.* in primis autem conferri meretur H. C. von

Senkenberg vorläufige Einleit. zu der ganzen in Teutſchl. übl. Rechtsgel. c. 5.

## §. 23.

Tandem *iura* quoque *vicinorum populorum* ius patrium Germanorum, praeſertim ſi origines eius ſpectaueris, egregie illuſtrant 1), qua in re *Gallorum* 2) *Belgarum* 3), *Anglorum* 4), *Suecorum* 5) denique ac *Danorum* 6), in primis etiam *Liuoniae* 7), *Curlandiae* 8), ac *Pruſſiae* 9) iura eminent, qui populi tantum non omnes communem habent cum Germanis originem, et in nobiliſſimis iuris ciuilis priuati capitibus eorumdem placita cum inſtitutis Germanorum amice conſpirant.

1) HEINECCIVS in *elem. iur. germ. prooem.* §. *10.*

2) elegans *hiſtoriae iuris gallicani epitome* IO. MART. SILBERRADI editioni argentoratenſi hiſtoriae iuris Heineccianae acceſſit *p. 1059 -- 1148.* Ius conſuetudinarium Gallicum, quod in illuſtrando iure patrio quantiuis pretii eſt, continet elegantiſſima collectio: *Les coutumes generales et particulieres de France et des Gaules, corrigées et annotées par* M. CHARLES DE MOULIN; *augmentées et revues par* GABR. MICHEL, *Angevin.* T. I. II. Pariſ. 1635. f. T. I-IV. 1724. f. cf. etiam: *le Code du Roi Henri IV. par* M. THOMAS CORMIER. à Paris, 1603. f.

3) huic illuſtrando praeſertim inſeruit HVG. GROTII Inleiding tot de Hollandſe Rechtsgeleertheid. Harlem 1636. Haag 1689. GVIL. GROTII *iſagoge in praxin fori batauici.* Amſt. 1655. 4. de ipſis iuribus vide *bibl. lipen. T. I. p. 110. ſqq.*

4) ED. COKE's *inſtitutes of the Laws of England.* Lond. 1628. 1629. IV. Tom. f. 10. COWELLI *inſtitutiones*

*ſtitutiones iuris Anglicani.* Oxon. 1664. 1676. et in primis elegantiſſimum opus THOM. WOODII: *a new inſtitute of the Imperial or civil Law, with notes, ſhewing in ſome principal caſes amongſt other obſervations, how the Canon Law, the Laws of England and the Laws and Cuſtoms of other Nations differ from it.* Lond. 1730. f. Ampliorem iuris Anglicani recenſum habet: CHR. HARTM. SAM. GATZERT comm. *de iure communi Angliae, of the common Law of England.* Goett. 1765. cf. etiam RAPIN *hiſtoire d' Angleterre T. I.* (Hag. 1733.) *p. 475.-525.*

5) Swerikes Landz Lagh. Stockh. 1633. 4. Schwediſches Land = und Stadtrecht. Frf. und Leipz. 1709. 4. *Codex legum ſuecicarum receptus et approbatus in comitiis Stockholmienſibus.* Holm. 1744. 10. OL. STIERNHÖCK *de iure Suecorum et Gothorum libri II.* Holm. 1672. 4. *bibl. lipen. T. II. p. 373. ſq.*

6) Kong Chriſtian den Femtes Danſke Lov, Kiobenhavn 1683. paa ny oplagt ved Caſper Peter **Rothe,** ib. 1750. 8. PETR. FRID. ARPII *feriae aeſtiuales* (Hamb. 1726. 8.) *p. 271. ſqq.* EIVSDEM *Themis Cimbrica.* (Hamb. 1737. 4.) *p. 114. ſqq.* Kong Chriſtian den Femtes Norſke Lov. Kiobenhavn 1723. 8.

7) Lieſländiſche **Landesordnungen**, nebſt dazu gehörigen Placaten und Stadgen. Riga 1707. 4. Lieſländiſches **Ritter = und Landrecht** MSS. 1578. FRID. MENII hiſtoriſcher Prodromus des Lieſländiſchen Rechtens und Regiments bis auf Guſtaui Magni Tod. Dörpt 1633. 4. Compendium des Lieſländiſchen Rechtens de 1500.

8) MSS. ſeruo: 1) *Formulam regiminis ducalis Curlandiae et Semigalliae a Dn. Commiſſariis regiis Mitauiae d. 18. Mart. a. 1617. publicatam;* latine et germanice; itemque Piltniſche *ſtatuta* und **Landrecht**; a R. Sigismundo d. 28. Octobr. 1611. confirmata;

confirmata; Differunt ab his *ſtatuta Curlandica*, in ſummi viri CHR. A NETTELBLA *faſciculo rer. Curland.* (Roſt. 1729. 4.) *p. 65. ſqq.*

9) Iura antiqua Pruſſiae continet rariſſimum opus: *Iura municipalia terrarum Pruſſiae et leges ad eas terras priuatim pertinentes.* (Gedani) 1578. 4. Noua iura dabunt: Preußiſches verbeſſertes Landrecht. Königsb. 1712. f. Vollſtändiges Culmiſches Recht. Leipz. 1754. f. cf. Preußiſche Sammlung allerley ungedruckter Urkunden ꝛc. *T. II.* (Danzig 1748. 8.) *p. 419. ſqq.* Reinhold Friedr. von Sahme gründliche Einleitung zur Preußiſchen Rechtsgelehrſamkeit. Königsb. 1741. 4.

10) tandem *iura* quoque *Heluetiae* referri huc debent, de quibus elegans opus Joh. Jac. **Leu Eydgenoſſiſches Stadt- und Landrecht**, darinnen der 13 und zugewandten löbl. Städt und Orten der Eydgenoſſenſchaft Stadt- und Landgeſetze vorgeſtellet und mit Anmerkungen erläutert werden. T. I-IV. Zürich 1727. 1746. 4. notari meretur.

## §. 24.

*Scripta* denique *miſcellanea*, quibus iuris patrii capita nobiliora exponuntur, IVSTI GE. SCHOTTELII, AHASV. FRITSCHII, DAV. MEVII, GE. MELCH. DE LVDOLF, DAV. GE. STRVBII, HENR. CHR. L. B. SENKENBERGII, IO. VLR. L. B. DE CRAMER, CHR. GOTHOFREDI et IO. WILH. HOFFMANNORVM, IO. PETRI A LVDEWIG, CHR. VLR. GRVPENII, CHR. LAVR. BILDERBECKII, IO. GE. ESTORIS, IO. CAR. HENR. DREYERI, GE. HENR. AYRERI, GE. LVD. BOEHMERI, CHR. GOTTL. RICCII, CHR. LVD.

LVD. SCHEIDII, FRID. ES. PVFENDORFII, IO. FRID. EISENHARTHI, AVG. DE BALTHASAR, IO. HEVMANNI, H. H. AB ENGELBRECHT, I. F. ORTHII, W. A. X. A. KREITMAYR, C. F. WALCHII, et aliorum de iuribus noſtris optime promeritorum ſuo quaeque loco adlegabimus.

# CAPVT II.

## DE IPSIS IVRIBVS IN GERMANIA OBTINENTIBVS EORVMQVE VSV HODIERNO.

## SECTIO I.

### DE IVRE ANTIQVO GERMANORVM.

#### §. 25.

*Antiquiſſima Germanorum iura meris conſuetudinibus continebantur* 1). Et quamquam *carminibus* 2) aliisque modis eorumdem memoriam propagare ſtudebant, pauca tamen eiusdem capita in comperto habemus a TACITO 3) aliisque ſcriptoribus memorata, ex quibus veſtigia eius vnice legenda ſunt.

1) HENR. GOTTL. FRANKE *de iurisprudentia veterum Germanorum.* Lipſ. 1728.

2) CHR. LVD. CRELLIVS *de primitiis legum poeticis, antiquiſſimo genere carminum.* Viteb. 1725. HERTII *notitia veter. German. popul. P. I. c. IV. §. 6.*

3) in aureo *de moribus Germanorum libro.* Veſtigia

gia autem iuris germanici in Tacito latentia GE. CHR. GEBAVERVS, ὁ πάνυ, ſollerter indagauit his quidem ſcriptis programmatibus:

1) *de indole connubiorum* ad Tac. c. 18. Goetting. 1736.
2) *de dote germanica.* ad c. 18. 1741.
3) *de alea et fide.* ad c. 24. 1741.
4) *de poena violati matrimonii.* ad c. 19. 1743.
5) *de ſupplicio adulterarum.* ad c. 19. 1743.
6) *de regio apud Germanos nomine.* ad c. 7. 1753.
7) *de regia apud Germanos poteſtate.* ad c. 7. 1753.
8) *de regia apud Germanos ſucceſſione.* ad c. 7. 1753.
9) *de nobilitate veterum Germanorum.* ad c. 7. 1754.
10) *de comitiis veterum Germ.* ad c. 11. 1754.
11) *de iudiciis veterum Germ.* ad c. 12. 1754.
12) *de comitatu principum Germ.* ad c. 13. 14. 1754.
13) *de iure ſucceſſionum apud veteres Germ.* ad c. 20. 1754.
14) *de patria poteſtate veterum Germ.* ad c. 20. 13. 1755.
15) *de dominica poteſtate veterum Germ.* ad c. 25. 1757.
16) *de re iudiciaria militari veterum Germ.* ad c. 6. 7. 14. 1760.
17) diſſ. *de re libertinitate et iurisdictione militari veterum Germ.* ad c. 6. 7. 14. 1760.
18) progr. *de iudiciis non capitalibus veterum Germanorum.* 1763.
19) pr. *de homicidio delicto apud veteres Germanos non capitali, eiusque mulcta Weregildo.* 1763.

## §. 26.

Ex quo autem Franci rerum potiti ſunt, conſuetudines germanicae ſingulorum populorum, in ſcripturam redactae ſunt 1), vnde leges: *Salica* 2), *Ripuariorum*, *Alemannorum*, *Ba-*

*Baiuuariorum* 3), *Friſiorum* 4), *Angliorum*, *Werinorum* et *Saxonum* 5), et eorum quoque populorum, qui relicta Germania alias ſibi ſedes quaeſiuerunt, *Burgundionum* puto, *Wiſigothorum*, *Oſtrogothorum* ac *Longobardorum* 6), permanarunt, quibus poſtea omnibus ac ſingulis *Capitularia Regum Francorum* acceſſerunt; et quaedam ex vſu fori ſeruabantur, quae *auctores formularum* 7) compilarunt.

1) PAVLL. HACHENBERG *de legibus veterum Germanorum*, in *Germania antiqua diſſ. III. p. 41. ſqq.*

2) de hac praeter ſcriptores antiquiores, WENDELINVM et alios vnice notandi ſunt: CAR. DU FRESNE *diſſ. XVII. ad Ioinuillam*, apud PISTORIVM *in amoenitat. hiſt. iurid. P. VI. p. 1670. ſqq.* et GE. STEPH. WIESANDI diſſ. *de lege Salica.* Lipſ. 1760. Edidit hanc et Ripuariorum legem commentarioque illuſtrauit IO. GE. ECCARDVS. Hannou. 1719. fol. cf. etiam H. CHR. DE SENKENBERG *viſiones de collect. leg. germ. c. 1. p. 7. ſqq.*

3) HENR. CHR. SENKENBERGII diſſ. *de legibus gentis bauaricae.* Gieſſ. 1740. *de legibus Bauarorum ante Theodoricum eleganter expoſuit* STERZINGERVS in den Abhandl. der Bayeriſch. Acad. der Wiſſenſch. T. I. p. 135. ſqq.

4) editae notisqne illuſtratae a SIBR. TETARDO SICCAMA, cuius editionem recudendam dedit CAR. GVIL. GAERTNERVS. Lipſ. 1730. 4.

5) HERM. AD. MEINDERS *de ſtatu religionis et reipublicae ſub Carolo M. et Ludouico Pio in veteri Saxonia ſ. Weſtphalia et vicinis regionibus.* Lemgou. 1711. 4.

6) elegantiſſimam harum editionem dedit LVD. ANT. MVRATORIVS in *ſcriptor. rer. Italicar. T. I. P. II.* (Mediolan. 1725. f.) *p. 1. ſqq.*

7) in quibus inſtar omnium memorandi MARCVLFI monachi *formularum libri II.* editi ab HIER. BIGNONIO. Pariſ. 1613. 8. cf. G. D. Hoffmanns Samml. vermiſchter Beobacht. T. III. p. 177. ſqq.

## §. 27.

Omnes ac ſingulae harum legum compilationes in codicibus manuſcriptis, qui ipſi admodum diſcrepant, diu latuerunt, donec opera praeſtantiſſimorum virorum IOANNIS SICHARDI 1), BASILII IOANNIS HEROLDI 2), FRIDERICI LINDENBROGII 3), STEPHANI BALVZII 4), et PETRI GEORGISCH 5), magno iurisprudentiae noſtrae commodo, publice prodierunt.

1) *leges Ripuariorum, Boioariorum et Alemannorum.* Baſil. 1530. 8.

2) *originum ac germanicarum antiquitatum libri, leges videlicet Salicae, Alemannorum, Saxonum, Angliorum, Thuringorum, Burgundionum, Francorum, Ripuariae, Boioariorum, Weſtphalorum, Werinorum, Friſionum, Longobardorum, Theutonum.* Baſil. 1557. f.

3) *codex legum antiquarum in quo continentur leges Wiſigothorum, edictum Theoderici regis Lex Baiuuariorum, decretum Thaſſilonis ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Angliorum et Werinorum, Friſionum, Longobardorum, Conſtitutiones Siculae ſ. Neapolitanae Capitulare Caroli M. et Hludouici Imp. vna cum gloſſario.* Francof. 1613. f.

4) *capitularia regum Francorum;* adiectis MARCVLFI monachi et aliorum formulis vna cum editoris et variorum notis. Pariſ. 1677. 2. Tomi f.

5) cor-

5) *corpus iuris germanici antiqui, quo continentur leges Francorum Salicae et Ripuariorum, Alemannorum, Baiuuariorum, Friſionum, Angliorum et Werinorum, Saxonum, Longobardorum, Wiſigothorum, Oſtgothorum, nec non Capitularia regum Francorum, vna cum libris Capitularium ab Anſegiſo abbate et Benedicto Leuita collectis;* cum praefatione IO. GOTTL. HEINECCII. Hal. 1738. 4.

## §. 28.

Iam quod ad *vſum harum collectionum* attinet, facile eſt ad animaduertendum, eumdem *magnum* eſſe et peregregium *ad deducendas iurium hodiernorum origines* 1). Si tamen *vſum fori immediatum* ſpectaueris, nullam earum eſſe auctoritatem ſtrenue contendo 2), cum (a) iam ſaeculis IX. X. XI. gradu ſuo in foris depulſae 3) fuerint (b) plerique populi, quibus latae fuerunt, ipſum adeo nomen mutauerint ſtatumque publicum (c); nouiores iurium collectiones iisdem vbique derogauerint 4).

1) IO. CAR. HENR. DREYER *de vſu genuino iuris angloſaxonici in iure cimbrico explicando p. 3. ſqq.*

2) Strube von dem Misbrauch und gutem Gebrauch der alten teutſchen Rechte T. V. der Nebenſt. p. 5. ſqq. Joh. Steph. Pütters Deduction. Gött. 1760. f. p. 157. Heumanns Geiſt der Geſetze der Teutſchen c. 9. §. 3. p. 98.

3) *elementa* mea *hiſtoriae iuris vniu. §. 293. ſqq.* cf. IO. WILH. HARTMANN *de hodierno iuris et iuſtitiae ſtatu in foris Germ.* (Rintel. 1747.) §. 27. p. 28. ſqq.

4) ferd. avg. hommel *de proedria legum Juſtinianearum prae iure patrio antiquo in foris Germanorum.* Lipſ. 1739. henr. brokes *de exiguo antiquarum legum Germanicarum vſu.* Viteb. 1740. cf. eivsdem *obſeruat. p. 169. ſqq.* 10. sam. frid. boehmer *de praeiudicio iuris germanici prae Romano in cauſſis priuatis.* Francof. 1750. 1755.

## Sectio II.

### De ivre germanico medio.

### §. 29.

Ius germanicum medii, quod dicitur, aeui, omne quibusdam priuatorum compilationibus et ſtatutis quarumdam vrbium celebrioribus continetur. Inter priuatas collectiones *ius*, quod dicitur, *caeſareum* das Kayſerrecht 1), omnium videtur antiquiſſimum, incerto illud quidem auctore et anno 2), ex legibus tamen indubiae auctoritatis compilatum 3), et multifaria olim in foris adlegatione conſpicuum 4).

1) ſplendide editum in henr. chr. l. b. de senkenberg *corpore iuris germanici publici ac priuati T. I.* (Francof. 1760. f.) *p. 1 --- 124.* P. III. autem ius feudale exponens item proſtat in *corpore iuris feudalis Senkenbergiano p. 1 --- 19.*

2) senkenbergivs in praefatione *corp. iur. germ.* §. *11. ſqq. p. 12. ſqq.*

3) Matth. von Wicht Vorbericht zum Oſtfrieſiſchen Landrecht. §. 22. p. 86. ſqq.

4) H.

4) H. C. Freyh. v. Senkenberg vom Gebrauch des uralten deutſchen Rechts c. 1. §. 34. ſqq. p. 32. ſqq. et in praefat. *corp. iur. germ.* §. 43. 44. Dicam ſcripſit iuri caeſareo CHR. VLR. GRVPENIVS in *obſeruat. rer. et antiqu. germ. p. 481. ſqq.* Modeſtius reſpondit SENKENBERGIVS in *viſionib. de collect. leg. germ. c. 3. p. 25. ſqq.* Tela tamen Senkenbergiana retorquere adniſus eſt GRVPENIVS in dem Hannöveriſchen Magazin (1765.) p. 897 - 952.

## §. 30.

Ius caeſareum aetate excipit *ſpeculum Saxonicum* 1), der Sachſenſpiegel, idque in duas partes diuiſum, quarum prior *ius prouinciale Saxonicum* [das Sächſiſche Landrecht] poſterior *ius feudale Saxonicum* 2) [das Sächſiſche Lehenrecht] adpellatur. Continet illud collectionem morum Saxoniae et vicinarum regionum ab EPKONE DE REPKOW 3) medio fere ſaeculo XIII. 4) priuata auctoritate compilatam; quam non vicinia tantum, verum remotiſſimae quoque Germaniae, Liuoniae, Curlandiae regiones 5), ob morum Germanicorum miram cum Saxonicis conſonantiam, et quia melior legum collectio non adeſſet, auide receperunt 6).

1) CAR. OTTO RECHENBERG, diſſ. habita praeſide CHR. SCHREITERO *de origine iuris Saxonici.* Lipſ. 1710. EVCHAR. GOTTL. RINK de *ſpeculo Saxonico fonte iuris Saxonici communis.* Altorf. 1718. GE. HENR. AYRER *de aetate ſpeculi Saxonici ſpeculo Sueuico antiquiori.* Goetting. 1742. ADAM. HENR. LACKMANN *an vmquam ſpeculum Saxonicum exſtiterit ſpeculo Epkonis de Repgow antiquius?*

*quius?* Kilon. 1748. CHR. VLR. GRVPEN in *obſeru. rer. et antiqu. germ. p. 457. ſqq.* H. CHR. DE SENKENBERG *viſiones de colleƈt. leg. germ. p. 46. ſqq.*

2) CONRING *de origine iuris germanici c. 30.* STRVVIVS in *hiſt. iur. c. 8. §. 16.* **Buri** Erläuterung des Lehenrechts p. 171. ſqq. Exſtat apud SENKENBERGIVM in *corp. iur. feud. p. 179 - 217.*

3) HEIGIVS *quaeſt. iur. Sax. qu. VIII.* RINKIVS *l. c. §. 2. p. 5.* **Beckmanns** Anhaltiſche Hiſtorie P. 7. c. 3. p. 356.

4) AYRERVS l. c. §. 7. ſqq. **Buri** p. 173. ſqq. Nuper perill. SENKENBERGIVS von dem lebhaften Gebrauch des alten deutſchen Rechts. c. 1. §. 30. p. 28. anno 1158. compilatum eſſe opinabatur, auctoritate BRANDII A TZERSTADT, patricii luneburgenſis, qui in dem Slötel des Landrechts de 1442. ait: ſo heft de ſulve Her Eyke dat vormered by den jaren na Goddes bord duſend jar unde anderhalf hundert jar unde acht jar myt velen ſynen reden unde worden, un ok anderer Keyſere, alſe Keyſer Otten des erſten unde ok des anderen unde Keyſer Fredericus von Stouff ſettinghe, den Saſſen ſin ghegheuven vor recht, qui locus exſtat apud SENKENBERGIVM *l. c. p. 227.* ſed cf. GRVPENII *obſeru. p. 465.*

5) RINKIVS *§. 17. p. 28. ſqq.* STRVVIVS *c. 6. §. 23. p. 469. ſqq.*

6) plenam *editionum ſpeculi* recenſionem dat **Pütter** in der juriſtiſchen Encyclopädie p. 132. ſqq. cf. H. Chr. Meckbachs Anmerkungen über den Sachſenſpiegel. Jena 1764. 4.

## §. 31.

Eodem ſaeculo XIII. confectus *ordo iudiciarius iuris prouincialis* 1) [der Richtſteig Landrecht]; qui HERMANNVM AB OESFELD 2) auctorem

auctorem habere fertur. *Weichbildum* 3) *Saxonicum* ſiue *Magdeburgicum*, quod ob inſignem ſcabinatus Magdeburgici claritatem magnam nanciſcebatur auctoritatem 4) falſo ab Ottonis M. aeuo deducitur 5), et rectius vertente ſaeculo XIII. compilatum eſſe contenditur 6).

1) Edidit hunc et *ordinem iudiciarium feudalem*, den Richtſteig Lehenrechts IAC. FRID. LVDOVICI in adpendice der Anleitung zum Lehensproceß; longe curatiorem alteroque libro auctiorem dedit SENKENBERGIVS in *corpore iur. germ. T. I. p. 127–308*. cf. IDEM in *praef. corp. iur. germ.* §. 104. 105.

2) de hoc vide SENKENBERGIVM *de euocationibus* T. II. ZANGERI *de exceptionibus p. 1480. ſq.* Nuper tamen IO. DE BVCH, nobili Marchico hunc librum vindicauit GRVPENIVS in praefat. ad *ſpec. ſax. belg.* (Holländ. Sachſenſpiegel) 1763. 4.

3) IO. GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonicis.* Frf. 1625. 4. Argent. 1666. 4. AVG. BENED. CARPZOVIVS *de iure Weichbildorum.* Lipſ. 1673. 1742. IO. HENR. EGGELING *de Wichiletho.* Brem. 1700. IO. ZACH. HARTMANN *de etymologia vocis* Weichbild. Kil. 1734. IOA. THEOD. LICHTENSTEIN *de iure Weichbildico Saxonico ex documentis Helmſtad. illuſtrato.* Helmſt. 1748.

4) STRVVIVS in *hiſt. iur. p. 482. ſqq.* LICHTENSTEIN *Obſ. I. p. 1 -- 8.*

5) LVD. MENKEN progr. *quo confirmationem Weichbildi, quae Ottoni I. tribuitur, hiſtoriarum fide deſtitui oſtenditur*; in *ſel. diſſ. iurid.* (Lipſ. 1705. 4.) *p. 884. ſqq.*

6) Muto ſententiam. Iura enim municipalia Pruſſiae me docuerunt, iam 1233. ciuitates Boruſſiae hoc iure donatas eſſe. cf. meine Juriſt. Bibl. T. II. p. 255.

255. ſqq. De cetero LAVHNIVS in den Schriften der T. Geſellſch. zu Jena (a. 1753.) p. 119. ſqq. illud fontem eſſe ſpeculi ſaxonici, argumentis parum probabilibus probare conatus eſt. cf. Grupen im Hannöv. Magaz. 1765. p. 902. ſqq. nouiſſime editum a IAC. FRID. LVDOVICI. Hal. 1721. 4. c. *praefatione*, qua *hiſtoria operis* exponitur, quam vide §. *9. 12. 13.*

## §. 32.

Similis ſpeculo Saxonico compilatio eſt, quam vulgo *ſpeculum Sueuicum* ſ. *Alemannicum* 1), den Schwabenſpiegel adpellant, cuius item duae partes *ius prouinciale alemannicum* [Schwäbiſches Landrecht] et *ius feudale alemannicum* 2) [Schwäbiſches Lehnrecht] proſtant. Nomen quidem ſpeculi Sueuici commentitium videtur 3), cum oſtendi non poſſit, eſſe illud in Sueuia aut ex moribus Sueuorum collectum. De auctore 4) et aetate 5) omnia incerta. Quod ad argumenta et fata eius attinet, ex iure caeſareo et ſpeculo Saxonico hauſtum videtur opus, cuius Codices MSS. admodum variant, cum in ſingulis prouinciis quisque, quae cum iure caeſareo aut Saxonico non conueniebant, adderet, atque adeo ad habitum iuris ſui patrii omnem collectionem adornaret 6).

1) STRVVIVS *c. 6. §. 30. p. 487. ſqq.*

2) quod elegantiſſimo commentario illuſtrauit IO. SCHILTERVS.

3)

3) IO. GOTTL. GONNE *de commento ſpeculi Sueuici nec non iuris Sueuici ſ. Alemannici, quod in illo haberi creditur.* Erlang. 1753. Senkenberg vom Gebrauch der alten deutſchen Rechte. c. 1. §. 13.

4) Buri p. 183.

5) PHIL. IAC. LAMBACHERVS *de aetate iuris illius antiqui germanici, quod vulgo vocatur ſpeculum Sueuicum, deque ſignificatu vocabuli* Semperleute, *quod in eo vſurpatur.* Vienn. 1739. 4. anno 1282. illud compilatum eſſe ait. Sed vide AYRERVM *§. 14. ſqq. p. 27. ſq.* Buri p. 184. ſqq. RVD. autem ISELIVS anno 1286. a Rudolpho I. in ſollemni curia illud confirmatum eſſe contendit teſte SENKENBERGIO in *praef. T. I. corp. iur. germ. §. 6. p. 7.*

6) GONNE *l. c. §. 3 — 11. §. 15. ſqq. Elem.* mea *hiſt. iur. vniu. §. 314. editiones* huius ſpeculi recenſet CHR. GOTTH. HOFFMANN *de orig. leg. germ. p. 133.* et Pütter in der juriſtiſchen Encyclopädie p. 138. ſqq.

## §. 33.

Haec de collectionibus iurium germanicorum priuata auctoritate media aetate compilatis. Quod iam ad *iura publice promulgata* attinet; iurium quidem prouincialium elegantes aliquot collectiones prodierunt, in quibus ius prouinciale *Ruſtringenſe* 1) [Ruſtringer Landrecht], ius vetus *Friſium* 2) [Altfrieſiſch Landrecht], ius *emſicum* 3) [Emſiger Landrecht], *femarienſe* 4) [der Inſel Fehmern Landrecht]; ius prouinciale *bauaricum* 5), ius *friſicum boreale* 6), [Nordfrieſiſches Landrecht] praecipue notari merentur.

1) ſaeculo XIII. collectum eſt; Wichts Vorbericht zum Oſtfrieſ. Landrecht p. 170. ſqq. editum eſt a PVFENDORFIO *T. III. obſeruat. in adp. p. 36—144.*
2) ineunte ſaeculo XIV. conditum; prodiit Colon. 1468. et in editione ſecunda CHR. SCHOTANI Beſcryvinge van de Heerlyckheydt van Friesland. 1664. f. Wichts Vorbericht p. 133. ſq.
3) factum a. 1312. editum a WICHTIO im Oſtfrieſiſchen Landrecht p. 645. cf. EIVS Vorbericht p. 126.
4) de a. 1326. exſtat apud DREYERVM in der Sammlung vermiſchter Abhandlungen T. II. p. 1017—1030.
5) promulgatum a. 1346. editum 1484. et 1495. Auguſtae Vindel. et denuo a IO. HEVMANNO in *opuſ. iur. germ.* (Norimb. 1747. 4.) *p. 54. ſqq.* SENKENBERG *de legibus gentis bauaricae.* Gieſſ. 1742. §. 8.
6) de a. 1426. apud DREYERVM T. I. der Abhandlungen *p. 473—486.* repetitam eius compilationem dedit J. F. Cramer in den Nachrichten von einigen Gegenden der H. Schleßwig und Hollſtein *T. I.* (Flensb. 1758. 8.) *p. 350—392.*

## §. 34.

*Statutorum* denique inſignis prodiit numerus; in iisque quaedam maximam nominis celebritatem conſequuta ſunt, praeſertim earum vrbium, ad quas prouocatione certabatur. Hoc ergo nomine *ius Suſatenſe* 1), *Suerinenſe* 2), et *Lubecenſe* 3), praeſertim notari debent; licet aliorum quoque aeque celebrium ſtatutorum non vilis certe numerus exſtet.

1) antiquum *ſtatutum Suſatenſe* ſaeculo XII. latine conſcriptum hoc elogio edidit FRANC. DOMIN. HAEBERLINVS: *venerandum vetuſtatis monumentum*

*tum ſtatuta Suſatenſia latina ſaeculo XII. in litteras redacta.* Helmſt. 1748. 4. Repetitam editionem dedit *in analectis medii aeui* (Norimb. 1763. 8.) T. I. p. 507. ſqq. et THEOD. GE. WILH. EMMINGHAVS in *memorab. Suſatenſ. P. III. p. 101 — 136. Schraeam* vero *Suſatenſem veterem*, ſaeculi XV. ineuntis, *et nouam*, ſaeculi XVI. publicarunt LVDOLFVS in *collect. ſtatut. p. 358.* et EMMINGHAVS *l. c. p. 137. ſqq.* EMMINGHVSIVS quoque *commentarium in ius Suſatenſe antiquiſſimum.* Frf. et Lipſ. 1755. 4. dedit.

2) anno 1222. compilatum iuſſu Comitis Henrici Burwini II. Dreyer in den Abhandl. T. I. p. 21. 23. *latine* exſtat in FRID. THOMAE *analect. Guſtrou. p. 51.* cf. PETR. TORNOVIVM *de feudis Mecklenb.* in praef. *Germanice* apud WESTPHALIVM in *ſpecim. docum. Mecklenb. p. 205.* ſeptem vero eiusdem fragmenta notis illuſtrata dedit idem WESTPHALIVS *T. I. monument. ineditor. p. 2007. ſqq.*

3) initia iuris ſtatutarii lubecenſis in ſaeculo XII. ponenda; ſuper eoque adhuc a. 1226. confirmationem Imp. Frid. II. impetrarunt apud MOSERVM in dem Reichsſtädtiſchen Handbuch T. II. p. 165. Nouiora praeſtantiſſimi iuris ſtatutarii, ingenti plauſu excepti, ſcriptores hiſtoria iuris Lubecenſis exponunt, quos infra dabimus, cf. *elem.* mea *hiſt. iur.* §. *323.* Tres antiquos codices iuris Lubecenſis edidit H. BROKES in *obſeruat. for.* in adpend.

## §. 35.

Illuſtrem quoque iuris germanici medii aeui partem conſtituunt *demonſtrationes iurium* 1), quae Weisthümer nominantur; quibus multa iuris publici priuatique capita inter dominum territorii ſubditosque diſceptata in tuto collocabantur 2), praeſente domini legato, qui ſcabinos ſubditosque de ſingulis mo-

 mentis

mentis interrogabat, eoque facto inſtrumentum, quod Weisthum vocabatur, conficiebant 3); quem vtiliſſimum litigiis occurrendi modum poſtea neglectum eſſe multi conqueſti ſunt ICti rerum admodum gnari 4).

1) henr. chr. l. b. de senkenberg *de demonſtrationibus iurium*, denen Weisthümern; in volum. *meditat. de vniu. iure et hiſt. p. 718. ſqq.*

2) J. U. Freyh. von Cramer von der Gültigkeit eines Weisthums ohne Unterſchrift T. I. der Wetzlar. Nebenſt. p. 57. ſqq.

3) exempla eiusmodi demonſtrationum vide apud senkenbergivm in *corp. iur. germ. T. II. p. 11. ſq. p. 62. ſqq.*

4) Seckendorf im Fürſtenſtaat p. 116. ſqq. lvdolf *P. III. obſ. 244.*

## §. 36.

Quod tandem ad *vſum hodiernum harum collectionum* attinet, ſunt quidem, qui magnum iis in foris Germaniae pretium ſtatuunt 1). Enimuero, meo quidem iudicio non iuris pragmatici, ſed merae *antiquitatis iuris germanici loco haberi debent* 2). Nam (a) ſpecula et ius caeſareum a priuatis compilata ſunt; quorum teſtimonium, ſi vel maxime iis fides hiſtorica habenda ſit 3), hodiernis iudicibus imponere nequit; (b) in ipſis regionibus, vbi ſpecula haec obtinuerunt, non niſi iuris conſuetudinarii loco cenſentur 4), cuius probatio ſemper facienda 5) eſt; (c) priuato de iuribus extra territorium ſuum vſitatis teſtanti, niſi ad-

adſertiones ſuas probauerit, fides iuridica 6) prorſus haberi nequit; (d) ſtatuta et iura prouincialia nouioribus collectionibus vbique abrogata 7), atque adeo, niſi quaedam eius particulae vſu et obſeruantia conſeruatae eſſe doceantur, omnis omnino auctoritas in foro ipſis deneganda eſt.

1) RINKIVS §. 14.

2) HENR. ERN. KESTNER *de auctoritate ſpeculi Saxonici*, in comment. *de defectibus iuris comm. probl. III.* FERD. AVG. HOMMEL *de proedria legum Iuſtin. prae iure patrio antiquo* §. 21. 22.

3) IO. AVG. ERNESTI *de fide hiſtorica recte aeſtimanda.* Lipſ. 1746. Strube T. V. der Nebenſt. p. 76. ſqq.

4) SENKENBERGIVS *de iure conſuetudinis et obſeruant.* §. 8. p. 17. ſqq.

5) STEPH. FRID. HARPPRECHT DE HARPPRECHTSTEIN *ſpeculi ſueuici et praeſertim iuris feudalis alemannici in foris vicariatus Sueuo-Franconico-palatini non vſus modernus.* Kil. 1723. 4.

6) cf. THOMASII diſſ. *de fide iuridica.*

7) quale quid in his terris circa ſpeculum ſaxonicum factum eſt. IO. CHR. CONR. ENGELBRECHT *de genuin. deciſion. iuris fontibus* §. 19. p. 66. ſqq. MASCOVII *notitia iuris et iud. brunſuic. P. I. c. 4.* §. 29. CHR. LVD. SCHEIDII progr. *quam ob cauſſam ius ſaxonicum in terris brunſuica-luneburgicis abrogatum ſit.* Goett. 1738. p. 8. ſqq. IDEM in den Anmerkungen über Moſers Braunſchweig-Lüneb. Staatsrecht §. 98. p. 356. ſqq. mein Beweis, daß das Sachſenrecht in den hieſigen Landen niemahls durchgängig gegolten habe, in den Hanöv. nützl. Saml. *1760. p. 1369. ſqq.*

SE-

# Sectio III.

## DE IVRE HODIERNO GERMANICO.

## Titvlvs I.

### DE IVRIBVS PRIVATIS INTER NOBILES VSITATIS.

### Membrvm I.

#### DE IVRIBVS INTER NOBILES IMMEDIATOS VSITATIS.

§. 37.

Iura inter ſingulos Germaniae ciues hodie obtinentia pro diuerſitate perſonarum admodum differunt. Certe inter nobiles ob *ſplendorem familiarum* 1) tuendum, conſeruationem bonorum in familia et ſimilia inſtituta, iura admodum ſingularia introducta ſunt 2); quae quum iuribus peregrinis praecipue repugnent; atque adeo odio Legiſtarum expoſita eſſent 3): nobiles rem ſuam agi videntes, pactis familiae 4), aliisque modis iura ſua conſeruare ſcriptisque conſignare laborarunt, de quo nunc videamus 5).

1) PETR. MVLLER *de prouidentia maiorum.* Ien. 1693. NIC. CHR. DE LYNKER *de familiarum nobilium ſplendore.* Ien. 1704. ERN. WILH. STRECKER *de ſplendore familiarum conſeruando.* Erf. 1747.

2)

2) IO. STEPH. PVTTER *de normis decidendi ſucceſſionem illuſtrium controuerſam.*

3) GE. BEYER *de vſu iuris Romani in cauſſis ius perſonarum in Germania concernentibus*, quae commentatio EIVSDEM *delineationi iuris germ.* praemiſſa eſt *p. 33. ſqq.*

4) Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. 7. p. 120. ſqq.

5) IO. FRID. EISENHARTH oratio *de meritis nobilitatis teutonicae circa iuris patrii conſeruationem.* EIVSDEM progr. *de renunciatione nobilitatis* ſubiuncta. Helmſt. 1757.

## §. 38.

Quod primo ad *nobilitatem immediatam* attinet, illa quidem iam olim ſpecialibus iuribus et ordinationibus vſa eſt, eorumque confirmationem ſaeculo XVI. potiſſimum impetrauit 1). *Nobilibus Sueuiae immediatis* haec iurium et ordinationum equeſtrium confirmatio a. 1566. contigit 2), quae deinde a ſingulis Imperatoribus repetita eſt.

1) GE. HENR. AYRER ſ. reſp. IO. HENR. SOMMERI *vindiciae libertatis corporis nobilium S. R. I. immediatorum aduerſus ſuperioritatis territor. extenſionem.* Goetting. 1754. *c. 1. §. 13. ſqq. p. 51. ſqq.* J. St. Burgermeiſter Reichsritterſch. Corpus iuris oder Codex diplom. Ulm 1707.

2) Gemeiner Ritterſchaft und Adel der fünf Viertel im Landt zu Schwaben, als nemblich des Theils im Hegew, Bodenſee, vnd Allgew, des Theils am Neckhers, auf dem Schwartzwaldt und in der Ortenaw, des Theils am Kochen, und dann des Theils am Kreichew Ordnungen. 1561. apud LVNIGIVM im Reichsarchiv *P. ſpec. cont. III. p. 34.*

*p. 34. ſqq.* cf. Joh. Conr. Kreidemann von der Reichsritterſchaft in Schwaben Staat, Stand, Ehren, Würde, Freyheit, Recht, Gerechtigkeit und alten Herkommenheiten Tübing. 1646. 1673. 4. recuſus in F. C. von Moſer kleinen Schriften T. XI. p. 63. ſqq.

## §. 39.

Similiter *nobilitas immediata franconica* anno 1590. ordinationem equeſtrem condidit, eamque eodem anno Imp. Rudolphus II, et qui eum ſequuti ſunt Imperatores, imperiali auctoritate roborarunt 1); quam tamen ſplendidum corpus equeſtre in comitiis ſex pagorum (Sechs-Orths-Tag) Norimbergae 1716. habitis multifariam auxit et immutauit, eamque 2) Imp. Carolus VI. d. 24. Ian. 1718. omnino confirmauit.

1) exſtat haec ordinatio integra apud LVNIGIVM *l. c.* 2. Abſatz *p. 15. ſqq.* SOMMERVS *c. 1.* §. 14.

2) prodiit ea hoc elogio: des H. R. R. ohnmittelbar-freyer Ritterſchaft der 6. Ort in Franken erneuert-vermehrt- und confirmirte Ordnungen, ſamt deroſelben Privilegien und Befreyungsbriefen, auch Kayſerl. Reſcripten. 1720. 4.

## §. 40.

Tandem *nobilitas* quoque *rhenana immediata* eiusmodi ordinationibus vtitur. Hae iam anno 1552. pacto compoſitae et ab Imperatoribus confirmatae 1), anno 1652. vero inſigniter immutatae 2), et ab hac inde aetate imperialium

rialium conſtitutionum munimine conſtantiſſime roboratae ſunt 3).

1) apud LVNIGIVM *l. c. 3.* Abſatz *p. 3. ſqq.*

2) hanc item exhibet LVNIGIVS *l. c. p. 36. ſqq.* ſeparatim autem prodiit hoc titulo: des H. R. R. freyer Ritterſchaft am Rheinſtrom, in der Wetterau und zugehörigen Orten, erneuert- und confirmirte Reichsſatzungen und Ordnungen, ſammt Privilegien und Freyheitsbriefen, auch Kayſerlichen Decreten. Gieſſen 1691. 1694. Maynz. 1701. 4.

3) SOMMERVS *c. 1. §. 15.* cf. SIM. GVNTHERI Freyheiten des H. R. R. eximirten adelichen Ritterſchaft am Rhein. Speyer 1609. 4. *Nobilitas* immediata *Alſatiae inferioris*, Gallici regis maieſtatem nunc comiter venerans, inſignia habet priuilegia, hoc elogio edita: *Statuts et privileges de la nobleſſe franche et immediate de la baſſe Alſace;* E. frey ohnmittelbaren Ritterſchaft im untern Elſaß adeliche Ritterordnung. Strasb. 1713. f.

## §. 41.

Praeter has ordinationes nobilitatem imperii immediatam aliis adhuc iuribus regi, non eſt ad dubitandum, quae pactis familiarum, de quibus ſtatim exponemus, priuilegiis imperialibus aut obſeruantiis definiuntur 1).

1) (SAM. LVCII) vorläufiger doch gründlicher Bericht vom Adel in Deutſchland. Frankf. 1721. 4.

MEM-

## MEMBRVM II.

### DE IVRIBVS EQVESTRIBVS ET PACTIS FAMILIAE NOBILIVM MEDIATORVM.

§. 42.

*Nobilium mediatorum* cum ratione natalium et conſeruationis ſplendoris familiae eadem, quae immediatorum, ſit ratio: facile eſt ad animaduertendum, ipſos iisdem quoque iuribus frui. Haec tamen raro peculiaribus collectionibus, comprehenduntur, cum pleraque id genus *inſtituta receſſibus prouincialibus*, *reuerſalibus*, legibus ſingulorum territoriorum fundamentalibus, *confirmationibus priuilegiorum*, quas noui Principes vt plurimum concedere ſolent, plerumque *contineantur*; aut pactis familiae definiri ſoleant.

1) e pluribus, quae ſingula Germaniae territoria ſubminiſtrant, exemplis videas: Bayeriſche Landesfreyheiten. München 1568. et apud LVNIGIVM in der Collection von der Landſäſſ. Ritterſchaft *T. I. p. 567. ſqq.* Iura meklenburgica (Neubrandenb. 1720. 4.) p. 1 -- 218. itemque (E. A. F. Culemanns) Sammlung derer vornehmſten Landesverträge des F. Minden. Minden 1748. 8. praeſertim *p. 187. ſqq.*

§. 43.

In quibusdam tamen territoriis nobiles iurium ſuorum indicem et epitomen iuris equeſtris

ſtris nomine proſtare voluerunt, qua in re *ius equeſtre ducatus bremenſis* [das Bremiſche Ritterrecht] illuſtre exemplum perhibet quod ſaeculo XVI ex antiquis priuilegiis, iuribus et obſeruantiis compilatum et d. 22. Decembris anno 1577. ab archiepiſcopo Henrico et capitulo confirmatum.

1) Stade 1673. et cum notis authenticis. ib. 1739. cf. IO. ZACH. HARTMANN progr. *de ſimilitudinibus equitum holſat. cum bremenſ.* 1736. *p.* 7.

## §. 44.

Praecipuum autem conſeruandorum inter nobiles iurium peculiarium modum conſtituunt *pacta* ſiue *ſtatuta familiarum* 1), quae incongruo nomine a pragmaticis quibusdam *fideicommiſſa familiae conuentionalia* 2) nuncupantur. Continent haec conuentiones conſenſu omnium de familia celebratas, quibus ſucceſſio aliaque ad conſeruandum familiae ſplendorem ſpectantia accurate definiuntur 3), et in plerisque familiis nobilibus iudicibus optima dirimendarum litium argumenta ſubminiſtrant.

1) NIC. BETSIVS *de familiarum illuſtrium et nobilium ſtatutis, pactis et conſuetudinibus.* Francof. 1611. 8. et cum praefatione, notis et indice IO. SCHILTERI. Arg. 1699. 4. HERM. BECKER *de valore fideicommiſſorum tam vltima voluntate, quam per conuentionem conſtitutorum,* Roſtoch. 1752. GE. SAM. MADIHN *de efficacia pacti familiae illuſtris agnato remotiori ius ſuccedendi tribuentis.* Hal. 1754.

2) phil. knipschild *de fideicommiſſis familiarum nobilium.* Arg. 1626. Vlm. 1693. 4. io. wolfg. textor *de pactis gentilitiis procerum.* Heidelb. 1673. ferd. cph. harpprecht *de fideicommiſſo conuentionali.* sam. stryk *de fideicommiſſis familiarum nobilium conuentionalibus.* Hal. 1710. ivst. henn. boehmer *de fundamento pactorum familiae ad fideicommiſſa inclinantium.* Hal. 1730. in *exerc. ad Pand. T. II. p. 403. ſqq.*

3) exempli loco vide petr. mvlleri diſſ. *ad ſingularia illuſtrium Bunauiorum ſtatuta.* Ien. 1688. diet. herm. kemmerich progr. *de inſtitutis Germanorum ad conſeruationem familiae ſpectantibus.* Ien. 1737.

## §. 45.

Iam *vtrum nobilibus pactorum familiae faciendorum poteſtas*, ſine conſenſu principis, *tribuenda ſit*, dubitatur. Equidem omnino tribuendam eſſe putauerim, cum (a) plerumque iura inter nobiles ab antiquis temporibus vſitata firmius tantum caueant; (b) omnes leges priuatis poteſtatem, pacto legibus receptis derogandi, tribuant, quod infra (§. 55.) adparebit 1); nec ratione nobilium exceptio adpareat; niſi forte eiusmodi pactis iuribus principis vel domini directi praeiudicium inferatur 2); quo caſu eius conſenſu omnino opus eſt. (c) aliquot leges 3) expreſſe hanc poteſtatem nobilibus indulgeant; (d) nec denique extra Saxoniam 4) *Principis confirmatio* diſerte requiratur, quae tamen *vtilitatis* et *conſilii cauſſa* tutius *petenda* eſſe videtur.

1) Riccius

1) Riccius von Stadtgeſetzen lib. II. c. 10. p. 429. ſqq.

2) HERTIVS *deciſ. 947.*

3) videatur e. g. conſtitut. boruſſ. d. 24. Febr. 1717. wegen Allodificirung der Lehne gegen einen gewiſſen Lehns-Canonem §. 4. apud CHR. HERM. DE SCHWEDER in den Anmerkungen über die Hinterpommerſche Lehnsconſtitution. Roſt. 1755. 4. p. 311.

4) Erläuterte Sächſiſche Proceßordnung. Dresd. 1724. 4. *t. 45. §. 6. p. 266.* Deciſ. el. Sax. de 1746. 13. c. fin. Sunt tamen et alia iura particularia, quae confirmationem neceſſariam ſtatuunt, praeſertim quoad obligationem creditorum ex eiusmodi pactis. Böhmiſche Landesordn. O. 22. Nouell. I. l. 20. Oeſterreichiſch-Schleſ. Ordn. II. 603. ſqq. conſt. *Bauar.* d. 20. Apr. 1672. in LÜNIG. corp. iur. feud. germ. T. II. p. 225. conſt. *Leodienſ.* d. 1686. in LVDOLFI *ſymphorem. deciſ. camer. T. III. P. I. p. 1025. ſq.* Preuſſ. Hypoth. Ordn. §. 9. Altenburg. P. O. P. I. p. 256. ſq. Gothaiſch. Banquerout. Ordn. 1740. §. 12. Heſſiſch. L. O. P. 3. t. 25. Oeſterr. Succeſſ. Ordn. t. 12. §. 1. t. 19. I. F. KOBE *de pecunia mutuat. tuto colloc. c. 5. §. 58. 59.* Codex *Maximil.* Bauar. ciu. P. 3. c. 10. §. 3. p. 286.

## §. 46.

De cetero multi ſcriptores iura nobilibus in ſingulis Germaniae territoriis lege vel vſu competentia expoſuerunt, quos in bibliotheca ſtatutorum et ad locum de nobilitate recenſebimus.

# TITVLVS II.

## DE ORDINATIONIBVS PROVINCIALIBVS ET POLITICIS.

### §. 47.

Ordinationes prouinciales, quibus hodie vtimur, omnes poſt inſtitutum iudicium camerale imperii factae ſunt. Certe antiquiores non magni momenti ſunt, nonniſi collectionem rerum iudicatarum continentes 1). Vt autem eo maioris eſſent auctoritatis hae nouae ordinationes prouinciales vel iura prouincialia, plerumque earumdem *confirmatio* ab *Imperatore* petebatur 2); qua tamen hodie omnino non opus eſt, cum ſtatus imperii omnes ac ſinguli poteſtatem legislatoriam exerceant 3), neque intuitu eiusdem ad conſenſum Imperatoris adſtringantur 4).

1) Strubens Nebenſt. T. I. p. 515. II. p. 463. III. p. 52.

2) Ita Imp. Maxim. II. a. 1568. ordinationem proceſſualem Pomeraniae ex plenitudine poteſtatis Caeſareae confirmat. Pommerſche Hofgerichtsordnung. (Barth 1590. 4.) p. 185. ſqq.

3) etiam contra ius commune. IO. VOLCM. BECHMANN *an et quatenus Principes, Comites et Barones et alii S. R. I. ſtatus in ditionibus ſuis ſtatuta condere poſſint?* Ien. 1666. CHR. THOMASIVS *de ſtatuum imperii poteſtate legislatoria contra ius commune.* Hal. 1703. GE. WILH. FLEISCHMANN *de poteſtate legislatoria ſtatuum imperii contra ius commune.* Arg. 1713. IO. EHRENFR. MEYER *de*

*de iure ſtatuum imperii legislatorio.* Lipſ. 1715. VLR. FRID. BECHT *de legibus ad ſtatum cuiuslibet reip. prudenter adplicandis, et de iure recedendi a conſtitutionibus imperii ſtatibus competente.* Gieſſ. 1729.

4) cf. PFEFFINGERI *Vitriar. illuſtr. T. III. p. 1146. ſqq.*

## §. 48.

Neque tamen Principes illimitata hac legum ferendarum poteſtate in territoriis ſuis vtuntur 1). In plerisque enim territoriis *ſtatuum prouincialium conſenſu vel conſilio* opus eſt 2), quem in finem proiectum nouae legis ordinibus prouincialibus in comitiis vel deputationi ſtatuum [dem engeren Ausſchuß] proponitur, qui monita ſuper eodem exhibent; quo facto, ſin ſtatus conſentiant, lex promulgatur 3); ſin minus, antiqua probantur 4).

1) HERTIVS *de conſultationibus, legibus et iudiciis in ſpecialibus Germaniae rebuspubl.* §. 3. *ſqq.* Certe iam olim miniſteriales in conſortium regiminis vocatos eſſe docuit CHR. LVD. SCHEIDIVS in den Nachrichten vom Adel *p. 116. 118. 120. 172. 175.* vid. conſt. Rudolphi I. de 1287. et 1291. apud LEHMANNVM in *chron. Spir. V, 108. p. 558.*

2) hinc pleraeque legum prouincialium collectiones, ſtatuum conſenſum requiſitum fuiſſe, in fronte ſignificant. cf. exempli cauſſa praefat. des Würtemb. Landrechts. Craynische, Cärnthische Landhandveſt; BECK *ſpec. I. iur. publ. auſtr. p. 135.* Reſcr. *boruſſ.* ad ſtatus Pomeran. Brand. d. 4. Oct. 1746. DE KRAITMAYR Anmerk. *ad Cod. Bauar. iudic. in praef. p. 9. ſq.* (Schrebers) Bericht von

Churſächſ. Landtägen; in F. C. von Moſer hiſt. und diplom. Beluſtig. T. I. p. 237. ſqq. Pommeriſche Regimentsform d. 1720. Deciſ. Imperial. in cauſſ. *Mecklenb.* 1745. claſſ. 2. p. 85. ſq. Mecklenb. Erblandsvergl. §. 401. ſqq. ESTOR *orig. iur. publ. Haſſ. c. 44. §. 162.* IDEM *de comitiis et ordin. Haſſ. c. 1. §. 78.* BVDER *de ordinat. polit. et inſtit. Saxon. Erneſt. c. 1. §. 11. ſqq.* Privil. der Neuburg. Landſt. in Lünigs Landſäſſ. Ritterſch. T. I. p. 1125. ſq. Deduct. der Jülich-Bergiſchen Landſtände Freyheiten p. 116. ſqq. Calenb. H. G. O. d. 2. Dec. 1639. Cal. c. 2. p. 369. et alia; Strubens Unterricht von Regierungs- und Juſtiz-Sachen. c. 2. §. 8. p. 51. ſqq. IDEM *de ſtatib. prou. §. 15. p. 187. ſqq.*

3) REINHARTH *ad Chriſtinaeum Vol. I. obſ. 13.* ENGELBRECHT *obſ.* 52. Strubens Nebenſt. T. II. p. 461. ſqq. J. J. Moſers Nebenſt. p. 77-222.

4) ſecus tamen, ſi princeps circa iura diſponit, in quorum exercitio ad conſenſum ſtatuum prouincialium non adſtringitur. MYLERVS *de principibus et ſtatibus I. R. G. c. 39. 40. p. 358. ſqq.*

## §. 49.

*Ordinationes politiae*, quae vocantur, ſiue Policeyordnungen, cauſſas iuſtitiae proprie non concernunt. Enimuero cum fines cauſſarum politiae et iuſtitiae non adeo curate regi potuerint 1): principes vi ſublimis, quae ipſis competit, politiae 2), in multis quidem territoriis eiusmodi ordinationes elegantes promulgarunt 3), in iisdem tamen tantum non omnia iuris priuati capita illuſtriora definiuerunt 4), vt adeo iisdem in iure priuato germanico carere prorſus non poſſimus.

1) Stru-

1) Strubens Unterricht c. 2. §. 7. c. 4. §. 26. Dithmars Einleitung in die oeconom. Cameral- und Policeywiſſenſchaften c. 4. §. 4. GE. CHR. SCHREIBER *de cauſſarum politiae et earum, quae iuſtitiae dicuntur, conflictu et differentia.* Goett. 1739. REINHARTH *Vol. II. obſ. 9. et 99.* ENGELBRECHT *obſ. 5.*

2) GE. HENR. AYRER *S. R. I. princeps politiam circa ſtudia et commercia ciuium rite adornans.* Goett. 1745. HEVMANN *initia iuris polit. Germ. c. 6. p. 61. ſqq.* EIVSDEM Geiſt der Geſetze der Teutſchen. c. 7. §. 2. p. 64. ſq.

3) elegantem earum recenſum dat HEVMANNVS in *initiis iur. polit. Germ. c. 3. 4. p. 10. ſqq.*

4) Egregie hoc probatur v. c. ex ord. polit. *Cellenſi* D. Chriſtiani de 1618. ex *magdeburgica* apud MYLIVM *C. C. Magdeb. Vol. III. p. 1. ſqq. wurtembergica, mecklenburgica*, in iuribus mecklenburg. p. 223. ſqq. aliisque quamplurimis.

## §. 50.

Obligant hae ordinationes et iura prouincialia ac politiae omnes ac ſingulos territorii ciues, niſi exemtio 1) quaedam doceri poſſit. *Statuta* tamen et iura priuilegiata ſpecialia *iisdem non abrogantur*, cum lex generalis non deroget iuri ſingulari; licet interdum hoc fieri meminerimus 2). Neque etiam iuribus conſuetudinariis derogant, niſi eadem nouae legislationi contraria eſſe deprehendantur 3).

1) SOMMERI *vindiciae cit. c. 2.* cf. IO. CHR. GOTTH. FELDMANN *de priuilegiata iurisdictione ſplendido nobilitatis immediatae corpori in eius officiales, ſaluo alias cuiuscumque iure territoriali priuatiue com-*

*competente.* Goett. 1759. et J. S. Pütter in den auserl. Rechtsfällen in Deduct. p. 221 ſqq.

2) vide e. g. mandatum *ord. proc. ſax. recogn.* praemiſſum et *proiectum iuris prouinc. boruſſ. nouiſſ.* p. 4.

3) vide tamen e. g. praefat. *iur. prouinc. ſolm.*

# TITVLVS III.

## DE STATVTIS VRBIVM IMMEDIATARVM ET MEDIATARVM.

### §. 51.

Praeter leges per totam prouinciam aliquam obtinentes vrbes quoque quamplurimae peculiaribus iuribus vtuntur, quae generali nomine *ſtatuta* 1) ſ. Stadtgeſetze, itemque Willkühre 2), *Reformationes* 3), *iura municipalia* 4), Weichbild 5), Markrecht 6) et ſimiliter nuncupantur.

1) Hiſtoriam et vim obligandi ſtatutorum iuſto volumine docte expoſuit CHR. GOTTL. RICCIVS in dem zuverläßigen Entwurf von Stadtgeſetzen oder Statutis, vornemlich der Landſtände. Frankf. 1735. 4. Ceterum notandum hoc loco, *nos non de ſtatutis iure collegiali conditis* agere, quippe quae perpetuum iuris germanici fontem non conſtituunt. IO. CHR. FALKNERI diſſ. *exhibens iura particularia, ſtatuta et conſuetudines.* Ien. 1661. EN. GLASER *de iure ſtatutario.* Helmſt. 1662. IO. GE. SIMON *iura ſtatutorum.* Ien. 1670. H. B. ROTH *de confiſcatione ſtatutaria.* Ien. 1678. IO. MICH. TAVBER *de iure ſtatutario.* Alt. 1693. I. H. BOEHMER *de natura ſtatutorum, quae in ciuitatibus prouincialibus*

*cialibus conduntur, eorumque obligandi praecipua.* Hal. 1739. IO. CHR. IOS. FRANC. IGN. VNGER *de obſeruantiis et ſtatutis eccleſiarum, piorumque corporum, municipiorum, collegiorum aliarumque communitatum.* Wirceb. 1754. cf. etiam RICCIVS *l. c. lib. II. c. 1. §. 5. p. 323.*

2) i. e. leges pacto conſtitutae. RICCIVS *l. c. p. 13. ſq.* Eiſenhardt vom Recht der Sprichwörter p. 1 – 6.

3) de ſignificatu et origine huius vocis vide SENKENBERGIVM in *Sel. iuris et hiſt. T. I. p. 525. ſq.* et WOELKERVM in *praefatione commentarii ad Reformat. Noricam §. 53. p. 48. ſq.*

4) quae denominatio orta ex falſa municipiorum Romanorum cum vrbibus Germaniae mediatis comparatione, quam profcripſerunt IO. WILH. WALDSCHMID *de differentiis municipiorum Romanorum et vrbium german. mediatarum.* Marp. 1729. et MARC. CHR. SCHAAFF *de iure fiſci ad ciuitates mediatas non pertinente.* Goett. 1757. *§. 15. p. 26. ſq.*

5) praeter ſcriptores ad §. 31. adlegatos vide IVST. GE. SCHOTTELIVM *de ſingularibus quibusd. et perant. in Germ. iuribus c. IX. §. 1. ſqq.* et PVFENDORFIVM *T. I. obſ. 81.*

6) cf. Magdeb. Weichbild. §. 1. et RICCIVS *l. c. p. 19. ſq.* cf. etiam CHR. VLR. GRVPEN diſſ. *obſeruationibus rei agrariae* praemiſſa *de ciuitatum forma, vulgo* Weichbild, Churrecht, Burgbann, Burgward, Weichfrieden, Banwart, *banleuca.* Hannov. 1758. 4.

## §. 52.

Statuta vrbium germanicarum duplicis ſunt generis, prout nempe ab vrbibus immediatis vel mediatis conduntur. Quod primo attinet

ad *ſtatuta vrbium immediatarum* 1) ſ. liberarum S. R. I. ciuitatum: hae quidem vrbes iam olim inſigni quadam autonomia, Caeſarum priuilegiis indulta, gauiſae ſunt 2), ideoque ſtatuta condiderunt, ab Imperatoribus plerumque confirmata. Ex quo autem ciuitatibus quoque immediatis liberum ſuperioritatis territorialis exercitium conceſſum eſt 3), vi poteſtatis legislatoriae 4) talismodi ſtatuta condiderunt, eaque ne confirmatione quidem imperiali indigent 5). (§. 47.)

1) IO. REBHAN *de ſtatutis ciuitatum imperialium liberarum et immediatarum.* Lipſ. 1675. 1736.

2) IO. RVD. BECKER *de vrbibus immediatis S. R. I. G.* Roſtoch. 1757. 4. §. 5. §. *9–11.*

3) CHR. WILDVOGEL *de ſuperioritate territoriali ciuitatum imperialium.* Ien. 1709.

4) IO. HENR. FELZ *de iure legislatorio territoriali ciuitatum imperialium.* Arg. 1701.

5) Interim *haec confirmatio imperialis ſaepius inſequuta* eſt, praeſertim ſi inter ſenatum et ciues de ipſis legum argumentis controuerſiae intercederent. vide e. g. das von Ihro R. K. M. allergnädigſt confirmirte und von dero hohen Commißion publicirte neue *Reglement* der Hamburgiſchen Aempter und Brüderſchaften. 1710. f. IO. OTTO LVTTERLOH *de ſtatutis collegiorum opificum eorumque vſu et abuſu ſpeciatim iure hamb.* Goett. 1759. *ſ. 1.* §. *7. 8. p. 17. ſqq.* itemque die Frankfurtiſche Beyſaſſenordnung cum reſolutione caeſarea de 1732. cf. Orth *T. V. p. 110. ſqq.*

## §. 53.

*Vrbes mediatae* numquam ipſo iure *ſtatutorum condendorum* poteſtatem *tenuerunt* 1), et ad hunc vsque diem, ſicut olim, *expreſſo vel tacito principis conſenſu* ad adquiſitionem huius iuris opus eſt; licet olim, cum poteſtas legislatoria non magni haberetur, plerisque vrbibus inſigne hoc priuilegium conceſſum ſit 2). Impetrato autem certoque principis conſenſu dubium non eſt, vrbes (a) *iuri communi derogare ſtatutis poſſe* 3), modo eiusmodi ſtatuta in principis vel tertii praeiudicium haud vergant 4); (b) *obſeruantiam ſtatutorum praeſumi oportere* 5), nec probatione ad eamdem euincendam opus eſſe; (c) *confirmationem principis neceſſariam non eſſe* 6), quam nempe priuilegia non abſolute exigunt, licet eadem ſapienter vtiliterque requiratur; (d) omnes, qui iurisdictioni vrbis ſubſunt, ſtatutis etiam obligari 7).

1) NIC. CHR. LYNKER *de ſtatutis ciuitatum prouincialium.* Ien. 1699. IVST. HENN. BOEHMER *de natura ſtatutorum, quae in ciuitatibus prouincialibus conduntur, eorumque obligandi principiis.* Hal. 1721. *T. I. exercit. ad Pand. p. 693. ſqq.*

2) Strubens Nebenſt. T. II. p. 414.

3) FRANC. ALEF *de ſtatuto legibus imperii repugnante.* Heidelb. 1747. in EIVSDEM *diebus academicis* (Heidelb. 1753. 4.) *p. 188. ſqq.* REINHARTH *ad Chriſt. Vol. II. obſ. 8.*

4) MYNSINGER *cent. I. obſ. 14.* CASP. ZIEGLER *de iurib. maieſt. lib. II. c. 6. §. 2.* BRVNNEMANNVS *cent. 2. dec. 26.* RICCIVS *p. 350.*

5) B. BARILIS *de poteſtate legis municipalis in aduenas et indigenas.* Lugd. 1641. I. F. WOLF *de forenſibus ad ius ſtatutarium relatis.* Baſ. 1685. AVG. BEN. CARPZOV *de quaeſtione: quatenus forenſes obligentur ſtatutis alienae ciuitatis?* Lipſ. 1685. IOA. HOPPIVS *de obligatione ſtatutorum.* Gedan. 1686. H. HILDEBRAND *de obligatione forenſium ex iure ſtatutario.* Alt. 1698. IO. CHR. ZIMMERMANN *de obſeruantia ſtatutorum municipalium in municipiis non probanda.* Erf. 1735.

6) CASP. HENR. HORN *de confirmatione ſtatutorum municipalium per principem.* Viteb. 1694. LÜDER MENKEN *de ſtatutorum non confirmatorum effectu.* Lipſ. 1697. in EIVSDEM *diſſertat. iuridicis.* (Lipſ. 1705.) *p. 479. ſqq.*

7) LVDOLF *P. I. obſ. 17.* PVFENDORFIVS *I, 82. II,* 27. qui ergo ſtatutorum obligationi ſe ſubeſſe negat, priuilegium exemtionis a iurisdictione vrbis et ſenatus vrbici docere debet. MODESTIN. PISTOR. *qu. 85.* Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. 24. p. 27. ſqq.

## §. 54.

Quod ad *modum conficiendi et publicandi ſtatuta* attinet, in plerisque vrbibus immediatis et mediatis *non ſoli Senatui ius condendi ſtatuti competit*, ſed plebs in conſortium legislationis vocari debet 1). Ex quo enim regimen vrbium penes ſolos patres eſſe deſiit, et cum ciuibus communicatum eſt 2); horum *deputati* quoque ſtatutis nouis vt conſentiant, neceſſe eſt; quo *conſenſu impetrato ſtatutum publicatur.* Totum enim populum, vt ſingulorum conſenſum impetres, conuocare, res eſt

eſt in Germania fere inaudita, nec temere tentanda 3).

1) ita v. c. Hamburgi teſte ſtatuto ap. MICH. RICHEY in *hiſtoria ſtatutor. hamb. c. 1. §. 22.* in *theſauro iur. ſtat. T. I. Vol. I. p. 22.* ibi: de mene Rad unde de Borgere van der Stad Hamborg hebbet dit Schiprecht wilkoret unde uthgegeven. et p. 23. Een Erbrath will oock tho neenen Tyden unſe Stadtbrock, Receſſe und Landrecht verändern, mindern ofte vormehren, idt ſy mit medewetende der ganzen Börgerſchop Wat averſt de Veränderung der Buerſprake belanget, ſolckes ſchall allewege geſchehen mit medewetende und vullberde der vorordenten Bůrger.

2) Orth T. V. p. 276. ſqq.

3) Riccius lib. II. c. 3. §. 18-20. p. 354. c. 6. §. 3. 4. p. 406. ſq.

## §. 55.

De cetero ciuibus in plerisque vrbibus *facultas*, *pacto ſtatutis vel iuri prouinciali derogandi* 1), ab iisque recedendi, permittitur, ſecundum paroemiam: Willkühr bricht Stadtrecht 2); quod praeſertim in materia pactorum nuptialium 3) contractibus et ſucceſſione verum eſſe, deprehenditur 4). Neque tamen eiusmodi pactum ſtatutis derogans admittitur ſi (a) lex aliquid prohibeat 5); (b) ſin actui certam formam praeſcripſerit 6); (c) ſi tale pactum tertii iura laedat 7), aut (d) ſaluti publicae contrarium 8) eſſe deprehendatur.

1) Riccius l. 2. c. 10. p. 429. ſqq.

2) Eiſenharth von Sprichwörtern p. 1. ſqq.

3) AVG. DE BALTHASAR *de praerogatiua iuris germ. prae Romano in materia pactor. dotal. c. 2.* §. 3. ANDR. FLOR. RIVINVS *de pactis dotalibus in quantum ſtatutis derogent vel minus* §. 11.

4) Anfangsgr. des B. L. Privatrechts §. 261. §. 280. **Churmaynziſches** Landrecht t. 1. §. 1. **Trier.** L. R. c. 6. §. 1. 2. **Churcölln.** Rechtsordn. t. 8. §. 1. 2. Sächſ. L. O. P. 2. c. 43. ibique CARPZOVIVS. Schaumburgs Einl. P. I. ex. 4. §. 22. p. 96. Cod. Maximil. *Bauar.* ciuil. P. 3. c. 11. p. 298 ſqq. Gothaiſche L. O. P. 2. c. 1. t. 12. p. 144. Solm. L. R. P. 2. t. 18. §. 1. 2. *Conſt. Chriſt. VI. de 15. Iun. 1742.* in C. C. *Holſat.* T. I. p. 155. C. C. *Oldenb.* P. 2. p. 17. ſq. MANZEL *ius mecklenb.* I, 77. IV, 83. Würtemb. L. R. P. 3. p. 263. Naſſauiſche L. O. P. 4. c. 6. §. 2. 3. p. 138. Hohenl. L. R. P. 1. t. 3. p. 8. ius *lubec.* lib. I. t. 5. a. 1. *hamb.* P. 2. t. 11. a. 11. ref. *francof.* P. 3. t. 2. p. 344. ſqq. C. C. *Calenb. c. 2. p. 624.* Wolfenb. H. G. O. t. 5. p. 7. ref. *norica* t. 28. Corp. iur. *Frideric.* P. I. lib. 2. t. 4. §. 8. p. 65. Baden. L. R. P. 3. t. 9. Oeſterr. Succ. Ord. t. 14. §. 3. Jülich-Berg. R. O. c. 94. Pfälz. L. R. t. 22. §. 1. Heſſiſch. L. O. P. 3. tit. 15. conſtit. *Haſſo-Caſſel.* 9. Ian. 1732. conſtit. *Fuldenſ.* ap. LVDOLF. p. 616. Hildesh. P. O. §. 24. Schaumburg. P. O. c. 18. Böhmiſche Novellen p. 16. ſq. Wormſ. Reform. lib. 5. t. 1. verſ. es wäre denn. KOCH collat. iur. brem. p. 214. de iure *Anhalt.* Heinecc. Anmerk. p. 278. ſqq. Danske Lov. V, 1, 2.

5) vide e. g. Ordn. der Ritterſch. in Franken p. 45. cf. GAIL *obſ. II, 78, 8.*

6) MEVIVS *P. II. d. 99.* BESOLDVS *conſil. 268.*

7) HERTIVS *dec. 947.*

8) RICCIVS *l. c.*

## §. 56.

Ex his limitationibus decidenda eſt quaeſtio, *quodnam ius in conflictu plurium ſtatutorum*

*rum* 1) *ſequi debeamus?* Cum enim leges ciui facultatem iuribus territorii ſuo modo derogandi permittant (§. 55.); et omnino probabile ſit, quemlibet *iura in foro domicilii vſitata*, ſi nempe iisdem ſubiectus fuerit 2), probaſſe 3): haec etiam in dubio ſequenda ſunt, niſi ſtatutum rei ſitae prohibitionem contineat, cui ſcilicet lege in foro domicilii recepta praeiudicium inferri omnino non poteſt; neque adeo diſcrimen bonorum mobilium vel immobilium hanc controuerſiam ingreditur.

1) HERM. ZOLLIVS *de praeferentia ſtatutorum diſcrepantium.* Rint. 1711. IO. GOTH. DE MEIERN *de ſtatutorum conflictu eorumque in exteros valore.* Gieſſ. 1715. ANS. IOS. FRANC. ERNST *de ſtatutis eorumque conflictu et praeualentia.* Mogunt. 1732. FRANC. ALEF *de diuerſorum ſtatutorum concurſu eorumque conflictu.* Heidelb. 1740. in *opuſc. p. 167. ſqq.*

2) REINHARTH *Vol. IV. obſ. 13.* PVFENDORF *obſ. I, 27. 82.*

3) NETTELBLATT *de portione coniugum ſtatutaria lubec. c. 5. §. 10.* PVFENDORF *I, 28.*

4) HERTIVS *de colliſione legum ſ. 4. §. 9. 40.* P. W. SCHMID progr. *de ſucceſſione ab inteſtato exemtorum, tam quoad mobilia, quam immobilia ex iure, quo ipſi vſi fuerunt, ordinanda.* Ien. 1755.

## §. 57.

*Statuta*, quae perſonae alicuius ſtatum determinant, et de eius habilitate vel inhabilitate aliquid edicunt, ſiue ſimpliciter hoc fiat, ſiue de bonis ſimul ſermo ſit, *perſonalia* vocantur

cantur 1); quae vero talem rei qualitatem addunt, quam ſine diſpenſatione mutare non liceat, *realia* nominantur. Perſonalibus ſtatutis communis interpretum ſchola extra territorium quoque vim tribuit, aeque vt iuri non ſcripto 2); quod omnino verum videtur, principi tamen integrum eſt, definire, ſtatutone eiusmodi perſonali extraneo, in territorio ſuo vis obligandi deferenda ſit vel minus; quod quamdiu factum non eſt, *perſonale ſtatutum etiam extra territorium obligat* 3).

1) Riccius lib. II. c. 14. p. 520. ſqq.

2) TOB. IAC. REINHARTH *de iuris non ſcripti extra territorium efficientia.* Goett. 1737.

3) IO. SAM. FRID. BOEHMER *de efficacia ſtatuti perſonalis extra territorium.* Francof. ad V. 1756. §. *6. ſqq. p. 8. ſqq.*

## §. 58.

*Abrogantur* denique *ſtatuta* vſu ſtatutoque contrario 1). Principi tamen, ordinationibus prouincialibus ſtatuto derogare non licet, niſi hoc ſanae rationi aut ſaluti publicae contrarium eſſe doceatur 2).

1) Riccius II, 20. p. 629. ſqq. BOEHMER *Vol. II. P. II. P. II. reſp. 931. n. 11. ſqq.*

2) CHR. IO. CONR. ENGELBRECHT *de genuinis deciſionum iuris fontibus in terris brunſu. luneb.* §. *12, p. 48. ſq.* RICCIVS *p. 631.*

Tr-

# TITVLVS IV.

## DE IVRIBVS INTER RVSTICOS VSITATIS PRAESERTIM von Bauerköhren und Hofrechten.

### §. 59.

Quod denique iura germanica inter ruſticos vſitata ſpectat, ſeparandi omnino ſunt *ruſtici immediati* [Reichsfreye Leute] a mediatis. Ruſtici in pagis imperii immediatis Franconiae et Sueuiae habitantes iura quidem particularia habent, quae nomine der Dorfordnungen 1) inſigniuntur, quae tamen non magni in iure priuato momenti ſunt, cum aut politiam concernant, aut publicum horum pagorum ſtatum reſpiciant. 2)

1) haec adlegatur in mandato reſtitutionis caeſareo de 1649. ap. IMM. WEBERVM *de iure circa ſacra pagorum imperii immediatorum.* Gieſſ. 1717. Viteb. 1747. §. 7. p. 25.

2) GE. MELCH. DE LVDOLF *ius camerale ſ. 1. §. 2. n. 8. p. 24. ſqq.* G. A. Jenichen Abh. von Reichsdörfern. cf. etiam LVD. HVGO *de ſtatu region. German. c. 1. §. 8. c. 5. §. 6.*

### §. 60.

Quod ad *pagos et ruſticos mediatos* 1) attinet, his quidem raro poteſtas ſtatuta condendi permittitur, cum eorum iura et obligationes plerumque aut legibus prouincialibus 2), aut

 pa-

pactis ipſorum cum dominis villarum, aut denique libris dominicis 3) [Erb-Grenz-Flur- und Lagerbücher, Zinsbücher, Amts- und Hebe-regiſter] definiantur, e quibus et poſſeſſione legitima controuerſiae inter ipſos ac dominos ortae vnice deciduntur 4).

1) AH. FRITSCHIVS *de ſtatu et iure pagorum Germaniae.* Ien. 1673. 4. et in EIVSDEM *opuſc. n. XIX.* GOTH. WILH. LEYSERI *ius georgicum.* Lipſ. 1698. 1713. 1741. f.

2) exempli cauſſa videas H. Auguſt von Braunſchweig allgemeine Landesordnung d. 7. Mart. 1647. et K. Preußiſche Flecken-Dorf- und Acker-Ordnung d. 16. Dec. 1702. apud MYLIVM *C. C. March. T. V. ſ. 3. c. 1. p. 227. ſqq.* cuius ideam dat *repertorium iuris germ. T. II. p. 1246. ſqq.* Haſſia Caſſellana eleganti ordinatione inſtructa nomine der Grebenordnung inſignita. Caſſel 1739. f. vt alias taceam, quae in terris Mecklenburgicis, Pomeranicis, Gothanis cet. prodierunt.

3) IO. CHR. FREIESLEBEN *de libris cenſualibus ac iudicialibus.* Erf. 1685. F. HANF *de rationariis praefecturarum.* rec. Francof. 1752. IO. RVD. ENGAV *de librorum, quos* Gränz-Lagerbücher, Fluhrläufer, Erbbücher und Heberegiſter *dicere ſolemus, forma, continuatione, renouatione, fideque varia.* Ien. 1756. 4. C. W. STRECKER *de cenſus per libros cenſuales probatione.* Erf. 1733. Denekens Dorf- und Landrecht P. 3. p. 292. ſqq. REINHARTH *ad Chriſtin. Vol. 6. obſ. 38.*

4) Joh. Deneken neuvermehrtes Dorf- und Landrecht. exedit V. cum additionibus et reſolutionibus CHR. LAVR. BILDERBECK. Frankf. und Leipz. 1739. 4.

§. 61.

## §. 61.

Sunt tamen omnino *pagi quidam* in variis Germaniae territoriis, qui *peculiaribus ſtatutis* 1) *vtuntur*, *conſenſu* ſcilicet *dominorum* ſuorum *confectis*. Praeſertim vero ruſtici, qui ſingularem praediorum ruſticorum ſpeciem colunt, eorumque intuitu peculiaria iura poſſident, eadem per modum ſtatutorum litteris mandare, ſibique a futuris litibus hoc pacto cauere ſtuduerunt 2).

1) Riccius p. 20. 21.

2) vide exempli cauſſa: confirmirte *Statuta* des Probſtingsgerichts zu Olsburg, im F Amte Lichtenberg, Wolfenbüttelſcher Hoheit d 20. Dec. 1600. apud. RVD. AVG. NOLTENIVM *de iuribus et conſuet. circa villicos.* (Brunſu. 1738. 4.) p. 84 -- 94; itemque Latengerichts des Amts Winzenburg Recht und Gewohnheiten apud EVMDEM *p. 134 -- 144.*

## §. 62.

Quae in Saxonia inferiori hinc inde occurrunt *iura pactitia ruſticorum* (ſ. Bauerköhren 1), proprie pacta omnium de vniuerſitate villatica ſuper conſeruatione et defenſione rerum pagi, et iuribus collegialibus continent, et mulctas interdum iis, qui legem eiusmodi violare audeant, imponunt; quarum conuentionum confectio hodie inſpectioni principis ſubiecta eſt 2).

 1) Ric-

1) Riccius II, 6. 9. p. 409. ſqq.

2) vide e. g. D. Auguſti mandatum ordinationi agrariae praemiſſum p. m. 5.

## §. 63.

*Hominum* denique *propriorum* 1) *iura* et *obligationes* ſaepenumero peculiaribus ſcriptis deſignantur, quae plerumque generali nomine iurium curiae, der Hofrechte ſ. Hausgenoſſenrechte, Hofſprachen 2) inſigniuntur, et in congregatione litonum confici ſolent; egregiumque fontem iuris curialis litonici conſtituunt 3).

1) dantur tamen *iura curialia hominum* quoque *liberorum.* POTTGIESSER *de condit. ſeruor. lib. I. c. 4. §. 53.*

2) GOTH. MASCOVII *notitia iuris et iud. brunſuic. c. 4. §. 14. p. 213.*

3) LVDOLF *T. I. obſ. 154. 155.* J. C Strodtmann in den Hannöverſchen Anzeigen de 1753. n. 92. 93. Exempla eiusmodi iurium dedit Joh. Diet. von Steinen in der Weſtphäl. Geſchichte P. V. in adp. praecipue vero IO. CHR. STRODTMANNVS in collectione *de iure curiali litonico* ſ. Sammlung hofhöriger Rechte. Goett. 1754. 8. quem librum GE. LVD. BOEHMERVS eleganti praefatione exornauit.

## TITVLVS V.

### DE IVRE NON SCRIPTO CONSVETVDINARIO ET PAROEMIIS.

### §. 64.

*Ius non ſcriptum* germanicum, quod inſignem iurisprudentiae hodiernae partem conſtituit, et tacita principis voluntate ſubnititur 1), generatim frequens et iteratum actuum vniformium in ſocietate ciuili exercitium ſupponit; qui actus *ſi externum iuris cuiusdam aut inſtituti exercitium* et formam *concernunt*, obſeruantiae 2); *ſi materiam actus* ſ. ipſa iuris capita ſpectant, *ius conſuetudinarium* ſ. *conſuetudines* 3) appellantur 4).

1) GERH. VON DEM BVSCH *de conſuetudine, vnde et quando vim legis obtineat.* Goetting. 1752.

2) HENR. CHR. DE SENKENBERG *de iure obſeruantiae et conſuetudinis in cauſſis publicis priuatisque Germ.* Gieſſ. 1743. KEMMERICH *acceſſ. inſtitut. p. 101. ſqq.*

3) CHR. GOTH. HOFFMANN *de iure conſuetudinis.* Francof. 1730. *c. 4. p. 30. ſqq.*

4) Rectius obſeruantiae nomine ius tacito collegii conſenſu conſtitutum intelligi docuit GE. LVD. BOEHMER in *princ. iur. canon.* §. *270. ſq.*

### §. 65.

Situm eſt hoc ius non ſcriptum praeſertim in rerum iudicatarum ſimilitudine et paroe-

 miis.

miis. Cum enim iudicia plerumque quam ſemel tenuerunt opinionem 1) ſimili occaſione adripere ſoleant, nata hinc *praeiudiciorum* 2) auctoritas, quae omni fere iuri conſuetudinario occaſionem dederunt, et facillimam iuris non ſcripti *probationem* 3) continent; quae tamen aliis etiam modis, teſtibus nempe et inſtrumentis, fieri poteſt 4). Cauendum tamen, ne conſuetudinem vnius territorii ſtatim pro iure vniuerſali venditemus; cum quae in vno collegio praeiudiciorum auctoritate conſtituta ſunt, in altero inde non ſtatim obtineant 5).

1) MICH. HENR. GRIEBNER *de obſeruantiis collegiorum iuridicorum ad* §. 49. *reſolut. grauam. de* 1661. in *ſel. opuſc. iur. publ. T. IV. p.* 42. *ſqq.*

2) REINHARTH *Vol. I. obſ.* 3.

3) DIET. HERM. KEMMERICH *de probatione conſuetudinis et obſeruantiae.* Ien. 1732. 1746. quid de abuſu praeiudiciorum in foro ſtatuendum, liberius expoſui in diſſ. *de different. praedior. ruſtic. et feudor. praeſ. quoad ſucceſſ.* §. 17. *p.* 57. Si dicendum, quod res eſt, praeiudicia probant opiniones collegiorum iuridicorum, non autem ius conſuetudinarium.

4) GVNDLINGIANA *P. 26. m. 2.*

5) LVDOLF *P. II. obſ. 169. p. 381.* PVFENDORF *T. I. obſ. 230.* Strubens Nebenſt. T. V. p. 79. ſqq.

## §. 66.

*Paroemiae* 1) quoque ſ. prouerbia iuridica, multa iuris germanici capita continent. Equidem

Equidem omnes has paroemias in dubio iuris non ſcripti loco habendas eſſe puto, cum non ex legibus ſcriptis, ſed conſuetudinibus itemque conſiliis ac reſponſis prudentum Germaniae profectae fuerint 2); atque adeo, niſi lege publica confirmatae ſint, aut alia earumdem probatio iudicialis fieri poſſit, ſecundum eas ſententia ferri non debeat 3).

1) Ad vniuerſam de paroemiis materiam notandi ſunt:

EB. TAPPII *ad agiorum germanicorum cum latinis et graecis collectorum centuriae ſeptem.* Arg. 1545. 8.

ANT. MATTHAEI *paroemiae iuris Belgarum ICtis vſitatae.* Vltrai. 1667. 8.

IO. NIC. HERTIVS *de paroemiis iuris germ. libri III.* in *opuſc. T. II. Vol. III. p.* 252 — 463.

ALEX. ARN. PAGENSTECHER *ad paroemias belgicas in ſylloge diſſ.* (Brem. 1713. 12.) *p.* 483 — 522.

GE. TOB. PISTORIVS in *theſauro paroemiarum germanic. iurid. Centuriae V.* Lipſ. 1715. 1716. 8.

Joh. Gottl. Heineccius in der Sammlung vermiſchter Abhandlungen. Berlin 1742. 8. p. 61. ſqq.

(Franz Carl Conradi) Grundſätze der teutſchen Rechte in Sprichwörtern. Helmſt. 1745. 4. quam commentationem Conradinam IO. FRID. EISENHARTH eleganti commentario inſtruxit ſub hoc elogio: Grundſätze der teutſchen Rechte in Sprichwörtern mit Anmerkungen erläutert. Helmſt. 1759. 8. cf. I. F. MAII progr. *de prouerbior. germ. collectoribus.* Lipſ. 1756.

2) CHR. GOTTL. BVDER *de conſiliis et reſponſis prudentum Germaniae medii aeui.* Ien. 1749. Eiſenharth S. I. p. 13.

3) J. F. Eiſenharth von dem Beweiſe durch Sprichwörter *T. I.* der kleinen Schriften. (Erf. 1751. 8.) *p. 17–38.* THEOD. CHR. CLERMONT *de legibus priuatis in Germania obſeruandis.* Goett. 1753. §. 63. *p. 94. ſq.*

## §. 67.

Cum omne ius conſuetudinarium tacito principis conſenſu nitatur, et vim legis obtineat 1); (§. 64.) principis autem conſenſus non praeſumatur, niſi adſint *actus plures* 2), *vniformes* 3), *diuturni* 4), *ex opinione neceſſitatis geſti, et rationi haud contrarii* 5): haec requiſita omnia ſin adſint 6), conſuetudo omnino vim legis habet, etiamſi iuri olim introducto prorſus repugnet 7).

1) AVG. LEYSER *de conſenſu principis unico conſuetudinis fundamento.* Viteb. 1751.

2) IO. AMSEL *de vulgato dicto, vnus actus, nullus actus,* einmahl, keinmahl. Regiom. 1696.

3) PVFENDORF I, 26.

4) de Saxonia, vbi anni 31, hebdom. 6, et 3. dies requiruntur, cf. RICCIVS *in ſpicil. p. 16.*

5) IO. EICHEL *de prauis et irrationabilibus conſuetudinibus* Helmſt. 1665. GE. AD. STRVVIVS *de conſuetudinibus rationabilibus et irrationabilibus.* Ien. 1667. C. C. C. a. 218. HERTIVS *par. I, 3.* Eiſenharth S. I. p. 2.

6) REINHARTH *Vol. IV. obſ. 66. p. 95.*

7) CHR. LVD. CRELL *de origine et virtute iuris non ſcripti.* Viteb. 1739. Eiſenharth S. I. p. 10. ſqq. D. H. KEMMERICH *de probatione conſuetudinis.* DE PVFENDORF *T. I. obſ. 230.*

TITV-

# TITVLVS VI.

## DE RELATIONE LEGVM GERMANIAE ERGA IVS PEREGRINVM.

### §. 68.

Quod tandem ad vſum hodiernum iuris germanici eiusque relationem erga ius peregrinum attinet, iuris quidem antiqui (§. 28.) et medii (§. 35.) nullam in foris hodiernis auctoritatem eſſe ſupra iam demonſtrauimus; adeoque iura peregrina, niſi nouioribus ſtatutis ipſis derogatum fuerit, eidem omnino praeferuntur 1).

1) vid. tn. IO. GOTH. BAVERI progr. *de iure germanico tam veteri quam nouo ante ius Romanum et canonicum attendendo*. Lipſ. 1742.

### §. 69.

Si vero ius nouum eiusque erga iura peregrina auctoritatem ſpectaueris, indubitati omnino iuris eſt, eſſe haec *iura peregrina in ſubſidium recepta* atque adeo locum ipſis prorſus non eſſe, quamdiu iuribus ſtatutariis ac prouincialibus aliquid cautum eſſe intelligitur 1). Hinc ipſae adeo leges imperii 2) ſecundum haec iura prouincialia ac ſtatutaria ſententiam dare iubent.

1) ſcriptores hanc quaeſtionem tractantes recenſui in *elem. hiſt. iur. vniu.* §. 405. et 431. cf. SENKENBERGIVS in *methodo iurisprud*. p. 103.

2) C. G. O. 1495. t. 1. §. 4. R. A. 1498. §. 37. C. C. C. praef. et a. 140 C. O. C. P. I. t. 71. I. P. O. a. 5. §. 4. R. A. 1654 §. 105. R. H. O. t. 1. §. 15. Rec. viſit. 1713. §. 15. Cap. nouiſſ. a. 15. §. 18. Huc etiam tendunt notae Germanorum paroemiae: Willkühr bricht Stadtrecht; Stadtrecht bricht Landrecht; Landrecht bricht gemein Recht, pugnam horum iurium diſerte definientes. Eiſenhartb von Sprichw. S. I. p. 1—6.

## §. 70.

Si ergo nulla adeſt lex germanica aut conſuetudo rite probata: ius ciuile peregrinum demum in ſubſidium vocatur. *Maior* tamen *iuris peregrini vſus inter ciues*, *quam inter illuſtres ac nobiles* 1), cum pleraque horum inſtituta, ſplendoris familiarum conſeruationem concernentia, iuris peregrini ſententiis prorſus contraria ſint, atque adeo, iuris *patrii* principia ſeruari, nobilium maxime interfuerit 2), quod de ciuibus dici non poteſt.

1) *elem.* mea *hiſt. iuris vniu.* §. 408. *ſqq. p. 360. ſqq.* IO. PAVL. KRESS *de ration. decid. in variis iurib. et reſponſ. p. 18. ſq. p. 28.* Moſers Staatsr. T. II. p. 197. ſqq.

2) MICH. HENR. GRIEBNER *de praeiudicio principum imperii ex abuſu iuris iuſtinianei.* 1715. *opuſc. iur. publ. T. I. p. 42. ſqq.* IO. SAL. BRVNNQVELLI proluſio, qua oſtenditur: *in pugna iuris germ. et Romani illud huic in primis in cauſſarum illuſtrium deciſionibus praeferendum eſſe, niſi huius receptio probetur.* Goetting. 1735. IO. STEPH. PÜTTER *de normis decidendi ſucceſſionem illuſtrium controuerſam* §. 82. ſqq. IO. CHR. IOS. FRANC. IGN. VN-

GERI *vindiciae iuris germ. contra abuſum iuris Romani.* Wirceb. 1755.

## §. 71.

In ſingulis vero territoriis vni principi parentibus *cauendum, ne iura vni prouinciae ſcripta in altera adplicentur, niſi omnibus prouinciis lata eſſe adpareant*, cum territoria nouiter adquiſita 1) iura ſua legesque plerumque ſibi confirmari nitantur.

1) de hac territoriorum vnione vide PÜTTERVM in *elem. iur. publ.* § 80. *ſqq.* p. 106. *ſq.* cf. exempli cauſſa GOTH. DAN. HOFFMANNI *hiſt. et ius vnionis territorii Würtemb.* Tubing. 1754.

# CAPVT III.

## BIBLIOTHECA IVRIS PROVINCIALIS ET STATVTARII GERMANICI.

## §. 72.

Iurium Germaniae prouincialium et ſtatutariorum, praeſertim iuris hodierni, nec plenam notitiam habemus, nec iuſtam eorum compilationem. Quod ad notitiam primum horum iurium attinet, indicem eorum chronologicum dedit PÜTTERVS 1), multis tamen acceſſionibus locupletandum, cui ſi quis

quis bibliothecas *Lipenianam* 2), *Hoffmannianam* 3), *Hinzianam* 4), *Emminghuſianam* 5), et *Heumannianam* 6) iunxerit, inſignem horum iurium adparatum in numerato habebit.

1) EIVSDEM Verſuch eines chronologiſchen Verzeichniſſes teutſcher Landes = und Stadtgeſetze, adiectum eſt der juriſtiſchen Encyclopädie. Götting. 1757. 8. *p. 116 -- 179.*

2) MARTINI LIPENII *bibliotheca iuridica realis* poſt FRID. GOTTL. STRVVII et GOTTL. AVG. IENICHII curas inſigniter emendata et locupletata prodiit. Lipſ. 1757. f.

3) *Catalogus bibliothecae* IO. GVIL. HOFFMANNI cum praefat. IO. GVIL. DE BERGER prodiit Viteb. 1741. quem vide praeſertim *p. 208 -- 244.*

4) *Catalogus bibl. Hinzianae* editus Hamb. 1756. 8.

5) *Catalogus librorum iurid. B.* EMMINGHVSII prodiit. Ien. 1759. 8.

6) *Bibliotheca Heumanniana* (IO. HEVMANNI.) Alt. 1763. 8.

## §. 73.

*Collectio legum* iuſta omnibusque numeris abſoluta, quae quidem iuſtum iuris prouincialis ac ſtatutarii corpus conſtituat, *nondum exſtat*; licet pericula talismodi compilationis ediderint ABR. SAVERVS 1), GE. MELCH. DE LVDOLF 2), et CHR. A NETTELBLA 3), vt eos iam taceam, qui quaſi aliud agendo, operibus ſuis aliquot ſtatuta iuraque prouincialia adiecerunt, in quibus FRID. ES. PVFEN-

DOR-

DORFIVM 4) et IO. CAR. HENR. DREYERVM 5) praeſertim nominamus.

1) elegans ABR. SAVRII collectio hoc elogio ornata prodiit: *faſciculus iudicarii ordinis ſingularis*, das iſt, ein ſchöner Ausbund etlicher Chur- und Fürſten Gerichts- Ober- und Unter- auch Grafen und Herren Landordnungen, desgleichen vornehmer Reichsſtädte erneuerten Reformationen. 8. faſc. 2. Vol. fol. Frankf. 1589.

2) EIVSDEM *collectio quorundam ſtatutorum prouinciarum et vrbium Germaniae*. Wezlar 1734. 4.

3) *theſaurus iuris prouincialis et ſtatutarii Germaniae*, oder vielmehr Sammlung zur Erläuterung derer Provincial- und Statutariſchen Rechte Teutſchlandes, in welcher alle Provincial- und Stadtrechte, noch nicht gedruckte Annotationes und Commentationes, Receſſus, Verordnungen, Edicta, Urthel, academiſche Abhandlungen, kurze Anmerkungen und kleine Schriften, welche gedachte Rechte, ſonderlich die Kayſerliche freye Reichsſtädte betreffen, enthalten ſeyn; cuius operis *duo Volumina* in 4. prodierunt. Gieſſ. 1756. 1757. 4. merum ius hamburgenſe tractantia. Varia ſcripta ius ſtatutarium praeſertim illuſtrantia continet EIVSDEM *Greinir* ſ. Nachleſe von alten und neuen — Abhandlungen, cuius tria volumina prodierunt. Bina priora recenſui in der Juriſt. Biblioth. T. I. p. 379. ſqq. p. 859. ſqq.

4) in *obſeruationum iuris vniuerſi* adpendicibus. prodiit Tom. I. Cell. 1744. 1757. T. II. 1748. T. III. 1756. 4.

5) videnda EIVS Sammlung vermiſchter Abhandlungen zur Erläuterung der teutſchen Rechte und Alterthümer. Roſtock 1754. 1756. 1763. 8. cf. etiam Ge. Chr. Kreyßigs Beyträge zur Hiſtorie derer Chur- und Fürſtlich Sächſiſchen Lande. T. I-VI. Altenb. 1754. ſq. H. CHR. L. B. DE SENKENBERG *viſiones de collect. legum germ. p. 211. ſqq.*

§. 74.

## §. 74.

Nos quidem hoc loco potiſſima ſingulorum Germaniae territoriorum iura prouincialia ac ſtatutaria, obſeruato, quantum fieri poterit, ordine S. R. I. circulorum, recenſebimus 1); ita tamen in hac re verſaturi, vt potiores tantum collectiones exhibeamus; ſtatutorum autem vrbium prouincialium, niſi aliquam eadem nominis celebritatem conſequuta fuerint, mentionem non faciamus 2).

1) Sequutus ſum vtplurimum ordinem ſtatuum, qualempraeclara, ſi qua vnquam, Geographia Büſchingiana, T. III. ſeruauit. Plerasque leges prouinciales et commentationes, quarum recenſum dedi, ipſe poſſideo, perpaucas, meis tamen oculis vſurpatas, aliorum beneuolentiae debeo; in reliquis, quibus potiri nondum licuit, ingenue, quid aliorum induſtriae adſcribendum ſit, profitebor.

2) quippe quorum recenſum iam dedit laudatiſſimus RICCIVS in doctiſſimo *de ſtatutis* opere.

# TITVLVS I.

## DE IVRIBVS PROVINCIALIBVS ET STATVTARIIS IN CIRCVLO FRANCONICO.

## §. 75.

*Circuli franconici* multa ſunt eaque memorabilia morum patriorum pure conſeruatorum ſpecimina, cum ſi generatim eumdem ſpectaueris, tum quod ad ſingulos eiusdem ſtatus

tus attinet. 1) Quod leges toti circulo communes ſpectat, praeter *ordinationem politicam* 2) *multis* regitur *conſuetudinibus*, quas PETRVS RODERICVS DEMERADT 3) elegante opuſculo adumbrauit.

1) cf. J. B. Hoffers Verſuch eines Entwurfs zu einer Bibliothek der ältern und neuern, beſonders der Policeyrechte in den Landen, Städten und Orten des Fränkiſchen Kreiſes, in ſeinen Beyträgen zum Policeyrechte der Teutſchen *T. I. p. 133. ſqq.*

2) des löblichen Fränkiſchen Reichskreiſes vereinte und verglichene Policeyordnung. 1572. f. F. C. von Moſer Sammlung der Abſchiede und Schlüſſe des Fränkiſchen Kreiſes vom J. 1600. bis 1748. Nürnb. 1752. 4.

3) EIVSDEM *differentiae iuris communis et franconici.* Wirceb. 1681. 1700. 1733. 12. prodierunt, et denuo recenſente notasque adiiciente LEONH. CARLIER. ibid 1742. 4. magis tamen eſt, vt ad ius Wirceburgenſe referantur. cf. PAVLL. MATTH. WEHNERI *collectio conſiliorum Franconicorum;* Decades XI. Frf. 1565. LVD. AD. SEGNIZ *de legitima liberorum Franconica.* Alt. 1705.

## §. 76.

Inter ſtatus circuli franconici primum locum tenet epiſcopatus *bambergenſis*, in quo licet multa iuris patrii capita diuturna conſuetudine 1) conſeruata fuerint, praeter *ordinationem criminalem* 2), ſatis ceteroquin celebrem, publica legum, quantum ſcitur, collectio non exſtat 3).

1) IVSTI

1) IVSTI VERACII *libellus conſuetudinum bambergenſium.* Bamb. 1681. 1733. 12. qui in IO. PETR. DE LVDEWIG *ſcriptoribus rer. bamberg.* T. I. n. V. collocatus eſt.

2) prodiit Bambergae 1508. 1510. et ſaepius poſtea typis repetita. cf. Joh Horix wahre Veranlaſſung der peinlichen Halsgerichtsordnung K. Carls V. (Maynz 1757. 4.) § *11. p. 13. ſq.* et *repertorium iuris priuati* T. I. p. 414. ſq. itemque IO. CHR. KOCH progr. *de primis conſtitutionis criminalis Bambergenſis editionibus.* Gieſſ. 1765.

3) Ad illuſtranda iura Bambergenſia pertinent: Sendſchreiben eines Freundes an einen Beamten im Fränkiſchen Kreis geſeſſen, in welchem die materia iurisdictionis ſimplicis tractirt wird 1670. 4. exſtat in IO. GE. ESTORIS kleinen Schriften, T. I. p. 383. ſqq. IO. PETR. BANNIZA *de tutela.* Wirceb. 1751. IGN. CHR. LORBER A STÖRCHEN *de eo, an filia ex feudo maſculino nouiter a patre emto iure hodierno per ius peregrinum obſcurato, iureque praeſertim Bambergenſi, petere legitimam poſſit?* Bamb. 1753. BALTH. DITTERICH *de communione bonorum dominii translatiua ex iure Bambergenſi.* Bamb. 1758. Ordinationes Bambergenſes *decimales* (Iun. 15. 1593. Iun. 28. 1687.) exſtant in Werndle Zehntrecht; in adp. p. 31. ſqq.

## §. 77.

In *epiſcopatu Wirceburgenſi* elegans promulgata eſt morum patriorum compilatio, quorum vſus praeſertim in *iudicio prouinciali*, quod dicitur, *caeſareo* [dem kayſerlichen Landgericht des hochlöblichen Stifts Würzburg und Herzogthums Franken] 1). Iam quamquam hoc iudicium prouinciale toti Franconiae ducatui

catui commune eſſe ſtatuerint epiſcopi Wirceburgenſes; ſtatus tamen circuli franconici epiſcoporum moliminibus a ſaeculo XIII. inde ſe oppoſuerunt 2); quo factum, vt ipſa haec, elegans licet, ordinatio fines epiſcopatus Wirceburgenſis non egrediatur 3). Epiſcopatus *Eichſtetienſis*, praeter alias conſtitutiones ſingulares, *ordinatione politica* 4) regitur.

1) Eines hochlöblichen Stifts Würzburg und H. Franken kayſerliche Landgerichtsordnung, auch ſonderbahre Gebräuche und Herkommen, wie es im gedachtem Stift und Herzogthum in Landgerichtsfällen, als mit Erbſchaften Vormundſchaften, Ehebethädigung, Vermächtniſſen, Einkindſchaften, ſo wohl auch dem gerichtlichen Proceß, dieſer und aller andern Landgerichtsſachen bishero und inskünftige zu halten. Würzb. 1618. 1633. f. et apud LVDOLFVM in *collect. ſtatutor. p. 1 -- 302.* cf. etiam Erbrechtsgebrauch des Landes Franken und am F. Landgerichte zu Würzburg. apud FABRVM in der Staatscanzley *T. IV. p. 417 -- 436.* Exſtat etiam ſcriptum bonae frugis pleniſſimum: Etliche alte Landsgebrechen des K. Landgerichts, H. zu Franken; compilatum a. 1536. a DAN. STIEBERO, auctum a LAVR. FRIESEN, cuius nomine praefixo editum eſt a SENKENBERGIO von der kayſerl Gerichtb. in adpend. p. 33. ſqq.

2) IO. GOTTL. GONNE *de ducatu Franciae orientalis.* (Erlang. 1756. 4.) §. *61. 62. p. 144. ſqq.* et IDEM was Landrecht, Landgraf, Landrichter, Landerbe, Landgericht heiſſet? in den Erlang. gel. Anzeigen *de 1752. p. 41. ſqq.*

3) IO. AD. DE ICKSTADT *diſſ. de vnione prolium ſtatutaria epiſcopatus Wirceburgenſis et ducatus Franconiae.* Herbip. 1734. et in EIVSDEM *opuſculis iuridicis.* (Ingolſtad. 1747. 4.) *T. I. p. 171 -- 232.*



4)

4) Erneuerte Policeyordnung des Stifts Eichſtedt. 1707. MSS. capita eius recenſet HOFFERVS l. c. p. 177. ſqq. qui etiam grauem de laudemiis conſtitutionem (Handlohnsordnung d. 10. Mart. 1689.) edidit p. 360. ſqq.

## §. 78.

*Marchionum Brandenburgicorum* ſicuti iam olim, in criminalibus 1) potiſſimum, exſtitit ſapiens legislatio 2): ita nec nouiori aetate ab illuſtri hac laude defecerunt *linea culmbacenſis* 3) et *onoldina*. De cetero conſtitutiones brandenburgico-culmbacenſes in iuſtum corpus compilatae prodierunt 4), quod intuitu onoldinarum nondum factum eſt 5).

1) Joh. Horix l. c. cf. peinliche H. G. O. in *C. C. Culmb. T. II. Vol. II. p. 1 -- 117.*

2) IO. GE. DIETERICI oratio hiſtorica *de legibus ac conſtitutionibus brandenburgicis, iisdemque in ſuperiori burggrauiatu Norico promulgatis et per typos vulgatis.* Baruth. 1720. 4.

3) vide e. g. M. Albrechts Hof- und Oberhofgerichts-Ordnung aufm Gebirg. 1543. f. C. C. *Culmb. T. II. Vol. I. p. 344. ſqq.*

4) *Corpus conſtitutionum Brandenburgico-culmbacenſium.* Bayreuth 1746 -- 1751. III. Volum. 4. in hoc notandae potiſſimum: Landesconſtitution d. 16. Sept. 1722. von Geldborgen, und wie es im Concurs, Lehensänderungen, Einſtand, Erbfolge der Eheleute u. ſ. f. zu halten. *T. II. Vol. I. p. 185--220.* Regierungs-Canzleyordnung d. 30. Iun. 1746. *l. c. p. 310 -- 336.* Landgerichtsordnung d. 27. Febr. 1730. *p. 473* -- 506. Policeyordnung d. 1. Sept. 1746. *l. c. p. 675--775.*

5) Neue Einricht- und Vertheilung des Hof- und Juſtizraths ſamt des zu Regierungsſachen quoad interna authoriſirten Hofrathscollegii neuer Ordnung. Onolzb. 1730. f. Gerichts- und Proceßordnung. 1740. f. Neues Canzley-*Reglement*. 1730. f. Inſtruction und Ordnung bey Concurſen. 173?. f. Hochf. Brandenburg-Onolzbachiſches Hochzeits-Kindtaufs-Leichen- und Trauer-*Reglement* de 27. Nov. 1733. exſtat apud FABRVM *T. LXV. p. 738 -- 787.* Wechſelordnung d. 10. Sept. 1739. collocata eſt in J. L. Uhls erſten Fortſetzung des corporis iuris cambialis. Leipz. 1757. f. *p. 28 -- 44.* Plura dabit Hoffer *p. 185—194.*

## §. 79.

In *comitatu hennebergico principali* anno 1539. auctore IO. GEMELIO, cancellario hennebergico, collecta eſt *ordinatio prouincialis* 1), quae magni in iure patrio momenti eſt. *Ordinatio* quoque *cambialis* 2) in ea comitatus parte prodiit, quae electoribus Saxoniae paret 3).

1) Landesordnung der F. Graffſchaft Henneberg quae 1539. ſine mentione anni prodiit, et recuſa eſt. Meiningae 1720. 4. adiectis duabus conſtitutionibus, ſucceſſionum iura tractantibus.

2) Ihro K. M. in Pohlen und Churf. Durchl. zu Sachſen in die gefürſtete Graffſchaft Henneberg. Schleuſingiſchen Antheils, ergangene Wechſelordnung. Dresden d. 2. Sept. 1748. prodiit Schleuſing. 1748. f.

3) TOB. IAC. REINHARTH *de dimidio adquaeſtus coniugalis vxoribus Smalcaldenſibus competente.* Erf. 1727.



§. 80.

## §. 80.

6) Reichspoliceyordn. d. 1548. t. 22. 1577. t. 23. §. 2. concluſ. imperii d. 1670. §. da ſich aber. C. C. *March.* T. 2. ſ. 2. p. 240. Ludewig gel. Anzeig. T. I. p. 689. ſq. T. II. p. 404. ſqq. C. C. *Culmbac.* T. II. P. I. p. 231. ſqq. Braunſchw. Lüneb. Privatrecht. §. 257-260. Gothaiſche L. O. P. 2. c. 4. t. 24. Gothaiſches Handels- und Banqueroutmandat 1740. §. 28. ſq. H. Caſſeliſche Verordn. d. 5. Merz 1747. §. 3. Hanauiſche Verordn. wegen der Banquer. d. 20. Jul. 1751. §. 2. Hamburg. Fallitenordn d. 31. Aug. 1753. art 102. 103. p. 75. ſq Lindauiſche P. O. P. IV. §. 10. Mandat der Hanſeeſtädte wider die Falliten d. 30. Apr. 1620. ref. *norica* t. 12. et mand. d. 1. Oct. 1717. Leipz. Handelsger. Ordn. t. 22. Churſächſ. Mandat d. 7. Jan. 1724. Breßl. Willkühr. §. 17. IO. TOB. HOFFMANN *de iuſtitia poenae capitalis debitorum obaeratorum.* Ien. 1726. Plura dabit *repertor. iur. priu. T. I. p 442 - 454.* cf. I. F. KOBE *de pecunia mutuaticia tuto collocanda. c. 2. §. 18. p 29. ſqq* huc referuntur quoque in *terris brunſuico-luneburgicis* et aliis in territoriis officiales, qui *pecunias dominicas* diſſipant aut in rem ſuam vertunt. C. C. *Cal.* c. 2. p. 672. 677. 710. *Cell.*

c. 2.

c 2. p 808. ſqq Brem. L. O. P. I. p. 479. 1031 ſq. Wolfenb. H. G. O. p. 708 Heinrichſtädt. ſtat. p. 157. KRESSII *diff. iur. comm. et Brunſ. p. 93.*

7) C. C. C. a. 122.

8) Reichspol. Ordn. d. 1577. t. 10 ibi vocantur unehrliche Weiber. C. C. *Culmb* T. II. P. 2. p 279. ſq. CARPZOVIVS *dec* 17. LEVSERVS *ſp* 53. *m.* 2. 3. REINHARTHVS *ad Chriſt. I, 8* cf. obſeruationem CHR. GOTTL. BVDERI *de inueſtitura cum lucris cellarum meretriciarum*, Frauenhaus, in EIVSDEM *amoenit. iur. feud. p. 91. ſq.* ORTHIVM *T III. p. 486.* et *repertor. iur. priuat. T. III. p. 1883. ſq.*

## §. 209.

*Leuis notae macula* propter natalium rationem *liberis illegitimis* adſpergitur 1), licet falſo. Tametſi enim olim liberi illegitimi in proprietate principis eſſent 2), et hinc fiſcus ipſis ſine prole defunctis *iure baſtardiſae* 3), ſuccederet 4): numquam tamen infamiam aut leuis notae maculam leges ipſis adſperſerunt. Hodie ergo officiis publicis omnino admouentur 5), et in tribus opificum recipiuntur 6); licet a dignitatibus camerae imperialis excludantur 7).

1) HVTHIVS §. XI.

2) hinc nata denominatio der Königskinder. HERTIVS *de hominibus propriis ſ. 3. §. 3.* POTTGIESSER *de condit et ſtatu ſeruorum lib. I. c. 1. § 17.* Scheids Nachrichten vom Adel p. 498.

3) PVFENDORFIVS T. III. obſ. 13. §. 9. ſqq. cf. etiam I. F. HERTLING *de regalibus palatinis*, (Heidelb. 1734.) *§. 10. p. 48. ſqq.*

4) Brem. L. O. T. I. p. 777. Lüneb. ſtat. P. 3. t. 16. in f. P. 5. t. 2. §. 1. 2. Anfangsgr. des B. L. Privatr. §. 294. Oeſterr. Succ. Ordn. t. 8. §. 6. Pfälz. L. O. t. 7. Tecklenb. Lehnr. §. 19.

5) diſſentit I. P. S. I, 38. quod tamen ſanae rationi repugnat, nec legem efficit ſpeculum Saxonicum. HEINECCIVS *l. c.* §. *34*. p. 62. ſqq.

6) Reichsſchl. von Abſchaffung der Handwerksmißbr. d. 1731. §. 2.

7) C. G. O. P. I. t. 3. §. 2.

## §. 210.

Eadem ratione *leuis notae maculam* iis inurunt, qui *in vili aut turpi adeo vitae genere* verſantur. *Carnificem* 1) quidem [Züchtiger, Nachrichter und Feldmeiſter oder Abdecker] alio habitu indutum procedere iubent leges imperii 2), eiusque miniſtrorum liberos vsque ad ſecundam generationem ab opificiis excludunt 3), vt adeo leuis notae macula certa ſit, licet infamia inde non probetur 4). Quod autem ad *balneatores* 5), *buccinatores* 6), *opiliones* 7), *porcorum caſtratores* 8), *hiſtriones*, *molitores*, et id genus alios attinet, ii quidem ab infamia quam longiſſime abſunt, et ne macula quidem laborant 9), licet leges imperii eosdem vilibus adeo miniſteriis accenſere videantur.

1) Meiſters ausführl. Abhandl. des peinl. Proc. P. I. p. 140. ſqq.

2) Reichs P. O. 1530. t. 21.

3) concluſ. imp. d. 1731. §. 4.
4) IO. SAM. FRID. BOEHMER *de executionis poenarum capitalium honeſtate*. Hal. 1733. ABR. KAESTNER *de carnifice fama non laborante*. Lipſ. 1745.
5) CHR. WILDVOGEL *de balneis ac balneatoribus*. Ien. 1703. 1754. *c. 5. §. 6. p. 120. ſqq.*
6) EIVSDEM diſſ. *de buccinatoribus eorumque iure* §. 14. ſq. p. 17. ſq.
7) Eiſenharth von Sprichw. p. 90.
8) priuilegium Leopoldi ipſis conceſſum vide in C. C. *Cal*. c. 4. p. 36. ſq. et C. C. *March*. P. 5. ſ. 5. c. 2. p. 109. ſq.
9) Reichs P. O. 1548. t. 28-31. 1577. t. 28. 29. 38. §. 1. Wolfenb. Verordn. d. 19. May 1729. 6. Jul. 1747. 9. May 1752. HEVMANNI *initia iur. polit. c. 35. §. 289. p. 417. ſq.*

## SECTIO V.

### DE DIVISIONIBVS PERSONARVM RATIONE RELIGIONIS, SPECIATIM DE IVDAEIS.

### §. 211.

Quod tandem ad diuiſionem perſonarum ratione religionis attinet, eiusque effectus in iure priuato germanico: res omnis ad ſtatum anni decretorii redit. Non ergo alii, quam quae anno normali obtinuit 1), religioni addicti ad communionem iurium ciuilium adſpirare poſſunt 2), niſi accedat *tolerantia religioſa* 3), quam Principes vi ſuperioritatis territorialis 4) indulgent, vi cuius multi Ca-

tholici 5) et reformati 6) praeſertim ex Gallia profugi, inter Proteſtantes recepti iisdem paene cum incolis, dominanti religioni addictis, iuribus fruuntur.

1) I. P. O. a. 5. §. 33. 34. 35. PÜTTERVS in *elem. iur. publ.* §. *638. p. 757 ſq.*

2) ita v. c. in Bohemia Proteſtantes proſcribuntur, nec ad hereditates officia, et ius ciuitatis admittuntur. Böhmiſche L. O. A. 23. p. 22. 23. Böhmiſche Declarat. p. 50. Mähriſche L. O. p 13. cf. Heumann Geiſt der Geſetze *c. 5. §. 11. p. 43. ſq.*

3) IVST. HENN. BOEHMERVS *de tolerantiae religioſae effectibus ciuilibus.* Hal. 1726.

4) NIC. CAR. LYNKER *de ſuperioritate ſacra.* Ien. 1689.

5) vide, exempli cauſſa, quae de terris B. L. dixi in den Anfangsgr. des Br. Lün. Privatr. §. 84-91.

6) de terris noſtris vide, quae dixi l. c. §. 92-95. et §. 379-388. C. C. *Culmb.* T. II. P. 2. p. 628. ſqq. C. C. *Magdeb.* P. I. p. 105. P. VI. 77. ſqq. 159. ſqq. C. C. *Holſat.* T I. p. 573. ſqq. C. C. *Oldenb.* T. I. p. 44. Liefländ. L. O. p. 131. ſq. p. 286. ſq. C. C. *March.* cont. I. p. 182. ſqq. Heſſen-Caſſeliſche priuilegia d. 12. Dec. 1685.

## §. 212.

Longe mitius habentur *Iudaei*, quod pudorem facere debebat Principibus Chriſtianis. Hi quidem olim *ſerui* erant *camerae* imperialis 1), et pro peregrinis, et tantum non hoſtibus imperii proſcriptis habiti ſunt. Soli ergo Imperatori *ius recipiendi Iudaeos* 2) olim competebat, qui vi *aduocatiae iudaicae* 3) ipſi compe-

competentis iisdem ſaluum conductum et protectionem indulgebat, vt nempe hoc nomine ab omnibus contumeliis tuti praeſtarentur; quod ius deinde cum ſtatibus imperii communicatum fuit 4), quorum tamen multi ex rationibus politicis aut virtute pactorum cum ſtatibus prouincialibus initorum Iudaeos vel omnino a territoriis ſuis abeſſe iuſſerunt 5), vel certe eorumdem receptionem valde reſtringi 6) paſſi ſunt.

1) PVFENDORFIVS T. II. obſ. 1.

2) CHR. WILDVOGEL *de Iudaeorum receptione et tolerantia.* Ien. 1700. GE. HENR. AYRER ſ. reſp. 10. HENR. IVNG *de iure recipiendi Iudaeos.* Goett. 1741.

3) GOTH. DAN. HOFFMANN *de aduocatia Imperatoris Iudaica.* Tub. 1749. F. C. von Moſers kleine Schriften T. 12. p. 34. ſqq.

4) Ref. polit. de 1548. t. 20. 1577. t. 20. §. 1. HEINECCIVS *T. I reſp. 4. 5.*

5) De terris *bauaricis, wurtembergicis, coburgicis, vinarienſibus, juliacenſibus* et vrbe *norimbergenſi* hoc probauit HEVMANNVS in *initiis iur. polit.* §. *213. p. 265.* cf. IDEM im Geiſt der Geſetze *c 11.* §. 5.

6) KRESSII *diff iur. comm. et brunſu. p 73 ſq* meine Anfangsgr. des B. L. Privatr. § 96. ſqq. Pfälziſ. L. O t. 18. §. 5. de Thuringia *conſil. Halenſ.* T. II. p. 1675. C. C. *Culmb* T. II P. 2. p. 673. ſqq Meckle nb Erblandesvergl. §. 377. Churcölln Juden-ordn. c. 1. §. 1 C. C. *magd.* III, 449 542. 548. Ordn. der Fränk Ritterſch. p. 123. ſqq. Regenſp. Decret. T. I. p. 471. 628. Leipz. ſtat. p 133. Mindiſche Landesvertr. p 286. Schaumb Sachſ. Recht P. I. ex. 9. §. 8 P II. ex. 11. § 19. Oppel. und Ratib. L. O. a. 54. Naſſau. L. O. p. 37. C. C. *march.* T. V.

ſ. 5. p. 296. Altenb. L. O. P. 2. c. 2. t. 4. Gothaiſche P. 2. c. 2. t. 4. Heſſencaſſeliſche Judenordn. 1679. et Conſt. d. 22. Febr. 1722. it. Regierungsausſchreiben d. 1722.

## §. 213.

Hodie ergo *Iudaei* in receptos [Schutz- und Schirm- oder vergleitete Juden] et non receptos [unvergleitete Juden] diuiduntur. *Non recepti* prorſus *non tolerantur*, et cum *pro peregrinis habeantur* 1), omni communione iuris ciuilis deſtituuntur, nec ſine conductu territorium tranſire poſſunt, quo nomine *cenſum*, quem vocant, *iudaicum* 2) ſoluere coguntur.

1) per leges citatas. cf. I. H. BOEHMER *de cauta Iudaeorum tolerantia*. Hal. 1708.

2) GOTH. MASCOVIVS ſ. reſp. IO. LVD. VHLIVS *de cenſu Iudaico*. Goetting. 1735.

## §. 214.

Quod autem ad *receptos Iudaeos* attinet, hi quidem indultis protectionis litteris hoc impetrant, vt (a) in territorio commorari 1), ſine metu contumeliae, queant, licet numquam ius indigenatus, aut ciuitatis 2) nanciſcantur; (b) vt aliquam commercii ſpeciem litteris principis indultam exercere poſſint. De cetero vi receptionis *iuris* quidem *communis ciuilis*, quatenus hoc indigenatum aut ius ciuitatis non diſerte ſupponit, *participes fiunt* 3), et hinc in iure patrio 4), connubiorum 5), aliiſque

aliisque cauſſis pari cum Chriſtianis iure fruuntur. Neque tamen obligationes ipſorum aliter, quam in foro Chriſtiani contrahentis confirmari 6), aut actiones ipſorum Chriſtiano cedi 7) poſſunt. Porro ad poſſeſſionem immobilium et officia publica numquam admittuntur 8), Vſurariae ipſorum prauitati leges ſcriptae ſunt 9). In cauſſis vero religionem ipſorum et caeremonias ſpectantibus iure quidem moſaico et aliqua autonomia 10) vtuntur; in plurimis tamen territoriis hae aliaeque eorumdem cauſſae in Iudiciis territorialibus diſcutiuntur, niſi priuilegio ſpeciali eam in rem muniti eſſe intelligantur 11).

1) hinc non inconcinne Francofurtani conſtitutiones ſuper Iudaeis latas der Juden Stetigkeit adpellauerunt. **Orth** T. II. p. 107. ſqq.

2) von **Cramer** Ausführung, daß die Schutzjuden zwar in ciuitate, aber nicht de ciuitate ſind; in den **Wetzlar. Nebenſt.** *P. 3. p. 94. ſqq.*

3) CASP. ZIEGLER *de iuribus Iudaeorum.* Viteb. 1684.

4) **Beck** vom Judenrecht c. 6. p. 55. ſqq. GVST. HENR. MYLIVS *de patre Iudaeo, alimenta, ſumtus ſtudiorum et legitimam filio Chriſtiano denegante.* Lipſ. 1740.

5) **Heſſencaſſ.** Grebenordn. t. 3. §. 2. p. 12. in terris Culmbacenſibus mares Iudaei 25, feminae 20. annorum demum matrimonia inire poſſunt. C. C. *Culmb. T. I. p. 589.* In terris *brandenburgicis* conſenſum connubialem ab aerario nouorum militum (Recrutencaſſe) redimere iubentur. cf. ad hunc locum HENR. CHR. SENKENBERG *de iure ac priuilegio dotis illatorumque in concurſu creditorum,*

 in

*in ſpecie quoad mulieres Iudaeas.* Gieſſ. 1730. IO. CHRIST. KOENIGK progr. *an Iudaei iurium ciuilium capaces ſint, adeoque ipſorum vxores priuilegio dotis gaudeant.* Lipſ. 1733. IO. TOB. RICHTER *de iure matrimonii Iudaeorum in Germania tum inter ſe tum ſi alter coniux ad ſacra Chriſtianorum tranſit.* Lipſ. 1751. PVFENDORF *T. I. obſ.* 191. 208.

6) R. I. 1559. §. 79. v. Cramers Wetzl. Nebenſt. P. 29. p. 80. ſqq.

7) cit. R. I et Ref. polit. 1577. t. 20. §. es ſoll auch. C. C. *Culmb.* T. I. p. 273. ſqq. Naſſ. L. O. p. 37. Fränk. Ritterordn. p. 126. ſq Wurtemb. L R P. 2. t. 33. Gerſtlacher lib I. §. 107. p. 197. cf. tamen PVFENDORF *T. II obſ.* 158. et IO. SAM. FRID. BOEHMER *de ceſſione nominis a Iudaeo in Chriſtianum facta rata vel irrita.* Francof. 1758.

8) HEVMANNI *initia iur. polit. p.* 267. *ſq.* hypothecam tamen immobilium alicubi adquirere, ſub reſtrictione, poſſunt. C. C. *magd.* IV, 462. 521. Anfangsgr des B. L. Privatr. § 101. cf. IAC. AVG. FRANKENSTEIN *de iuribus ſingularibus Iudaeorum in Germania.* Lipſ. 1722. PVFENDORF I, 96. III, 55.

9) Carolus V. tamen ipſis maiores vſuras permiſit. Moſers Staatsr. T. IV. p 94 ſqq. conſt. boruſſ. d. 1755. *in Repertorio T. III. p.* 1976. Hohenloh. L. R p. 100. Churcölln. Judenordn. c. 4. §. 6. Naſſ. L O. p. 34. ſq. Orth T. II. p. 691. ſq.

10) EV. OTTO *de ſtatu Iudaeorum publico.* Vltraj. 1721. IO. FRID. KAYSER *de autonomia Iudaeorum.* Gieſſ. 1739. Jo Chr Ge. Bodenſchatz kirchliche Verfaſſung der heutigen Juden, ſonderlich in Teutſchland. Erlang. 1748. 4.

11) GE. LVD. BOEHMER *de officio et poteſtate rabbini prouincialis in terris brunſuico-luneb.* Goett. 1751 §. *16. ſqq. p. 16. ſqq.* Hoffers Beyträge zum T. Policeyrecht T. I. p. 423. ſqq.

Capvt

# CAPVT II.

## DE INDIGENIS ET PEREGRINIS, IVREQVE RETORSIONIS, ALBINAGII ET DETRACTVS.

---

## TITVLVS I.

### DE IVRE INDIGENARVM ET PEREGRINITATIS.

### §. 215.

Si ciuitatem et iura inde pendentia ſpectaueris, omnes aut indigenarum aut peregrinorum loco habentur. *Indigenae* 1) *vocantur, qui ciuitatis iure et communione iuris ciuilis vtuntur, iuraque ipſis competentia indigenatus vocantur; peregrini* 2) vero ſunt, qui ciuitatis iure non vtentes a communione iuris ciuilis excluduntur.

1) de indigenatu egregie expoſuerunt: IO. STRAVCHIVS *de indigenatu Germanorum.* Lipſ. 1650. in *opuſc. T. I. p. 1-19.* H. HAHNIVS *de iure indigenatus ſingulari* Helmſt. 1663. apud FRITSCHIVM. in *exercit. iur. publ P. III in adp. p. 51 ſq.* IO. CHR. BECMANN *de indigenatu.* Francof. 1676. CAR. FRID. LAV *de iure indigenatus.* Regiom. 1686. CONR. GVIL. STRECKER *de indigenis Germaniae eorumque iuribus.* Erf. 1731. IO. RVD. ENGAV ſ. reſp. IO. ANDR. HOFFMANN *de iuribus indigenarum Germaniae.* Ien. 1747. IO. ANDR. HOFF-

MANN *de indigenis eorumque praerogatiuis*. Marp. 1758.

2) ex infinitis de peregrinitate ſcriptoribus notandi in primis ſunt: IO. SCHILTERVS *de iure peregrinorum*. Ien. 1676. IO. GE. FICHTNER *de iure peregrinorum*. Alt. 1717. ERN. TENZEL *de peregrinis*. Erf. 1723. IER. EV. LINK *de ciuibus et peregrinis* Arg. 1729. IO. PETR DE LVDEWIG *differ. iuris Romani, gallici et germanici in peregrinitate, albinagio atque Wildfangiatu*. Hal. 1735. 8. CAR. FERD. HOMMEL *de vſu hodierno diuiſionis hominum in ciues et peregrinos*. Lipſ. 1750. FRID. WILH. PESTEL *iuſtitia et benignitas legum germanicarum erga peregrinos examinata*. Rint. 1754.

## §. 216.

**Ciuitatis et** *indigenatus ius triplex* **eſt in Germania;** *aliud enim eſt ius ciuitatis in imperio Romano-germanico* 1), *aliud ius ciuitatis* et indigenatus in integro territorio 2); *aliud denique ius ciuitatis in ſingulis ſingulorum territoriorum vrbibus* 3).

1) de hoc indigenatu eiusque effectibus vid. O. C. P. I. t. 3. §. 1. et Cap. nou. a. XII. et XXIV. §. 2. ibi: aus denen, ſo im Reich teutſcher Nation anderer Orten gebohren und erzogen, darinnen nach Standesgebühr angeſeſſen und begütert.

2) quod conſenſu principis expreſſo aut tacito adquiritur v. c. collatione officii. GE. HENR. AYRER *de iure occupandi bona vacantia p. 38. ſq.* cf. e. g. conſt. boruſſ. d. 20. Dec. 1754. wegen der Incolats-Gewinnung in dem Erbherzogth. Schleſien und der Grafſchaft Glatz.

3) Heumanns Geiſt der Geſetze der Teutſchen c. 11. §. 8. p. 129. ſq.

§. 217.

## §. 217.

*Peregrinorum* non adeo dura quidem eſt in Germania *conditio*, ſed ita tamen comparata eſt, vt magna inter indigenas et peregrinos differentia intercedat. Hinc ergo a poſſeſſione bonorum immobilium omnino excluduntur, praeſertim ſi ius ad officia hereditaria prouincialia 1) vel votum et ſeſſionem in comitiis prouincialibus 2) adſpirandi ipſis cohaereat. In conferendis *officiis* 3) maior indigenarum ratio habetur. *Teſtis indigena extero* olim *praeferebatur* 4); praeſertim ſi bona immobilia ſimul poſſideret 5). In concurſu creditorum exteri ſaepius peregrini indigenis poſtponebantur 6), et quae ſunt huius generis alia. In Bohemia hereditatis in capaces ſunt peregrini 7).

1) PÜTTERVS in *elem. iur. publ.* §. *362*.

2) BECMANN *de indigenatu* §. *19. p. 29. ſqq*.

3) quod quidem in plerisque prouinciis Principes ſpecialibus pactis diſerto promiſerunt. Ita de Bauaria hoc teſtantur acta apud LVNIGIVM in collect. von der Landſäſſ. Ritterſch. T. I. p. 481. 580. 581. 585. 654. de Palatinatu ſuperiori ib. T. I. p. 731. de principatu Neoburgico T. I. p. 1127. ſq. de Pomerania ib. II, 296. 714. de ducatibus Slesuicenſi et Holſatico ib. II, 954. 969. 973. 976. 980. 982. de ducatu Cliuenſi I, 1033. ſq. 1052. 1069. de Luſatia I, 870. de principatu Halberſtadienſi I, 1510. de terris brandenb. I, 1578. de ducatu guelpherbytano II, 151.

4) CAR. FRID. WALCHIVS *de teſtis reo paris praeſtantia in iure germanico*. Ien. 1757. 8.

5) IO. CAR. HENR. DREYER *de ceſpitalitatis requiſito in teſtibus habilibus*. Francof. et Lipſ. 1750. 4.

6) LEYSER *ſp. 30. m. 8.* ita in terris Culmbacenſibus in chirographariis debitis indigenis poſtponuntur peregrini. C. C. *Culmb* I, 220. cf. Zell. Stadtr. t. 7. Orths Samml. merkw. Rechtshandel P. I. p. 222. ſq.

7) quod mutatum nouiter, ſi doceant, Bohemos in patria ipſorum ad ſucceſſionem admitti. Böhmiſ. Declarat. und Novellen p. 124. ſq. Badiſche L. O. P. V t. 10. cf etiam ius *lub.* lib. I. t. 2. §. 5 Tyrol. L. R. lib. III t. 23. ref. *francof* P. 6. t. 2. § 2. 3. Maynz. L. R. t. 14. § 12. Eimbeck. ſtat. t. 15. Cell. t. 16. Hadeler L. R P. 2. t. 25. Rhedinger L. R. t. 30. Hamb. Zehnpfennigsordnung §. 4.

## §. 218.

Singularem peregrinitatis effectum ſiſtit *ius Wildfangiatus* 1) in electoratu Palatino rhenano vſitatum. Scilicet habet hoc elector palatinus ex priuilegio a Maximiliano I. 1518. indulto 2), vt peregrini et illegitimi ſubſequentem corporis ſui dominum non habentes, *Wildfangiorum* 3) nomine, in numerum hominum propriorum recipiantur, ſimul ac in Palatinatu vel territoriis vicinis, vbi hoc introductum, domicilium conſtituerunt. Wildfangius autem praefecto electoris, ſoluto floreno [Fahgulden], fidem praeſtat [Dienſtpflicht], annuum cenſum [Leibbeth] ſoluit, et quoad reliqua iura hominis proprii loco omnino cenſetur 4).

1) *Vindiciae ſecundum libertatem imperii quorundam ſtatuum contra Palatinum Wildſangiatum* Mog. 1665. (IO F. BOECKELMANNI) *Iuſtitia cauſae palatinae ſ. defenſio iuris regalis palatini in homines proprios, nec non effrenata conuitiandi audacia ſcriptoris vindiciarum contra Wildfangiatum* 1666 1702 f. HENR. HILDEBRAND *de iure wildfangiatus sereniſſimo electori palatino proprio.* Altorf. 1717 1741. I. F. HERTLING *de regalibus palatinis ſ. de praecipuis ſereniſſ. domus palatinae iuribus, praerogatiuis et praeeminentiis.* (Heidelb. 1734.) § *10 p* 48. *ſqq* IO. PETR. DE LVDEWIG *de peregrinitate, albinagio atque Wildfangiatu.* Hal. 1735. 8. *p* 34 *ſqq.* Pütters Handbuch der teutſchen Staaten p 409. 511. ſq.

2) *Iuſtitia cauſſae palatinae. P. I. c* 3 §. *1.* I. P. M. §. 14. I. P. O. a. 4. §. 6.

3) IO. WOLFG. TEXTORIS *ius publicum ſtatuum imperii.* (Tub. 1701. 4.) *t.* 8. *p.* 463 *ſqq.*

4) Pfälz. L. O. t. 5. p. 57-61. cf. etiam HILDEBRANDVS *l. c. c.* 3 *p.* 30. *ſq. de vſu eius in Pomerania* cf. Dähnerts Pommeriſche Bibl. T. II. p. 110.

## §. 219.

De cetero cum hodie mitiori omnino erga peregrinos iure vtamur, neque etiam quae iure veteri Romano contra eosdem ſancita ſunt, locum hodie facile inueniant: facile eſt ad animaduertendum, peregrinos ad communionem iuris ciuilis eodem cum indigenis iure admittendos eſſe, niſi ipſis lex, obſeruantia, receſſus prouinciales aut ſpecialia principum cum ſubditis pacta obſtare intelligantur 1); quid? quod in cauſſis ipſorum in iudicio di-

diſceptandis magnum adeo legum quarumdam fauorem experiantur 2).

1) frid. wilh. pestel *iuſtitia et benignitat. leg. germ. erga peregr.* §. *10. ſq. p. 29. ſqq.*

2) alicubi enim peculiari ad cauſſas peregrinorum diſceptandas iudicia ſtabilita ſunt, quae Gaſtgerichte, Gaſtrecht nuncupantur; vel certe celeriorem iuſtitiam experiuntur. schottelivs *c. 15. p. 359 ſqq.* greg. andr. schmid *de modo procedendi circa peregrinos.* Alt. 1681. car. henr. möller *de iudicio ſummario peregrinorum.* Roſt. 1733. avg. de balthasar *de iure peregrinorum ſingulari circa proceſſum germ. vulgo in ſenſu eminentiori* Gaſtrecht *appellato.* Gryph. 1742.

## Titvlvs II.

### De ivre retorsionis, albinagii et detractvs.

### §. 220.

Cum Germani non tantum reſpectu exterorum, gentium iure vtantur, atque adeo exacta aequalitate frui debeant, verum etiam ſinguli imperii ſtatus inter ſe omnino aequales ſint: ſequitur, ſi vel externus populus, vel ſtatus adeo imperii quidquam inique in peregrinos conſtituerit, id ipſum, re ita ferente, iuſte 1) retorqueri poſſe, vt quod quisque in alterum ius ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. Haec ergo *retorſio iurium* 2) eſt legitima

gitima iuris erga peregrinos inique conſtituti compenſatio.

1) vide tamen DAN. FRID. HOHEISEL *de retorſione iurium ſtatutariorum variantium nec aequa nec prudente.* Hal. 1725.

2) Vniuerſam de retorſione iurium materiam illuſtratam dederunt: BVRC. BARDILI *de retorſione.* Tub. 1669. GE. AD. STRVVIVS *de vindicta priuata et retorſione iuris iniqui.* Ien. 1678. CHR. WILDVOGEL *de iure retorſionis inter ſtatus imperii.* Ien. 1700. CAR. OTTON. RECHENBERGII *vindiciae iurium reip. et fiſci in doctrina retorſionum.* Lipſ. 1726. SAM. FRID. WILLENBERG *de retorſione iuris.* Gedan. 1736. IO. GOTH. BAVER *de vero fundamento, quo inter ciuitates nititur retorſio iuris.* Lipſ. 1740. CAR. OTTO RECHENBERG progr. *de limitibus iuris retorſionis in Saxonia ſec. conſt. 38. P. 3. conſtituendis.* ib. 1741. IDEM *de bello legum contra leges retorſione ementita metuendo.* ib. 1743.

## §. 221.

Vt autem haec iurium retorſio rite exerceri queat, probandum omnino eſt, exſtare eiusmodi ius erga peregrinos inique conſtitutum 1): quod ſimul ac factum eſt, peregrinus eodem iure cenſetur, quod in nos ſtatuit, niſi reuerſales 2) de non amplius erga nos vtendo iure iniquo proferantur. Inter ſingulas territorii cuiusdam ciuitates, vel ipſa adeo territoria vni principi parentia 3), rarior hodie retorſionis vſus, cum principes, ius ſuum cuique tribuentes, id efficere ſtudeant, vt fa-

cta vnione (§. 70.) priſtina iurium diuerſitas, quoad eius fieri poteſt, proſcribatur 4).

1) WERNHERVS *P 3 obſ. 32.*

2) WERNHER enunc. 227. p. 413.

3) Riccius von Stadtgeſetzen p. 618. ſq.

4) Si ius diuerſum quidem conſtitutum ſit, de odio autem erga peregrinos inde non adpareat; retorſioni locus non videtur. v. c. licet *rigor cambialis* in terris electoratus hannouerani, coburgicis cet introductus non ſit: cum eodem iure ſubditi et peregrini in his terris vtantur: minus recte iudicia ſaxonica aliaque proceſſus cambiales ſubditis hannoueranis, aut coburgicis denegarent, licet hoc defendat ANDR. FLOR. RIVINVS *de praerogatiua creditorum cambialium* (Vit. 1749.) §. 14. Kreitmayer T. I. c. 2. §. 18. p. 55.

§. 222.

Illuſtre huius odii in peregrinos exemplum praebet recteque retorquetur *ius albinagii* ſiue Heimfallsrecht 1) [le droit d'aubaine], quo denotatur ius fiſci, hereditatem peregrini [*herewede* 2), *exuuiae* 3)] quam apud nos reliquit, licet teſtatus moriatur et liberos agnatosque extra territorium habeat, capiendi. Quod ius licet olim multo frequentius eſſet, hodie in Gallia 4) fere et Bohemia (§ 217. n. 7.) ſuperſtes eſt, atque adeo ſi Galli vel Bohemi apud nos moriantur, eorum hereditas fiſco recte vindicatur, et quamquam religionis cauſſa ad nos confugerint 5) aut impetrato officio publico indigenae facti ſunt 6), ipſorum tamen

tamen exuuiae agnatis in Gallia vel Bohemia degentibus nullo modo cedunt 7).

1) IOD. HACKMANN *de albinagii iure.* Arg. 1668. CAR. IOS. GRINSAR *de iure albinagii.* Arg. 1713. FRID. VLR. PESTEL *de vſu practico albinagii, praecipue in controuerſiis imperii publicis.* Rintel. 1718. IAC. AVG. FRANKENSTEIN *de vſu albinagii in Germania.* Erf. 1719. IVST. CHR. DITHMAR *de iure albinagii, praecipue in Germania.* Francof. 1721. in *ſylloge diſſert. p. 160. ſqq.* IO. CHR. SCHVMANN *de iure albinagii.* Friedb. 1729. CHR. RENAT. BRAVN *de vſu iuris albinagii in Pruſſia.* Regiom. 1736.

2) Hannoveriſche Anzeigen 1750. n. 20. HALTAVS *voc.* Herwede.

3) eiusmodi priuilegium circa hereditates peregrinorum, litonum et ſeruorum vrbi Stadenſi annis 1209. et 1259. indultum legitur. ANT. LVD. SEIP *de iure occupandi exuuias defunctorum ex vtroque priuilegio Stadenſi.* Goett. 1748. idem vrbi Luneburgo 1247. Vlyſſeae 1272. Hamelae 1337. et 1407. obtigit. PVFENDORF *T. III. obſ. 14. § 4. 19.*

4) BACQUET *du droit d'Aubeine P. I. c. 1.* originem nominis et rei a Saxonibus ſub Carolo M. in Galliam transportatis deriuat IO. DAV. KOEHLER ſ. reſp. IAC. SHVBACK *de Saxonum transportatione ſub Carolo M* Goett. 1748. *c. 4.* §. 5. *p. 50. ſq.* De cetero in Gallia hodie non niſi indultis a Rege *indigenatus codicillis* (lettres de naturalité) ceſſat. Ita in priuilegio indigenatus Mauricio Comiti Saxoniae collatis, heredes ſcribere ipſi permittitur: *ſans qu'-il leur ſoit fait aucun trouble, ni empechement, ni que nous puiſſions prétendre lesdits biens Nous appartenir par droit d'Aubaine, desherence ou autrement.* cf. Hiſtoire de Maurice Comte de Saxe T. III. (Mittaw. 1752 8.) p. 19.

5) qui magnis ceteroquin priuilegiis exornati. C. C. *March.* P. VI. in adp. et T. II. Vol. I. p. 183. ſq. C. C. *Culmb.* P. II. V. II. p. 627. ſq. meine Anfangsgr. des B. L. Privatr. §. 92. ſqq.

6) cf. GE. HENR. AYRER *de iure occupandi bona vacantia p. 38. ſqq.*

7) Ceterum reditus ex iure albinagii alicubi aerario militum inualidorum aut nouorum (Invaliden- aut Recrutencaſſe) inferuntur C. C. *Cal.* c. 3. p. 181. *Cell.* c. 3. p. 196. ſq. C. C. *marchic.* cont. I. p. 281. SCHEPLITZ conſuet. *March.* P. I. p. 254. Gerſtlachers Würtemb. L. G. lib. I. §. 119.

## §. 223.

Ex eodem fonte *ius detractus* 1), *emigrationis*, *gabellae* ſ. Nachſchoß, Nachſteuer, Abzugsgeld permanat, quo ſignificatur pars bonorum in aliud territorium exportandorum fiſco principis inferenda; quod quidem ius in naturali aequitate fundatum eſt 2), cum aequum omnino ſit, et principiis ſupremae politiae reſpondeat, vt quae in territorio parta ſunt, ibidem remaneant, et aerario publico maximum inde praeiudicium inferatur, ſi quis vniuerſam hanc bonorum ſuorum ſubſtantiam alii territorio addicat.

1) ANT. AFFELMANN *de iure ſ. gabella detractionis.* Roſt. 1622. CHR. SCHWANMANN *de iure emigrationis et detractionis.* Lipſ. 1642. 12. IO. EICHEL *de iure detractionis et emigrationis.* Helmſt. 1656. CHR. PHIL. RICHTER *de iure detractionis.* Ien. 1662 IO. HARTM. RVNKEL *de iure detractus.* Gieſſ. 1664. IAC. ANDR. CRVSIVS *de iure detractionis*

*ctionis et emigrationis* in EIVSDEM *opuſc.* Mind. 1668. 4. IO. FRID. RHETIVS *de ſarcina emigrandi.* Frf. 1673. IO. BRVNSOW *de iure detractionis.* Gryph 1673. DAN. CLASEN *de iure detractionis.* Helmſt. 1677. ERN. FRID. SCHROETER *de gabella detractionis et emigrationis.* Ien. 1678. PETR. SCHVMACHER *de iure detractus.* Baſil. 1680. H. COCCEII *de cenſu emigrationis.* Heidelb. 1681. ANDR. MYLIVS *de cenſu emigrationis.* Lipſ. 1684. H. COCCEII *de iure detractus.* Heidelb. 1687. AL. CAROCIVS *de quota detractionis.* Gryph. 1687. CHR THOMASIVS *de iure detractionis.* Hal. 1709. MELCH. LVBECK *manuale iuris detractionis et emigrationis.* Colon. Brand. 1709.12 IO. IOD. BECK *de iure detractionis, emigrationis et laudemii.* Norib. 1725. IO. THEOD. SCHEFFER *de iure detractus.* Tub. 1730. IO. CHR. PESLER *de bonis nobilium iuri detractus obnoxiis.* Frf. 1743. AVG DE BALTHASAR *de iure detractus, quatenus vſu Pomeraniae obtinet.* Gryph. 1745. CAR. GOTTL. KNORRE *de eo quod iuſtum eſt ſecundum obſeruantiam Cothonienſem circa ius gabellarum.* Hal. 1747. IO. GE. LAMM *de gabella detractionis vel emigrationis.* Vinar. 1748. CAR. OTTO RECHENBERG progr. *quo caſu ius retorſionis et detractus Conſt. El Sax. 38. § 3 permittatur.* Lipſ. 1748. IDEM *de detractionis fundamento in retorſionum doctrina.* Lipſ. 1749. IO. KLEFEKER *de ſtatu priuilegiorum ab Imp. conceſſorum quoad ius collectandi ſtatuum, ſpeciatim quoad ius detractus ſtatuum in genere, et in ſpecie liberae ciuit. Hamb.* Goett. 1753. Joh. Gottl. Fauſt Beweis, daß das Recht der Nachſteuer ein regale ſey. Frankf. 1756. 4.

2) **Heumanns** Geiſt der Geſetze der Teutſchen c. II. § 8 c. 25. §. 11. cf. MEVIVS *P 2. d. 163. P. 7 d. 18.* LVDOLF *P. II. obſ. 189 p 468.* ENGELBRECHT *obſ. 26. 55.* **Cramer**: ob und wiefern das Abzugsgeld, wenn es in einem Ort oder Land bis daher nicht eingeführt, noch erhoben worden, per nouum

 ſta-

ſtatutum eingeführt werden könne? in den Wetzl. Nebenſt. P. 6. p. 1. ſqq.

## §. 224.

Quod ad exercitium iuris detractus attinet, primo quidem *nobiles* 1), profeſſores 2) et clerici *ab eodem immunes* eſſe iubentur. Deinde vero cum *tantum per modum retorſionis exerceatur*; nouiori aetate tantum non omnes Imperii ſtatus cum vicinis et remotioribus adeo Principibus pacti ſunt, vt ſingulorum ſtatuum ſubditis ſolum vertentibus cenſus detractionis aut omnino remittatur, aut certe ſumma tantum mutuis conuentionibus determinata ſoluatur 3). Sin vero tale pactum non exſtat, decima, quinta, quin tertia interdum bonorum pars, donec res definiatur, relinquenda eſt.

1) quod in generali nobilium ab oneribus publicis realibus immunitate fundatum eſt. Riccius vom Landſ. Adel P. II. c. 25. p. 438. ſqq. et PVFENDORF I, 33. 34. vide e. g. de nobilitate *Wurtemb.* LVNIGII Coll. von der Ritterſch. II, 731. 747. 759. de *Marchica* I, 883. *guelpherbyt.* II, 150. 158. Rec. guelph. 1614. §. 4. 1619. §. 30. *hadelenſi* II, 1338. *ſchwerinenſi* II, 442. de *bremenſi* et *verdenſi* I, 180. et priuileg. 13. ſpeciale der Brem. Ritterſch. Anfangsgründe des B. L. Privatr. §. 77. Mecklenb. Landesvergl. §. 350. ſq.

2) vide e. g. de academia Goettingenſi C. C. *Cal.* c. 1. p. 726. C. C. *Cell.* c. 1. p. 746. ſtat. acad. Frideric. Hal. §. 29. LEYSER ſp. 431. m. 4.

3)

3) C.C. *march.* II, 1, 23. Cont. II p. 103. ſqq. Mecklenb. Landesvergl. § 352. MANZELII *ius mecklenb. I,* *11. II, 91. III, 72. 88.* WOELKER *ad reform. noric. I, 272.* Churſächſ L. O. P. 3. C. 38. Orths Anmerk I, 272. ſqq. C. C. *Oldenb.* P IV. p 65. ſqq. p. 104. ſqq. Schaumb. P O. c. 15. p. 177. ſqq. C. C. *Holſat.* T. I. p. 1449. Goth. L. O. P. 2. c. 2. t. 2. Altenb. L. O. P. 2 c. 2. t. 2. ENGELBRECHT *delineat. ſtat. Pomeran. p. 104 ſq.* Zell. Stadtr. p 49. 83. ſqq. reform. *Wetzlar* p. m. 52. Mühlh. ſtat. I, 86. p. 180 *Koch.* collat iur. brem. p. 79 ſq. Baden. L. R. P 6. t. 16 p. 286. ſq. Maynz. Erfurt. Ordn. p. 109. 117. 325. 334. C. C. *Culmb.* I, 277. ſqq. Pfälz. L. O. t. 4. p. 54.

## §. 225.

Detractionis ius de cetero regalibus adnumerandum eſſe, inde ſtatim adparet, quod nemini, niſi principi ius collectandi competat 1); et licet Principes illud ſaepius cum ſubditis communicauerint 2); generale tamen argumentum contra principes pro nobilibus aliisque iudicibus inferioribus inde inferri omnino non poteſt.

1) Fauſt l. c. ENGELBRECHT *obſ. 26. 55.* diſſentit REINHARTH *ad Chriſt. V, 1.*

2) PESLER *l c. §. 5. p. 11. ſq.* MYLII C. C. *March.* T. II. P. I. p. 23. T. V. S. I. p. 12. 32. Magdeb. P. O. c. 56. Lüneb. Stadtr. P. 9. t. 10. ERTEL *de iurisd. inf. P. I. c. 19. obſ. 1.*

# CAPVT III.

## DE DIVISIONIBVS PERSONARVM SECVNDVM NATALES, PRAESERTIM LIBERTATEM.

### §. 226.

Si natalium praerogatiuam et ordinem ſpectaueris, omnes Germani in liberos et ſeruos deſcribuntur 1). *Liberorum* [der Freyen] adpellatio reſpectiua eſt, et deſignat (a) perſonas militares, miniſterii conditioni non obnoxias 2) (b) eos, qui cingulo militari ornati erant, in quorum oppoſitione reliquae militares perſonae ſerui ſaepius adpellabantur 3); (c) omnes perſonas imperio herili non ſubiectas 4), quae vltima denominatio eſt frequentior ſollemniorque.

1) hinc recte gloſſa ad I. P. S. I. 51. es ſind ſonſt keine andere Leute in der Welt als eigen und Freyen. cf. CHR. WOLFIVS in *horis ſubſeciuis marp. trim. vern. 1730. ſp. 2.*

2) PFEFFINGERVS in *Vitriario illuſtrato T. II. p. 760.* IO. AD. KOPPIVS *de inſigni differentia inter comites S. R. I. et nobiles immediatos ſ. 1. §. 15. p. 67. ſqq.* Strubens Nebenſt. T. IV. p. 370. ſq. Scheid vom Adel p. 265.

3) Scheid l. c. p. 62. 63. Interdum liberi ſ. Freyherren dicuntur ratione libertatis a ſubiectione erga ſtatus imperii. KOPPIVS *l. c. §. 21 p. 136.* GE. LVD. BOEHMERI diſſ. *de impari matrimonio §. 8. p. 22 ſq.*

4)

4) libellus meus *de iuribus ex ſtatu ingenuorum in Germania pendentibus.* (Goett. 1756. 4.) *c 1.* §. *2 p 4.* cf. etiam PAVLL. HACHENBERGII *Germania media* diſſ. II. *p. 18. ſqq.* et GE. DAV. ALAND *de ſtatu hominum apud veteres Germanos* diſſ. I. Lipſ. 1745. II. 1747.

## §. 227.

Ipſi vero homines liberi, imperio herili haud obnoxii, denuo duplicis erant generis. Aut enim libertas iure natiuitatis ipſis competebat a parentibus vtriusque lineae primi et ſecundi gradus 1), libertate non data ſed ingenita fruentibus; aut manumiſſione eamdem impetrauerant. Illi vocabantur *ingenui* 2), hi vero *libertini* ſ. Mittelfreye 3). Ingenui ſ. Freygebohrne porro quod inter ſynodales homines et ſcabinos ſoli legebantur, Semperfreye 4) i. e. Sendbarfreye et Schöppenbarfreye 5) adpellabantur; quid? quod ipſa adpellatio der Höchſtfreyen 6) ipſis collata eſſe legitur.

1) I. P. S. I, 51. I. P. A. c. 49. cit. libellus meus *c. 1.* §. *3. 25.* GE. LVD. BOEHMERI progr. *de ingenuorum natalium probatione.* Goett. 1761. §. 1-5.

2) interdum ingenuus dicebatur ex ſeruitute manumiſſus, hinc codicilli manumiſſionis *chartae ingenuitatis* vocabantur. Scheid l. c. p. 25. CAR. FERD. HOMMELIVS *de particula* von *noſtris temporibus nobilitatis charactere* in EIVSDEM *oblectam. iur. feodal. p. 55 ſqq.*

3) interdum Mittelfreye dicebantur a miniſterialium conditione liberati. SCHEIDIVS in *praefat. mantiſſ.*

*tiſſ. docum. libri de nobilit.* ge. lvd. boehmer *de impari matrim.* §. *7. p. 19. ſq.*

4) I. P. S. I, 2. schilter ad I. F. A. *c. 1.* §. *18. p. 35.*

5) I. P. S. I, 51. gloſſa ad I. P. S. II, 12. boehmer *cit. diſſ.* §. *6. p. 18. ſq.*

6) Ita enim I. P. A. c. 49. ait: ingenuus das ſpricht in Latein der Höchſtfrey, und libertinus Mittelfrey. I. P. S. III, 51.

## §. 228.

*Ingenuorum* ergo *nomine non* ii tantum, quos *nobiles* hodie dicimus 1), quique in medio aeuo militarium adpellatione continentur, *inſignes* ſunt, *verum etiam ciues ſ. burgenſes* 2) eodem ingenuitatis honore vſi ſunt; quid? quod *etiam magna ruſticorum pars* 3) eadem natalium ingenuorum praerogatiua ornata fuerit.

1) diſſentit io. ge. cramervs *de iurib. et praerog. nobilit. auitae c. 2.* §. *7. not. h.* ſed vid. cit. tract. c. 1. §. 5. p. 13. et boehmervs *de ingenuorum natalium probatione* §. *7. p. 9. ſqq.*

2) Burgenſes ingenuos fuiſſe demonſtraui *c. l. c. 1.* §. *6-19. p. 16-53.* cf. orthivs T. V. der Anmerk. p. 1208. ſqq.

3) Ruſticorum etiam quam plurimorum ſtatum ingenuitatis vindicaui *c. l. c. 1.* §. *20-24. p. 53-68.*

## §. 229.

Quod ad *iura ingenuorum* attinet, ea quidem admodum inſignia olim fuerunt 1). Solus

lus enim ingenuus miles 2), et feudorum 3) iuriſque armorum 4) capax. Ad honores, ſcabinatus 5) iudiciaque non niſi ingenui vocabantur; nec opificum mercatorumque collegiis 6) quis, niſi probata ingenuitate adſcribebatur. Ingenuus teſtis erat aduerſus ingenuum 7), nec inter ingenuos diſparagium contrahitur, licet matrimonium ob ordinis diuerſitatem ratione ſtatus inaequale, quod infra probabimus, adpelletur.

1) de quibus integra Sect. II. citati libelli vberius expoſui.

2) HACHENBERGII *Germ. media diſſ. II. §. 3.* LVD. HVGO *de ſtatu region. Germ. c. 4. §. 22.*

3) *vet. auct. de benef. c. 1. §. 4. I. F. S. c. 1. §. 4.*

4) IO. GE. CRAMERVS *l. c. p. 395.* d. mea *de reliquiis iuris manuarii in iure publ. et priuato germ.* (Goett. 1760.) *§. 3. p 5. ſqq.* Dreyers Abh. T. III. p. 1256. ſqq.

5) GRVPENIVS in obſ. von dem Landting und Landtinggerichten p. 706. ſqq. Strubens Nebenſt. T. III. p. 131. ſqq. Dreyer l. c. p. 1152. ſqq.

6) quod contra CRAMERVM *p. 79.* deduxi *l. c. p. 140. ſqq.*

7) cf. etiam CAR. FRID. WALCHIVS *de teſtis reo paris praeſtantia in iure germ.* Ien. 1757. 8.

## §. 230.

Iam cum ingenui denuo vel nobilitatis eiusdemque vel ſuperioris vel inferioris praerogatiua praefulgeant, vel in nuda ingenuitatis adpellatione ſubſiſtant, quos burgenſes vel ru-

ſticos adpellamus; ſingulorum autem iura et conditio admodum differat: nominatim nunc de ſingulis, nobilibus nempe, burgenſibus et ruſticis agamus. Quae enim de ſeruis ſ. hominibus propriis dicenda ſunt, libro II. vbi de iuribus perſonarum in ſtatu domeſtico tradendum eſt, melioris ordinis cauſſa, reſeruabimus 1).

1) cf. anonymi Gedanken von dem Urſprung und Unterſchied des adelichen, Bürger- und Baurenſtandes in Teutſchland. Cölln 1710. 4.

# CAPVT IV.

## DE NOBILIBVS, EORVM ORIGINE, DIVISIONIBVS ET IVRIBVS.

## SECTIO I.

### DE NOBILITATE SVPERIORI, SIVE ILLVSTRIBVS, ET DYNASTIS.

§. 231.

Quod ergo primum ad nobiles 1) attinet, ante omnia de vera nobilitatis definitione laborandum eſt. In ſenſu ideo grammatico nobilem dicimus 2) virum virtute conſpicuum; in ſenſu iuris autem nobilitas 3) eſt prae-

praerogatiua ciuilis hereditaria, qua quis praeeminentiam prae reliquis ordinibus in republica nanciſcitur.

1) ad vniuerſam de nobilitate germanica doctrinam ex fontibus ſuis cognoſcendam vnice commendandum eſt egregium opus: IO. CHR. LVNIGII collectio noua von der mittelbaren oder landſäßigen Ritterſchaft. Leipz. 1730. T. II. f.

2) Scheid §. 3. p. 7. ſq.

3) Ex ſcriptoribus de nobilitate potiſſimum notandi: VLR. AB EYBEN *de titulo nobilis.* Helmſt. 1671. 1677. et in *operib* (Arg. 1708. f.) T. I. IOS. NOLDEN *de ſtatu nobilium ciuili.* Gieſſ. 1621. 1623. 8. ERN. FRID. SCHRÖTER *de nobilitate.* Ien. 1651. ER. MAVRICIVS *de nobilitate germanica.* Kil. 1660. in *opuſc. p. 337. ſqq.* GOTH. DE PESCHWITZ *de iure et priuilegiis nobilium.* Ien. 1662. 1740. 8. ERN. FRID. SCHRÖTER *de ciuili nobilium ſtatu, eorumque iure ac priuilegiis.* Ien. 1667. Mich. Praun adeliches Europa, und noch viel edleres Teutſchland. Speyer 1685. ANT. MATTHAEVS *de nobilitate, ducibus, Principibus.* Amſt. 1685. SAM. STRYK *de iure illuſtrium et nobilium communi.* Vit. 1691. HENR. BODINVS *de iure nobilitatis et vera ingenuitate.* Hal. 1704. IO. GE. SCHERZ *de nobilitate.* Arg. 1709. DAV. GE. STRVBII diſſ. *de origine nobilitatis germanicae et praecipuis quibusdam eius iuribus;* habita praeſide GERH. NOODTIO. Lugd. 1718. rec. Ien. 1745. 4. IO. W. GOEBEL *de ſtatu nobilitatis germanicae.* Helmſt. 1719. (SAM. LVCII) Bericht vom Adel. Frankf. 1721. 4. CAR. GOTTL. KNORRII diſſ. *de nobilitate adoptiua.* Hal. 1721. POL. LEYSER *de differentia nobilium medii et hodierni aeui.* Helmſt. 1727. MATTH. DE SCHVLENBVRG *de priuilegiis ac praerogatiuis nobilium mediatorum in Germania.* Gieſſ. 1733. Francof. 1749. 1756. IO. THEOD. SCHEFFER *de iure natalium*

*talium nobilium Germaniae.* Tub. 1733. CHR. GOTTL. RICCII zuverläßiger Entwurf von dem landſäßigen Adel in Teutſchland Nürnb. 1735. IO. GE. CRAMER *de iuribus ac praerogatiuis nobilitatis auitae eiusque probatione.* Lipſ. 1739. HENR. CHR. SENKENBERG *delectus florum ex iure nobilitatis Germanicae.* Gieſſ. 1743. Dav. Ge. Strube von dem Urſprung und Vorrechten des alten niedern teutſchen Adels. *T. III.* der Nebenſt. *p. 489.* (395.) *ſqq.* IDEM von dem wahren Alter des niedern teutſchen Adels *ib. T. IV. p. 436. ſqq.* J. Mich. von Loen vom Adel. Ulm 1752. 8. J. F. Pauli Einleitung in die Kenntniß des teutſchen hohen und niedern Adels. Halle 1753. 8. Chr. Lud. Scheids hiſtoriſche und diplomatiſche Nachrichten vom hohen und niedern Adel in Teutſchland. Hannov. 1754. 4.

## §. 232.

Qui ad ſuperiorem nobilitatem referuntur, et ordinem principum natalibus reſpondentem habent [eine Fürſtenmäßige Geburt]: generali *illuſtrium* nomine deſignantur; quae nominandi ratio ex Oriente 1) ad nos translata olim promiſcue adhibita 2) ſenſim tamen adeo exiſtimatione creuit, vt ſoli ſuperiori nobilitati ſuperiori, ſi ſtilum cancellariae publicum ſpectaueris, haeſiſſe intelligatur 3).

1) IAC. GVTHERIVS *de officiis domus auguſtae* (ex edit. Lipſ. 1672. 8.) *p. 19. 38. ſq.*

2) olim titulus nobilium ipſis per eminentiam tribuebatur. C. G. BVDERI *amoenit. iur. feud. p. 100. ſqq.* Scheid §. 10. *not. m. p. 68. ſq.*

3)

5) GE. FELTMANN *de titulis honorum* (Brem. 1691. 8.) *lib. I. c. 52. §. 11. 12. p. 276.* KOPPIVS *de inſ. differ. ſ. 3. §. 1. ſq. p. 226. ſqq.*

## §. 233.

Vltimum olim locum inter nobiles ſuperiores occuparunt viri nobiles, quos *dynaſtas*, *barones imperii* aut liberos dominos per eminentiam dixit media aetas. Omnes hi dynaſtae erant immediati, natales habebant principibus pares [ſie waren Fürſtenmäßig, Herrenſtandes], licet principum elogio non ſemper efferrentur 1). *Haec omnis dynaſtarum familia hodie ceſſat* 2), cum antiquae dynaſtarum familiae aut penitus exſtinctae, aut Ducum, Principum Comitumque elogio ornatae ſint, aut quae non ſatis eſſent potentes, principibus ſubiectae eſſe commemorentur. *Quos ergo hodiernum aeuum barones* 3), *dynaſtas, S. R. I. liberos dominos* 4) *vel barones adpellat:* ii quidem *omnes ad nobilitatem inferiorem pertinent* 5), nec veram ſolidamque ordinis praerogatiuam, impetrato hoc titulo, nanciſcuntur.

1) KOPPIVS *l. c. ſ. 1. §. 21. ſq. p. 115. ſqq.* Scheid §. *18. not. e. p. 142. ſq.* IO. GE. CRAMER *l. c. c. 2. §. 7. p. 73.*

2) IO. GE. ESTOR *de odio erga matrimonia imperia c. 6. §. 77.* Scheid §. *2. not. 9. p. 5. ſq.*

3) de prima huius vocis ſignificatione videndus SCHEIDIVS *p. 195. ſqq.* IO. SAM. STRYK *de iure baronum.* Hal. 1696.

4) AD. FRID. GLAFEY *de titulo domini atque baronis.* Tub. 1716. F. C. MOSERI *commentarius de titulo Domini moribus aeui accommodatus.* Lipſ. 1751.

5) Joh. Ge. Eſtor von dem Unterſcheid der heutigen Freyherren, ſodann der Edlen und Ritter, auch dem Titel von und zu; in den kleinen Schriften *T. I. p. 844. ſqq.* IDEM *de ſtatu et dignitate, item differentia veterum dynaſtarum imperii et hodiernorum nobilium;* in OETTERI Hiſtor. Biblioth. *T. I.* (Nürnb. 1752 8.) *p. 363-372.*

## Sectio II.

### De nobilitate inferiori, eius diviſionibus et iuribus.

## Titulus I.

### De origine nobilitatis inferioris et servitiis militaribus sive equeſtribus.

### §. 234.

Origo nobilitatis inferioris optime ex priſtino rei militaris germanicae ſtatu deriuatur 1). Omnes olim ingenui in Germania ad militiam Principi obligabantur 2), quod quum ſuis quisque ſumtibus praeſtare deberet, ſiue feuda quis poſſideret, ſiue mera allodia: ſenſim burgenſes et ruſtici ingenui, opifi-

opificiis, mercaturae reique agrariae vnice operam dantes a militia receſſerunt; quo facto ii tantum qui praedia poſſidebant, quibus ſumtus militares facerent, militiam ſequuti, et per eminentiam *militares* 3) [Ritterbürtige, Rittermäßige] dicti, paulatim ſeparatum a reliquis ingenuis perſonarum ordinem conſtituere coeperunt, et cum haec ipſa militia ipſis multum auctoritatis tribueret, beneficiis eccleſiaſticis ſaepius augerentur; matrimonia non niſi cum militaribus inirent; ad ludos equeſtres feudaque potiſſima ipſis aditus fere vnice pateret: res eorum ita auctae ſunt, vt priuatim primo 4) ſaeculis XIII. et XIV. nobilium elogio ornarentur, praeſertim cum illuſtres maiores ſibi titulos tribuerent; et ſaeculis XV. et XVI. tandem ex ipſa adeo Caeſaris et Principum cancellaria eumdem nobilitatis titulum, tamquam debitum hereditariae quaſi militaris gloriae praemium reportarent; quod ipſum inde potiſſimum adparet, quod ſolis his gentibus militaribus, absque codicillis imperialibus nobilitas contigerit, quae aliis familiis non militaribus imperiali demum priuilegio collata eſt.

1) BERNH. CLEM. METTINGH *ſtatus militiae germanorum principalis et acceſſoriae veteris et medii aeui.* Alton. 1742. 4. IO. PAVL. HANF *de vario apud Germanos militiae ſtatu.* Altorf. 1748. GE. LVD. BOEHMER *de iuribus ex ſtatu militari Germanorum pendentibus.* Goett. 1749. 1750. F. W. SCHEREL *de vera nobilitatis inferioris origine contra communem opinionem.* Lipſ. 1761.

2)

2) BOEHMER *cit. diſſ. c.* 1. §. 4. 6. 10. c. mea *de iurib. ingen. c.* 2. §. 28. 29. 30. *p.* 80. *ſqq.*

3) Scheid §. 11. p. 144.

4) STRVBE *de origine ac progreſſu ordinis equeſtris in germ.* §. 9. *ſqq. p.* 26. *ſqq.* EIVSDEM Nebenſt. *T. III. p.* 489. *ſqq.* Scheid §. 18. *p.* 135. *ſqq.* SENKENBERG *de iure nobilit. Germ. p.* 6. Riccius *P. I. c.* 39. §. 1-6.

## §. 235.

Haec ipſa tamen, quae nobiles praeſtabant, *ſeruitia militaria*, *cum mercenaria opera militis conducti*, quo hodie vtimur, *nullatenus commiſcenda* ſunt. Nobiles enim non pro arbitrio conſcribebantur, ſed requiſito vtplurimum ipſorum ad bellum iuſtum conſenſu, praeſertim ſi de ſalute ipſius territorii ageretur 1).

1) curate haec oſtendit STRVBIVS von dem Unterſcheid zwiſchen den ehemaligen ritterlichen Lehndienſten und heutigen Reuterdienſten. *T. I.* der Nebenſt. *p.* 414-494. Meine Anfangsgr. des B. L. Privatr. §. 151. ſqq. C. U. Grupen von den edlen Gleven als dem Fuß des Anſatzes in den Reichsmatriculn. in obſeruat. rerum et antiqu. germ. T. I. p. 355. ſqq.

## §. 236.

Iam quilibet homo militari genere ortus initia militiae a munere *armigeri* ſ. *ſcutiferi* [Schildträger, Wapene] ſubeundo capeſſebat

bat

bat 1), et inde *famuli*, Knapen 2), Knechte, *domicelli* 3) ſ. Junkern et *ſerui* adeo nominabantur, (habebat autem quilibet miles duo armigeros) donec tirocinio poſito, editoque virtutis bellicae ſpecimine, *cingulo militari* 4) ornarentur, quo facto *milites* 5) ſ. Ritter et *domini* dicebantur, quam dignitatem militarem ipſi adeo reges et Principes 6) edito virtutis ſuae ſpecimine, ambiebant. De cetero hic capeſſendi cinguli militaris ritus ab initiis ſaeculi XIII. ad medium ſaeculum XVI. perdurauit, quo tempore militia perpetua penitus ordinata priſtinum belli gerendi morem prorſus immutauit.

1) Riccius P. I. c. 38.

2) in vita Gothofredi a Berlichingen ineunte adhuc ſaeculo XVI. Buben adpellantur.

3) Scheid in den Anmerk. über Moſers Braunſchw. Lüneb. Staatsrecht §. 13. p. 24. ſq. et in praefat. p. 31.

4) IVST. CHRIST. DITHMAR *de cingulo militari.*

5) ANT. MATTHAEVS *de nobilitate lib. IV. c. 13.* ESTOR *de miniſterial.* §. *373. ſqq.* IO. GE. CRAMERVS *p. 296. ſqq.*

6) Scheid vom Adel p. 53. ſq. C. G. Schwarzens Erläuterung des acad. problematis vom Erzſchildherrnamt. Altorf 1739.

## §. 237.

Nobilis ſi decem glaiuas virorum militarium [zehen Helme oder Spieſſe wohl erzeugter Leute] in hoſtem educere poterat, et ipſe quo-

 que

que militis dignitate iam ornatus erat, ſollemni ritu vexillum ipſi a duce tradebatur, ipſeque hoc pacta *vexillarius* 1), *vexillifer*, *bannerius* [Bannerherr, edler Bannerherr] renunciabatur 2), quae tamen dignitas illuſtribus fere propria perſonalis erat, et a quolibet, qui illuc adſpirabat, de nouo adquirenda. Mutata autem belli germanici ratione haec banneriorum dignitas ipſa quoque exſpirauit. Iam quamquam *hodie* quibusdam familiis nobilibus *nobilium banerii dominorum elogium* [des H. R. R. edle Bannerherren] imperiali codicillo *hereditario iure conferatur: nihil* tamen illa *cum priſtino* vexillariorum axiomate *commune habet*, nec quidquam praeter titulum nobilis familia inde lucratur 3).

1) CHR. WILDVOGEL *de iure vexillorum*. Ien. 1697. IO. MICH. WEINRICH *de vexillis et vexilliferis*. Erf. 1710. NIC. HIER. GVNDLING *de feudis vexilli*. Hall. 1715. §. 20.

2) CAR. DU FRESNE in *diſſ. ad Joinvillam* apud PISTORIVM in *amoenit. hiſt. iurid. T. V. p. 1358.* SCHEIDIVS §. *18. p. 141. ſqq.*

3) SCHEIDIVS in *praefat. ad mantiſſam p. 26. ſq.*

## §. 238.

*Introducto milite perpetuo* Principes ſeruitiis militaribus nobilium et vaſallorum non amplius opus habebant; ſicuti etiam *mutato aulae ſtatu priſtina ſeruitia aulica* 1) *et iudiciaria* [Hof- Ehren- und Gerichtsdienſte] *non amplius*

*plius exigebantur.* Ne tamen priſtinae obligationis memoria penitus aboleretur: nouiori adhuc aetate 2) interdum nobiles vaſallique ad ſeruitia haec militaria [Ritter- und Roß-dienſt] et feudalia 3), re ita ferente, conuocati eſſe leguntur. In plerisque tamen territoriis receſſibus prouincialibus, pactis, vel vſu et obſeruantia res eo deuenit, vt nobiles vaſallique loco priſtinorum ſeruitiorum, pro modo praediorum, certum *equorum militarium* 4) [Ritterpferde] vel *feudalium* [Lehenpferde] numerum, vel determinatam pecuniae quantitatem 5) praeſtarent, licet haec *operarum equeſtrium adaeratio* 6) inuitis nobilibus vaſallisque non omnino fieri poſſe videatur.

1) interim *adhuc hodie nobiles ad ſeruitia aulica* in ſollemni curia, nuptiarum, exſequiarum adparatu aliisque occaſionibus, *licet raro, conuocantur.* F. C. von Moſer Hofrecht *T. I. p. 206. ſqq. p. 402. 481. 557. 651.* quod tamen recte a nexu feudali deriuat laudatiſſimus MOSERVS *T. II. p. 172.* vide e. g. J. D. Köhler von den Erblandhofämtern des H. Braunſchw. und Lüneb. p. 23. ſqq. et IO. GE. CRAMER *de iure principum ac procerum Germaniae ſeruitia aulica a vaſallis nobilibus exigendi.* Lipſ. 1744.

2) vide e. g. quae dixi in elem. iuris brunſuic. §. 153. Ita D. Auguſtus Willielmus ſibi arbitrariam ſeruitiorum equeſtrium praeſtationem adhuc reſeruauit in der Confirmation der Landesprivilegien §. 64. LEYSER ad WISMANNVM *de feudis brunſu. luneb.* §. 36.



3)

3) ANDR. KOHL *de ſeruitiis feudalibus et ſubfeudis*. Vit. 1609. Frf. 1722. CHR. BESOLD *de ſeruitiis vaſallorum*. Tub. 1626. PAVL. FRANC. ROMANVS *de ſeruitiis feudalibus*. Lipſ. 1674. SAM. STRYK *de immunitate a ſeruitiis feudalibus*. Francof. 1690. H. HILDEBRAND *de denegatione ſeruitiorum feudalium*. Alt. 1700. MARC. RHODIVS *de ſeruitiis feudalibus vaſallorum Pomeraniae orientalis*. Frf. 1706. GE. ENGELBRECHT *de ſeruitiis vaſallorum militaribus*. Helmſt. 1706. ANONVMI Gründlicher Beweis, daß ein Fürſt die Ritterdienſte in vorigen Stand ſetzen müſſe. 1719. CHR. WILDVOGEL *de ſeruitiis feudalibus ex allodio praeſtandis*. Ien. 1723. MICH. HENR. REINHARD *de herislitio ſ. denegatione ſeruitiorum militarium*. Ien. 1752.

4) HENR. HILDEBRAND *de equo ſequelae et ad alia ſeruitia deſtinato et de equo equeſtri et feudali*. Altorf. 1718.

5) IO. STRAVCH *de hoſtenditiis*. Ien. 1671. *T. III. opuſc. p. 374. ſqq.* H. COCCEII *de adoha*. Frf. 1681. IO. DAV. LÜDEKE *de adaeratione operarum equeſtrium*. Alt. 1708. Rechtliches Gutachten wegen der Lehnsvererbung und jährlicher Bezahlung der Ritterpferde. Berlin 1718. SINCERI VERIDICI i. e. MATTH. IO. DE BEEHR Betrachtungen über ein —— rechtliches Gutachten wegen der Lehensvererbung und jährlicher Bezahlung der Ritterpferde. Ulm 1721. IO. NIC. PELE *de oneris feudalis ſeruitiorumque militarium aeſtimatione, indeque fluente ſubſidiaria vaſallorum militum domino directo debita praeſtatione*. Roſt. 1752.

6) hinc in multis prouinciis pacta nobilium Principumque ſuper ſeruitiis militaribus vel adaeratione eorum celebrata. vide e. g. de *Sileſia* LÜNIGII *corp. iur. feud. germ. II, 248. III, 315. ſq.* de *Palatinatu ſuperiori* II, 542. de *Saxonia* II, 583. 593. de ducatu *Magdeb.* II, 975. *Cliuenſi* et *comit. Marcano* II, 1025. *Pomerania* II, 1114. ſq.

1475.

1475. ſq. *Wurtembergia* II, 1662. III, 894. ducatu *Gothano* III, 923. *Coburgico* III, 925. de terris *Culmbacenſ.* III, 1001. 1007. de *Luſatia* ſuperiori II, 625. de vniuerſis terris *Brandenb.* II, 841. ſq. et C. C. *March.* II, 2. p. 176. ſq. de ducatu *Vinarienſi* LÜNIGII Coll. von der Landſ. Ritterſch II, 33. *Altenburgico* II, 34. *Holſatia* II, 837. 1015. *Sleſuicenſi* ducatu et inſula *Femaria* II, 931. ſqq. Mecklenb. Erblandsvergl. §. 7. 469. de terris *Brunſuico-Luneb.* vide elementa mea §. *151. ſqq.* §. *591.* et WISMANN *de feudis B. L. c. 2. ſ. 2. p. 49. ſq.* Pfälz H. G. O. *t. 27.* L. O. *t. 15.* et LÜNIGII *corp. iur. feud. II, 1319.* Reſcr. Maurit. Landgr. *Haſſ.* d. 17. Mai. 1622. Wilhelm. Oct. 1651.

## TITVLVS II.

### DE MODIS NOBILITATEM ADQVIRENDI ET AMITTENDI.

### §. 239.

Quod ad *adquiſitionem nobilitatis* primo attinet, *contigit* illa vel *natiuitate* vel *priuilegio.* Naſcitur ergo nobilis, qui ex matrimonio haud inaequali patris nobilis procreatus eſt; quae *nobilitas* cum ad totam gentem tranſeat, *gentilitia* inde vocatur ſ. der Geſchlechtsadel. Si pater matrimonium ratione ſtatus inaequale [eine unſtandesmäßige Heirath] contraxit, liberi quidem nobiles per patrem naſcuntur, non tamen iuribus nobilitatis auitae fruuntur; quod infra pluribus demonſtrabitur 1). Sin vero mater nobilis patri ignobili

bili nupſit, liberi haudquaquam nobiles redduntur, cum vxor ſemper dignitatem mariti participet, neque adeo nobilitatem, cui per matrimonium renunciauit, cum liberis communicare poſſit, vt adeo haec nobilitas, quam den Kunkeladel 2) vocant, omni iuris analogiae repugnet.

1) progr. meum *de renouatione nobilitatis.* Goett. 1757. §. *1. 2.*

2) NIC. HIER. GVNDLINGII diſſ. *an nobilitet venter.* Hal. 1718. IO. PETR. DE LVDEWIG *diſſ. iur. Rom. et germ: de dignitate vxoris ſ.* vom Kunkeladel. ib. 1718.

## §. 240.

Iam quamquam haec nobilitas gentilitia ſit ius hereditarium ad poſteros transferendum, numquam tamen a priuato cum aliis communicari poteſt; atque adeo nec *ceſſione* 1) nec *adoptione* 2) in perſonam ignobilem conferri poteſt, niſi conſenſus Imperatoris aut Principis ius nobilitandi exercentis accedat.

1) SAM. STRYK *de iuribus non ceſſibilibus c. IV.* §. *4. 6. ſq.*

2) CAR. GOTTL. KNORRE *diſſ. iur. Rom. et Germ. in nobilitate adoptiua.* Hal. 1721. 1745. SENKENBERG §. *2. p. 5.*

## §. 241.

Si nobilitas gentilitia aliquot generationibus per matrimonia ratione ſtatus aequalia con-

continuata eſt, atque adeo poſteri maiores ex vtroque latere nobiles probare poſſunt: *nobilitas* dicitur *auita* 1), [der alte Geſchlechtsadel] quae vero priuilegio nouiter adquiſita eſt, *codicillaris*, *diplomatica* ſ. Briefadel adpellatur. Iam ſi quis eum maiorum nobilium numerum habeat, qui ad receptionem in capitula, torneamenta vel comitia prouincialia ordinesque equeſtres requiritur: pro rei diuerſitate nobilis, Stiftsmäßiger, Turniergenoſſe cet. nuncupatur: cuius probatio IV, VIII, XVI vel XXXII. imagines complecti ſolet 2).

1) IO. GE. CRAMER *l. c. c. 1. §. 4. p. 8. ſqq.*
2) Rud. Friedr. Telgmann von der Ahnenzahl. Hann. 1733. 4.

## §. 242.

Si adquiſitionem nobilitatis, quae natalibus haud contigit, ſpectaueris: ea quidem beneficio Principis, iure nobilitandi inſtructi 1), contingit. In Germania quidem ſolus *Imperator fons omnis nobilitatis*, nec quisquam ſtatuum imperii, qua talium, nobilitatem conferre poteſt, niſi forte comitiua maiori ab Imperatore exornatus fuerit; cum hoc ius hodiedum reſeruatis Imperatoris accenſeatur. Neque tamen hoc nobilitatis indulgendae ius in fraudem ſtatuum 2), capitulorumque exerceri poteſt 3), quo fit, vt *ius* IV. VIII. cet. *imaginum ſ. maiorum* quod recens nobilitatis

per fictionem tribuitur, effectu vtplurimum deſtituatur, cum ſtatuta capitulorum cet. maiores nobiles non fictos, ſed vera nobilitate conſpicuos ſupponant.

1) VLR. AB EYBEN *de poteſtate electorum et principum imperii circa ius nobilitatis ſubditis ſuis conferendi.* Helmſt. 1677. IO. VOLCM. BECHMANN *de iure dignitates conferendi in imperio* Ien. 1686. I. F. TROPPANEGGER *de poteſtate electorum et principum imperii circa ius nobilitatem ſubditis ſuis conferendi.* Lipſ. 1707. IO. HEVMANNI obſ. *de reſeruato Imperatoris dignitates largiendi ad illuſtr. Cap. nou. a. 22. §. 1-6.* in *exercit. iur. vniu. T. I.* (Altorf. 1749. 4.) *p. 102-163.*

2) Cap. nou. a. 10. §. 2. a. 14. §. 1. a. 22. §. 1. ſq. BECK *ſpec. II. iur. publ. auſtr. p. 188.*

3) Telgmann *c. 2. §. 15. ſqq. p. 82. ſqq.* PÜTTERVS in *elem. iur. publ. §. 348. ſqq. p. 384. ſqq.*

## §. 243.

*Origines huius nobilitatis codicillaris* non adeo expeditae ſunt. Equidem ante Caroli IV. aetatem nobilitatem inferiorem priuilegiis Imperatorum indultam eſſe negauerim 1), cum hac demum aetate militares perſonae nobilis titulum publice ſortitae ſint (§. 232.), et quae antiquiora eam in rem exempla producuntur, ea quidem omnia vel chartas miniſterialium conditionem et effectus tollentes, nobilitatem ante iam habitam ſupponant, vel perſonale tantum ius, cingulum militare ambiendi, tribuant iis, quorum maiores militares non fuerant 2).

1) diſſentiunt: IO. CHR. DE LEIPZIGER in diſſ. *de originibus nobilitatis diplomaticae.* Vit. 1738. et J. F. Joachim in der Unterſuchung, zu welcher Zeit die Adelbriefe im T. Reiche aufgekommen; in der Samml. verm. Anmerk. *P. I. p. 113. ſqq.*

2) ad antiquiſſimos codicillos huius generis refero qui proſtant in AD. FRID. GLAFEY *anecdotis.* (Dresd. 1734. 8.) *p. 24. p. 177.* et alibi paſſim.

## §. 244.

Hi codicilli imperiales nobilitatis priuilegia plerumque hereditario iure conferunt, quae ſi vel omnia vel ex parte ad certum tempus tantum aut ad dies vitae adeo concedantur, *perſonalis nobilitas* inde oritur; quae tamen pro vera nobilitate vix habenda eſt 1), cum potiora nobilitatis iura v. c. ius inſignium cet. non tribuat, ſed tantum eumdem ordinis gradum [den Rang mit dem Adel] conferre videatur, atque adeo eiusmodi officiales nobilibus ratione iurium quorumdam tantum aequiparentur. *Oritur* haec perſonalis nobilitas vel *ex ſpeciali priuilegio* 2), vel ſi quis in aula Imperatoris 3), vel principum *officio nobili* 4) vel certe *dignitate conſiliarii* 5) augeatur.

1) diſſ. H. COCCEII *de poteſtate ſtatuum imperii circa dignitates c. 2. §. 9. ſqq.* LEYSER *ſp. 664. m. 5.*

2) exemplum *ſenatus Stralſundenſis* exhibet ENGELBRECHT in *delineat. ſtat. Pomeran. ſueth. p. 83. 85.* idem priuilegium ſenatui *Rigenſi* (Webers veränd.

änd. Rußland T. I. p. 374. ſq.) competit, et nuper ſenatui quoque *Olomucenſi* conferri meminimus.

3) hinc v. c. *aſſeſſores camerae imperialis*, tamquam nati Imperatoris conſiliarii hac praerogatiua vtuntur.

4) C. A. BECK *de paribus reip. miniſtri et vaſalli iuribus* §. *16.* IDEM *de vera indole feudi et officii nobilis* §. *31. 33.* Moſers Hofrecht T. II. p. 238. ſqq.

5) *ord. polit. de 1530. t. 14* §. *2.* Und ſo einer eines Fürſten Hofmeiſter, Canzler, Marſchall oder Rath, und doch nicht von Adel wäre, der mag ſich denen von Adel gleich tragen *ord. polit. de 1548. t. 11.* Gothaiſche P. O. p. 545. *Elem. iuris brunſu. et luneb.* §. 115. IO. IAC. MOSER *de iure ſtatuum circa ſuos conſiliarios* §. *33. in opuſc. p. 239.*

## §. 245.

*In* eadem *perſonali nobilitate conſtituti olim* vel maxime credebantur *dignitatibus academicis ornati*, praeſertim *iurium doctores*, qui artibus aulae Romanae 1) et ob ſtupendam iuris peregrini auctoritatem inſignem adeo locum tuebantur, vt nobilitati aut anteferrentur, aut aequales certe ipſis eſſe reputarentur, et multis nobilium iuribus vterentur. Hinc multi olim nobiles aemulatione accenſi gradus academicos et ipſi ambiebant 2). Ex quo vero poſteriori aetate hae dignitates frequentiores fiebant, et perſonis ſaepe non adeo dignis conferebantur: auctoritas eorum maxime decreuit. Iam quamquam *hodie* adhuc gradus doctoris aliquem conditioni plebeiorum eximat

imat 3); et promoti in iure non raro *in capitulis* 4) quoque et iudiciis ſuperioribus 5) *admittantur: perſonali* tamen *nobilitate non gaudent*, cum lex non adſit, quae ipſos hac dignitate condecorauerit.

1) HERM. CONRINGIVS *de antiquit. acad. diſſ. V. p. 159. ſqq.*

2) longum eorum catalogum ſtruxit IOS. NOLDEN *de ſtatu nobilium p. 529. ſqq.* cf. GE. CHR. GEBAVERI progr. *de exſtantioribus exemplis Principum, Comitum, Baronum ac Nobilium, qui gradu I. V. Doctoris ſe condecorari non dedignati ſunt.* Goett. 1741. et IO. FRID. WAHLII progr. in honores PHIL. LVD. L. B. DE KNIGGE conſcriptum. ib. 1747.

3) PETR. MÜLLER *de gradu Doctoris.* Ien. 1689. ITTERVS *de gradibus academicis c. 8.* GOTTL. AB HAGEN *de natura et ſtatu verae nobilitatis et ſtatus doctoralis*, in adpendice libelli Itteriani. LEYSER *ſp. 2. m. 6.*

4) I. P. O. a. V. §. 17. hodie adhuc admittuntur in capitulis Conſtantienſi, Auguſtano, Friſingenſi, Ratisbonenſi, Tridentino, Brixienſi, Baſileenſi, Curienſi, Cizenſi, Caminenſi, Wratislauienſi, Martisburgenſi, Numburgenſi, Miſnenſi, Elwangenſi. cf. CHR. GOTTL. BVDER *de iure doctorum ad canonicatus.* Ien. 1753. et GE. LVD. BOEHMERI progr. *de iure promotorum adſpirandi ad beneficia eccleſiaſtica.* Goett. 1754. in litteris tamen El. Moguntini ad Papam de 1699. dicitur: *In Germania non niſi Germani, ad eccleſias cathedrales iique ex praecipua nobilitate (vbi gradus in theologia vel iure pro nobilitate non computatur) admitti poſſunt.* Fabers Staatscanzl. T. V. p. 127.

5)

5) Strube von dem Unterſcheid der adelichen und gelehrten Bänke in höhern Gerichten. in den Nebenſt. T. III. p. 124. ſqq.

§. 246.

*Amiſſio* tandem *nobilitatis* vel voluntaria eſt vel non voluntaria 1). *Non voluntaria* locum habet, *ſi quis ob praecedens delictum famoſum exiſtimatione ciuili et iuribus nobilitatis ſententia iudicis* priuatur; quo caſu non raro *fractio inſignium* 2) *et gladii* a carnifice facienda interuenire ſolet; neque etiam *recuperatur* tum *nobilitas*, niſi *abolitione* plenaria intercedente, et inter milites *reſtitutione famae per vexillum* 3). Semper tamen delicta ſuos tenent auctores, neque adeo liberi iam nati innocentes puniuntur 4).

1) IO. GOTTL. MARTINI *de modis praecipuis, quibus nobilitas amitti dicitur.* Lipſ.

2) IO. GE. FICHTNER *de fractione inſignium.* Alt. 1708. 1751. §. 8. ſqq.

3) IO. STEPH. WAGA *de reſtitutione famae militum per vexilla.* rec. Lipſ. 1744.

4) Riccius P. II. c. 46. p. 526. ſq.

§. 247.

*Voluntaria nobilitatis amiſſio* omnis *renunciatione* 1) *nititur*, eaque vel expreſſa vel tacita. *Expreſſa* fit ſpontanea reſignatione diſertis verbis declarata 2), *tacita* vero, ſi quis ge-

genus aliquod vitae nobilitatis exercitio haud reſpondens ſequi ſuſtineat, et v. c. opificum collegio ſe adſcribi patiatur. *Mercatura* vero nobilitatem amitti non putauerim 3). Tametſi enim leges nobilibus mercatura interdicant 4) in fauorem commercii ciuici: nullibi tamen amiſſio nobilitatis ideo a legibus ſtatuta legitur; quid? quod hodie ex magno commerciorum fauore mercatoribus non raro codicilli nobilitatis et illuſtres adeo honorum tituli conferantur 5).

1) IO. FRID. EISENHARTHII progr. *de renunciatione nobilitatis.* Helmſt. 1757.

2) ſi nobilis *adoptione* in familiam plebeiam tranſeat, nobilitatem amitti negat CAR. GOTTL. KNORRIVS *de nobilitate adoptiua c. 2. §. 1-3. p. 24. ſq.*

3) ARN. MAVR. HOLTERMANN *de commerciis et mercatura illuſtrium, nobilium et aliarum honoratarum perſonarum.* Marp. 1674. IAC. LEMBKE *de interdicta nobilibus negotiatione.* Roſt. 1677. RAYM. PELLER *an mercatura nobilitatem obfuſcet.* Baſil. 1699. CHR. HENR. BREVNING *de nobile non mercatore.* Lipſ. 1759. **Strubens Nebenſt.** T. III. p. 308. ſqq.

4) vid. e. g. Churſächſ. Erled. der Landesgebrechen de 1661. grau. 118. in LÜNIGII *Cod. auguſt.* T. I. p. 252. **Magdeb.** P. O. t. 7. **Anhalt.** P. O. tit. von Brauen und Schenken. **Gothaiſch.** P. O. P. 2. tit. 12. **Mecklenb.** P. O. t. 29. **Schaumb.** P. O. p. 317. n. 10. C. C. *March.* IV, 4, 15. V, 2, 9. 11. ſq. 25. 29. 42. 86. 102. Cont. II. 142. III. 284. C. C. *Culmbac.* II, 467. 514. 558. **Würtemb.** P. O. t. 61. conſt. *auſtr.* de 1569. FINSTERWALDER obſ. II, 86. **Riccius vom Adel** P. II. c. 46. §. 3. c. 28. §. 5. ſq.

ſq. Braunſchw. Lüneb. Privatr. §. 145. HEVMANNI *initia iuris polit. Germ. p. 397 ſq.*

5) von Loen vom Adel *c. 3. p. 77 - 162.* cf. etiam libros gallice conſcriptos: *la nobleſſe militaire* et *commerçante*, et: *le commerce ennobli;* quos germanice dedit diſſertatione auctos I. H. GOTTL. IVSTI ſub titulo: Handelnder und kriegeriſcher Adel. Goett. 1756. 8. MONTESQUIEU *eſprit des loix liv. 20. ch. 20. ſq.*

## §. 248.

Amiſſam denique renunciatione nobilitatem ſi quis Imperatoris Principisque codicillo recuperet, *renouatio nobilitatis* interueniſſe dicitur, quae tamen auitae nobilitatis praerogatiuas nullatenus tribuere poteſt 1), niſi is, qui tales codicillos impetrauit, doceat, ab omni inde tempore, quo ipſe maioresque ſui nobilitate vſi non ſunt, ſemper matrimonia ex ratione ſtatus aequalia [ebenbürtige, ſtandesmäßige Ehen] contracta eſſe, quod tamen rariſſime vſu venire facile negotio colligitur.

1) progr. meum *de renouatione nobilitatis* §. *8.* p. *16. ſq.*

TITV-

# TITVLVS III.

## DE IVRIBVS NOBILIVM PERSONALIBVS GENERALIBVS.

### §. 249.

*Iura nobilibus* ex vſu legibusque Germaniae *competentia* duplicis ſunt formae; aut enim perſonam nobilium concernunt, aut bona ipſorum, atque adeo in *perſonalia* illa et *realia* diſcribuntur. Quod primo ad perſonalia attinet, ea quidem denuo vel omnibus nobilibus communia, vel auitae tantum puraeque, quam vocant, nobilitati propria ſunt. De ſingulis ſigillatim exponamus.

### §. 250.

Si primo iura omnibus in vniuerſum nobilibus communia ſpectaueris, eminet in his *ius inſignium* 1) *galeae et clypei*, [das Recht, Wapen mit Helm und Schild zu führen]. Inſignia ſunt ſigna hereditaria, vnam familiam nobilem ab altera diſtinguentia, fidei actis nobilium conciliandae potiſſimum inſeruientia. Competit hoc quidem ius omnibus nobilibus, qui inde Wapengenoſſen 2) adpellantur, recteque adeo hodie pro parte nobilitatis habetur; vt tamen ab eo ad nobilitatis ius concludi non poſſit, cum ſaepe codicilli inſignium ius conferentes [Wapenbriefe] ab his, qui omnem nobili-

nobilitatem tribuunt, curate diſtinguantur 3).

1) ANDR. TIRAQVELLVS *de nobilitate eiusque inſignibus.* Lugd. 1617. THEOD. HOEPINGK *de inſignium ſ. armorum iure.* Norib. 1642. HENR. DAV. CHVNO *de regali inſignium gentilitiorum iure.* Heidelb. 1660. ANONYMVS *de iure inſignium et heraldico.* Colon. 1678. CLAVD. FRANC. MENESTRIER *de l'origine des armoiries.* 1673. 12. EIVSDEM *recherches du blaſon.* à Paris 1673. 12. EIVSDEM tr. *de l'origine des ornemens des armoiries.* à Paris 1680. 12. (cf. NICERON *memoires* T. I. p. 73.) IO. GE. FICHTNER *de fractione inſignium.* Alt. 1708. 1751. IAC. THEOD. LINK *de probatione per inſignia et arma gentilitia.* Alt. 1716. 1741. IO. BALTH. CHARISIVS *de inſignium nobilium natalibus.* Regiom. 1717. IO. WILH. WALDSCHMIDT *de mutatione inſignium et ſigillorum S. R. I. ſtatuum.* Marp. 1718. EVCH. GOTTL. RINK *de eo quod iuſtum eſt circa galeam.* Alt. 1726. 1742. SEB. FESCH *de inſignibus et eorum iure.* rec. Alt. 1727. HENR. FRID. TADDEL *de probatione agnationis per ſolam idemtitatem nominis et inſignium ſecundum iura feudalia mecklenburgica.* Goett. 1761.

2) ab his differunt **Siegelbare** ſ. **Siegelmäßige**, quo nomine interdum viri etiam non nobiles deſignantur. vid. e. g. Henneb. L. O. P. I. t. 1. c. 1. ibi: **wir** —— wollen, daß unſer Hofgericht zu S. mit **einem** erbarn erfahrnen **Hofrichter, der von Adel** —— auch unſer Landgericht mit einem verſtändigen frommen und erfahrnen **Landrichter, der Siegelmäßig.** 2c.

3) J. G. **Eſtor vom Unterſcheid der Adels - und Wapenbriefe.** *T. I.* **der klein. Schrift.** *p. 945. ſqq.*

§. 251.

## §. 251.

In originibus inſignium deducendis mire diſſentiunt viri docti. Iam licet Taciti 1) aetate maiores noſtri arma 2) ſua lectiſſimis coloribus diſtinxiſſe dicantur; initia tamen inſignium fruſtra illuc referuntur 3), cum eiusmodi colores nondum ſigna eſſent hereditaria, nec cognomina, quibus ſingulae familiae diſtinguerentur, iam in vſu eſſent. Rectius ergo initia huius iuris ad ſaecula XII. et XIII. referuntur 4). Hoc enim tempore roborato cognominum, et ludorum equeſtrium vſu ſecurior inſignium vſus, praeſertim cum feuda 5) et officia aulica fierent hereditaria, a quibus maxima inſignium pars deriuanda eſt.

1) TACITVS *de mor. Germ. c. 6.*

2) IO. STRAVCH *de armis Germanorum, eorumque ad remp. vſu.* in opuſc. T. I. p. 42-74. GOTHOFR. ACHENWALL *de armis veterum Germanorum.* Goett. 1754.

3) CRAMER *l. c. p. 358.*

4) licet enim varia inſignium antiquiorum exempla proferantur a viris doctis: eadem tamen nec certum, nec perpetuum inſignium vſum euincunt. vid. e. g. FESCHIVM p. 66.

5) C. F. HOMMEL in *oblectam. iur. feod. p. 46. ſqq.*

## §. 252.

Inſignium duae ſunt partes principales, galea et Clypeus. *Galea* rei torneamentariae

 cauſſa

cauſſa potiſſimum introducta in *clauſam* [Stechhelm] et *apertam ſ. clathratam* [ein offner Helm, ein Helm zum Ernſt und zum Schimpf] diuiditur 1). Hac nobiles tantum vtuntur et torneamentaria quoque vocatur ſ. Turnierhelm. Imponitur galeae *apex* [Helmkleinod, le cimier], qui olim libere eligebatur; quod saeculo XVI. exeunte adhuc, ſed rariſſime, factum eſt 2).

1) RINK *de galea c. 1. §. 5. p. 9. ſqq.*

2) lepidam de Caſpare a Nothhaft hiſtoriam ſuper hac re hiſtoriam refert laudatiſſimus RINKIVS *c. 2. §. 4. p. 41. 42.*

## §. 253.

Alteram inſignium partem conſtituit *clypeus*, variis ille figuris et coloribus diſtinctus, qui aut arbitrariae olim electi, aut officium, nomen gentis, vel praedii auiti referunt. De cetero cum Germania, tamquam reſpublica militaris, olim tantum non omnia ciuilia decora ad militiam referret: factum eſt, vt non tam vaſallorum ordines et feudalis militiae claſſes, quam nobilitatis et dignationum in vita ciuili gradus clypeis diſtinguerent 1), vnde orta *omnium illuſtrium, nobilium et ingenuorum ſecundum ſeptem clypeos* [die ſieben Heerſchilde] *diuiſio* 2), vituperata illa nimis a viris doctis et nimiis interdum elogiis ornata 3). Certe hodie haec diuiſio nullius omnino vtilitatis eſt.

1)

1) EVCHAR. GOTTL. RINK *de clypeorum ratione habenda in feudis alienandis.* 1731. rec. 1746. *c. 1.* § 2.

2) I. P. S. I, 3. I. F. S. a. 1.

3) Mich. Praun Betrachtung von den Heerſchilden des teutſchen Adels. Ulm 1672. IO. MICH. LANGGVT *de ſeptem clypeis nobilibus et feudalibus Germanorum.* Ien. 1723. IO. SARTORIVS *de clypeo.* Viteb. 1724. IO. EHRENFR. ZSCHACKWITZ *meditationes circa vexatam illam de ſeptem clypeis militaribus materiam.* Hal. 1729. PHIL. SPERL *de clypeis militaribus Germanorum.* Norimb. 1736. HENR. CHR. SENKENBERG *de ordinibus exercitus Germanici, vulgo* **den ſieben Heerſchilden.** Gieſſ. 1742.

## §. 254.

*Ius inſignium eodem modo ac nobilitas adquiritur amittiturque* 1) [§. 239. ſqq.]. Imperatori ergo ius conferendi inſignia omnino competit, vt tamen illud in neminis praeiudicium exerceatur 2). *Illegitimi* liberi *iure inſignium non vtuntur* 3), *Franguntur inſignia* 4) cum ſi nobilitate quis priuatur [§. 246.], tum ſi vltimus ſuae gentis 5) nobilis ſepeliatur 6).

1) amittuntur *iure magdeb.* inſignia, ſi quis perſonam infamem ducat P. O. c. 7. §. 7.

2) *Cap. nou. a. 22. §. 3. 12.*

3) Riccius vom Adel p. 372.

4) Ceremonias occaſione vltimi ducis Pomeraniae ſuppeditat LVNIGII *theatr. cerem. P. 2. p. 562.* cf. SAM. FRID. WILLEMBERG *de iure vltimi ſuae gentis.* Ien. 1735. *c. 5. §. 164. ſq. p. 121. ſqq.*

5) in terris brandenburgicis olim omnes nobiles inſignia ſua *collegio heraldico* (Oberheroldsamt) mittere iubebantur vna cum ſtemmatibus ſuis, vt hoc modo probatio inſignium et nobilitatis facilior redderetur. C. C. *March.* VI, 2. p. 60. 63. 65.

6) vid. e. g. de Philippo II. vltimo D. Brunſuicenſi lineae Grubenhag. **Köhlers M. B.** T. I. p. 267.

## §. 255.

Ratione fori nobiles inſignibus priuilegiis vtuntur. Omnes quidem *nobiles Landſaſſii* 1) ſuperioritatem Principum agnoſcunt; hic ipſe tamen *Landſaſſiatus* 2) vtplurimum *minus plenus* eſt, vt nempe nobilis abſens non in actionibus perſonalibus, ſed realibus tantum in territorio Principis ſui conueniri non poſſit, niſi *Landſaſſiatus plenus* in territorio aliquo receptus eſſe probetur, quod in Saxonia 3) et alibi 4) paſſim factum eſt.

1) interdum Landſaſſius denotat nobilem vi praedii ſui iure ſuffragii in comitiis prouincialibus vtentem. **Riccius** P. II. c. 19. §. 10.

2) WILH. LEYSERVS *de Landſaſſiis itemque Schriftſaſſiis et Amtſaſſiis.* Viteb. 1662. LÜDER MENKEN *de vi ſuperioritatis territorialis in territoriis imperii clauſis.* Lipſ. 1712. Impugnauit opinionem MENKENII WENCESL. XAVER. NEVMANN A PVCHHOLZ in *diſſertationibus de ſuperioritate territoriali in ſubfeudis imperii tam datis quam oblatis, nec non de natura et praerogatiuis feudorum regni Bohemiae.* Prag. 1717. et in IENICHII *theſauro iur. feud. T. III. p. 505-658.* ſed defendit MENKENIVM HENR. DE BVNAV in *examine diſſertationum ex iure publico et feudali de iurisd. feudali*

et

*et ſuperiorit. territ.* cet. Lipſ. 1718. et apud IENICHIVM *l. c. p. 659 - 769.* LÜDER MENKEN *de foro competente vaſallorum ſimultaneeque inueſtitorum et ſubiectione nobilium immediatorum Saxoniae Landſaſſiorum extra hoc territorium habitantium in cancellariis Saxonicis et curiis prouincialibus.* Lipſ. 1716. I. F. WERNHER *de probatione Landſaſſiatus ex ſitu terrarum.* Vit. 1717. C. H. FREIESLEBEN *de iure fiſci Landſaſſiorum* Lipſ. 1720. B. G. STRVVIVS *de iure Landſaſſiatus* cet. rec. Francof. 1746. I. GOTH. BAVERI progr. *de Landſaſſiis et foro Amtſaſſiorum* Lipſ. 1753.

3) Schaumburgs Einl. P. I. ex. 8. p. 157. ſq.

4) de Saxonia, Thuringia et ducatu Magdeburgico vide RICCIVM vom Adel p. 378. ſq. cf. etiam Eſtor von der Heßiſchen Landſaſſerey *T. III.* der kleinen Schriften *p. 155. ſqq.* de Auſtria vid. BECK ſpec. I. iur. publ. Auſtr. p. 124. ſq. de ducatu Lüneb. Strubens Bedenken T. II. p. 113. ſq.

## §. 256.

Iam quamquam nobiles Landſaſſii iurisdictionem Principis agnoſcere cogantur: cauſſae tamen ipſorum in iudiciis territorii ſuperioribus diſcutiuntur. Cum enim *par parem iudicaret* in Germania, cauſſae etiam nobilium a nobilibus diſceptandae erant 1); quo factum, vt cauſſae eorum ad ſuprema territorii dicaſteria, quorum magnam partem nobiles occupabant, recte vocarentur, atque adeo ad hunc vsque diem nobiles coram *curiis prouincialibus, cancellariis, et regiminibus* in prima inſtantia conueniantur 2), eaque de cauſſa *Schriftſaſſi* 3), [Schriftſaſſen, auf Canzleyſchrift

 ſitzende

ſitzende Canzleyſäßige,] in Bauaria Freygerichtsgeſeſſene 4) et in Pomerania Schloßgeſeſſene 5) nuncupentur. Interdum tamen, licet rariſſime iudiciis inferioribus, praeſertim praefecturis, ſubſunt, atque inde *Amtſaſſi* vocantur, quod, quum ea, quae vtplurimum et ordinarie fiunt, conſtituant regulam, non praeſumitur, ſed in dubio ab adlegante probandum eſt.

1) Strubens Nebenſt. T. III. p. 123. ſqq. (edit. de 1761.).

2) Sächſiſche H. G. O. in Cod. auguſt. T. I. p. 1340. Chur- und Fürſtl. Hauptvergl. der Albert. Linie de 1657. §. 4. Sahmens Preußiſ. Rechtsgel p. 514. *Cod. Frid.* P. 3. t. 2. §. 2. p. m. 152. Beckmanns Beſchreibung der Churmark Brandenb. T. II. p. 78. Badenſche H. G O. p. 82. Pfälz. H. G. O. t. 13. p. 111. (diſſ. ALEF in *opuſc. p. 792. 819. 820.*) Churcöllniſche Canzleyordn. §. 26. Inſtruction der Oſtfrieſ. Regier. §. 9. p. 7. Jülich. und Berg. R. O. c. 93. GUARIENT *Cod. auſtr. T. I. p. 623. ſq.* priuil. *Cliuenſ.* apud LÜNIGIVM Landſ. Ritterſch. I, 1003. Mecklenb. reuerſ. 1572. p. m. 9. Schaumb. H. G. O. P. 2. t. 1. FVCHS *proceſſ. Holſat.* lib. I. c. 19. p. 234 ſq. lib. IV. c. 3. §. 13. p. 573. ſq. Würtemb L. R. P. I. t. 57. H. G O. P. 2. t 1. Anſpach. Hofrathsordn. c. 2. §. 30. C. C. *Culmbac.* II, 712. Pommerſche H. G. O. P. 2. t. 1. §. 10. Balthaſar von Landesgerichten und deren Ordn. im H. Pommern p. 207. Heßiſche Samthg. O. t. 8. §. 2. Caſſel. Unterger. Ordn. a. 1. §. 2. Hildesh. H. G. O. t. 9. Braunſchw. Lüneb. Privatr. §. 114. WISMANN *de feudis Brunſu. luneb. p. 60.* et pleraeque ordinationes ſupremorum dicaſteriorum idem ſancientes.

3) AH. FRITSCH *de ambtſaſſiis.* Rudolſt. 1662. WILH. LEYSER *de Landſaſſiis itemque Schriftſaſſiis et Amtſaſſis*

*ſaſſiis*

ſaſſiis. Vit. 1664. GE. AD. STRVVIVS *de Schriftſaſſiis*. Ien. 1677. IO. SCHILTERVS *de Schriftſaſſiis et Landſaſſiis*. Ien. 1698.

4) von Kreitmayr ad cod. bauar. iud. p 32.

5) Mevius von der Staatsverfaſſ. in Pommern *c. 24.* apud PISTORIVM *T. IV. amoenit. p. 1038.*

## §. 257.

Si de *cauſſis nobilium honorem*, exiſtimationem, integritatemque *ſpectantibus* agitur, vel de ſtatu nobilitatis, maioribus et inſignibus, aut *vindicandis iniuriis diſceptatur*; peculiaria eam in rem *iudicia* ex ipſo nobilium ordine et olim et nunc paſſim conuocata leguntur, quae *heroica* 1) ſ. equeſtria [Ritterrechte, Ehrengerichte, Ehrentafeln] nuncupantur, quae quidem *in Boruſſia* 2), *Bohemia* 3), *Sileſia* 4), *Luſatia* 5), *Auſtria* 6), inter *nobiles immediatos* 7), et olim in *ducatu* etiam *Guelpherbytano* 8) frequentata ſunt; licet in plerisque prouinciis curiae prouinciales vel regimina has controuerſias ſibi vindicauerint 9).

1) BVRC. GOTTL. STRVVIVS *de iudiciis heroicis*. Ien. 1721. DE SCHVLENBVRG *c. I. §. 11. p. 30. ſq.*

2) ſtatuta des Preußiſchen ſchwarzen Adlerordens §. 6. 32. 34. 35.

3) Böhmiſche L. O. B. 10. p. 59. was Ehrnſachen anlangt, dieſelben mögen entweder vor vns vnd vnſern Erben nachkommenden Königen oder in vnſerm Landrecht vorgenommen werden.

4) WEINGARTEN *faſcic. lib. II. p. 13. 149.* Ge von Wenzky kurzer Bericht vom Schleſiſchen Ritterrechte

rechte und Ehrengerichte. Leipz. 1615. HENELII *Sileſiographia T. II. c. 11. §. 21. p. 1001. ſqq.*

5) Joh. Bened. Carpzov Ehrentempel merkwürdiger Antiquitäten des M. Oberlauſitz. *c. 10. p. 158. ſqq.* STRVVIVS *l. c. c. 4. p. 36. ſqq.*

6) vbi coram mareſchallatu prouinciali (Landmarſchallamt) diſcutiuntur. COM. DE WVRMBRAND *collectanea geneal. hiſt. c. 4. p. 257.*

7) Ordnung der Schwäb. Ritterſch. §. 20. 22. 32. Fränk. Ritterordn. p. 41. ſq. Rhein. Ritterſch. Raths- Satz- und Ordnung. t. 11.

8) vbi olim eum in finem *iudicium mareſchallicum* ideo conuocabatur. REHTMEYER *chron. brunſu. p. 593. 837.* Köhler von Erblandhofämtern p. 26. ſqq.

9) Ita *in ducatu bremenſi* curiae prouinciali olim cum iudicio heroico (Ritterrecht, Rittertage) in cauſſis adlegatis, et iure ſucceſſionis ex iure equeſtri concurrens iurisdictio competebat; quid? quod *hodie adhuc electio fori nobili conceditur.* Stadiſche H. G. O. P. I. t. 14. §. 14. HARTMANN progr. *de ſimilitud. equit. holſat. cum bremenſ. p. 14.*

## §. 258.

Quae reliqua ſunt generalia omnium nobilium iura, in iisdem iura ſingulorum territoriorum mire variant, aut certe minora ſunt, quam quae recenſeantur 1). Ita in quibusdam terris *benedictionem ſacerdotalem* in contrahendo matrimonio *intra aedes priuatas* accipiunt 2); quod in terris bremenſibus *absque proclamatione* 3) adeo fieri poteſt. Alibi *lugubris campanarum pulſus* 4) in honorem mortui nobilis

nobilis absque diſpenſatione permittitur; et quae ſunt huius generis alia 5).

1) DE SCHVLENBVRG *c.1.* §. 12. *p.m.* 33. *ſqq.*
2) vide de *Saxonia* Lünigs Landſ. Ritterſch. I, 735. C.C. *Cellenſ.* I, 1127. de ducatu *Guelpherbyt.* Wolfenb. K.O. p 130. C.C. *march.* I, 2. p. 99.
3) Brem. L.O. T. I. p. 819
4) Guelpherbyt. reſolut. grau. d. 1682. §. 20. apud LVNIG. *l. c. p. 160.*
5) cf. e. g. CAR. FRID. WALCHIVS *de teſtimonio nobilium iniurato.* Ien. 1759.

## TITVLVS IV.

### DE IVRIBVS ET PRAEROGATIVIS NOBILITATIS AVITAE.

### §. 259.

In iuribus nobilitati auitae ſolitarie competentibus eminet, ius in *ludis equeſtribus ſ. torneamentis* 1) [Ritterſpielen, Turnieren] comparendi, vnde etiam denominatio der Turniersgenoſſen deriuatur. Initia ludorum equeſtrium, licet ſint, qui ad Carolingorum tempora referant 2), melius in ſaeculo XII. quaeruntur 3). Inſtituti illi quidem ſunt ad magnificentiam Imperatorum Principumque oſtentandam, exercendosque in armis milites, praecipue autem ad augendas gentium militarium (§. 234.) praerogatiuas, ideoque ſemper in ſortem naſcendi et natales militares inquirebant reges

torneamentorum, quo factum, vt IV. vel VIII. maiores militares probandi eſſent 4). Iam licet poſteriori aetate Pontificum et epiſcoporum odio torneamenta in deſuetudinem venerint, in eorum tamen locum a ſaeculo XVI. inde ſurrogati ſunt ludi equeſtres, quos Carouſſel, Ringelquintan, Kopfrennen cet. vocamus, ad quos denuo non admittuntur, niſi qui VIII, XVI vel XXXII. adeo maiorum nobilium probationem ediderunt 5).

1) IO. BALTH. CHARISIVS *de torneamentis Germanorum.* Frf. 1651. GOTH. SVEVVS *de ludis equeſtribus.* Vit. 1652. Ien. 1688. CL. FR. MENESTRIER *traité des tournois, jouſtes, carouſſels et autres ſpectacles publics.* à Lyon 1669. FRID. SCHVLZE *de torneamentis.* Lipſ. 1683. GE. SCHVBARTH *de ludis equeſtribus.* Ien. 1689. Hafn. 1725. WILH. ILMANN *de torneamentis in primis germanicis.* Lipſ. 1724.

2) quos confutauit RICCIVS **vom Adel** *p. 210.*

3) RADEVICVS II, 8. OTTO FRISINGENSIS I, 17. ANONYMVS **von dem Urſprung und Gebrauch der Thurniere.** apud PISTORIVM *T. I. p. 112. ſqq.*

4) SCHVBARTH *c. 6.* CRAMER *p. 341. ſqq.* Cauendum tamen, ne ſomniis GE. RÜXNERI im Thurnierbuch (Frf. 1529. 1576. f.) decipiamur, de quo quid ſentiendum ſit, docet IO. MVLLERVS in dem Diſcours, ob Ge. Rürners Thurnierbuch pro ſcripto authentico zu halten, und wie weit demſelben Glauben beyzumeſſen? apud CRAMERVM in *adp. p. 167. ſqq.* cf. etiam J. M. **Gesners** kleine teutſche Schriften p. 162. ſqq.

5) **Riccius** *l. c. p. 200. 327. ſq.* CRAMER *l. c. p. 354. ſq.*

§. 260.

## §. 260.

*Ordinibus equeſtribus* 1) non adſcribuntur temere niſi qui VIII, XVI. vel XXXII. maiores nobiles probauerunt 2). Inſtituti tamen ſunt nouiori aetate ordines equeſtres militares (e. g. l'ordre pour le merite, *ordo* equeſtris *Thereſianus*) in quibus ambiendis non tam nobilitatis auitae praerogatiua quam edita virtutis bellicae ſpecimina requiruntur.

1) GE. CHR. WOLF *de ſacris ordinibus equeſtribus.* Goett. 1736. §. *17. p. 27.* Moſers Hofrecht T. II. p. 687. ſqq.

2) Telgmann *c. 5. p. 192. ſqq.*

## §. 261.

In plerisque Germaniae eccleſiis cathedralibus 1) *aditus ad capitula et beneficia eccleſiaſtica* non patet niſi nobilibus auita nobilitate conſpicuis 2), editaque plerumque VIII. vel XVI. maiorum nobilium probatione. Et tametſi Pontifices omnimodo in euertenda hac capitulorum conſuetudine laborauerint 3): conſilio tamen ipſius ſemper maſcule reſtitit Germania, ipſeque adeo Imperator hanc ſtatutorum capitularium obſeruantiam ſe protecturum eſſe ſollemniter promiſit 4).

1) indicem earum ſtruxit TELGMANNVS *c. 4.* §. *25. ſqq. p. 161. ſqq.*

2) olim haec beneficia eccleſiaſtica omnibus ingenuis patebant. cf. tr. mea *de iurib. et ſtatut. ingen. pend.* c. 2. §. 39. p. 122. ſqq.

3) c. 38. X. de praebend.

4) Strubens Nebenſt. T. III. obſ. 21. §. 7. Telgmann c. 5. p. 131-192.

## §. 262.

In *officiis conferendis* magna nobilitatis auitae ratio habetur. *Officia* ergo *aulica* [Hofämter] in plurimis Principum Germaniae aulis non niſi nobilibus, auita nobilitate conſpicuis, contingunt, licet negari nequeat, liberum vtplurimum hac in re Principis eſſe arbitrium 1). Ratione reliquorum officiorum, quae nobilia dicuntur, idem fere tenendum. Hinc in *nobili camerae* 2) *et ſenatus imperii aulici adſeſſore* quatuor maiores nobiles requiruntur; et *interdum* vbi *in dicaſteriis maioribus* 3) nobilium et doctorum [der adelichen und gelehrten Bank] diſcrimen obſeruatur, *plures* adhuc *maiores exiguntur*. In *iudice curiae prouincialis* 4) [Hofrichter] auita vtplurimum nobilitas exigitur, quod de *conſiliariis* quoque *prouincialibus* [Landräthe] ex ordine nobilium obſeruandum. Plurima vero officia licet nobilibus plerumque indulgeantur, Principi variandi et ignobilibus eadem conferendi poteſtatem relinquunt, niſi pacta cum ſtatibus, lex vel obſeruantia contrarium iubeant 5).

1)

1) Moſers Hofrecht T. I. p. 90. ſqq. Loen vom Adel p. 213. ſq.

2) C. G. O. P. I. t. 1. §. 3. R. A. 1557. §. 18. IO. SCHVMACHER DE VLMENSTEIN *de iure praeſentandi aſſeſſorem in camera imperii.* (Rintel. 1728.) §. 132.

3) Strube T. III. obſ. 21.

4) Churſächſ. Hauptreceß d. 12. Apr. 1657. F. Sächſ. Samthofgerichtsordn. c. 1. 2. Altenb. L. O. P. 3. p. 232. 234. Henneb. L. O. l. 2 t. 1. c. 1. Heßiſche Samt H. G. O t. 2. Wolfenb. H. G. O t. 1. Zell. H. G. O t. 2. §. 1. Würtemb. H. G. O. t. 1. Liefländ. L. O. p. 62. Anſpach. Hofrathsordn. c. 1. §. 1. p. 5. Bayreuth H. G. O t. 2. C. C. *Culmb.* P. II T I. p. 346. et tantum non omnes ordinationes curiae prouincialis.

5) CASP. ACHAT. BECK *de vera indole feudi et officii nobilis.* Ien. 1722. 1751.

## §. 263.

*Feudorum* praediorumque equeſtrium ſ. nobilium *omnes olim ingenui capaces* 1); quae tamen poſtea militaribus tantum gentibus ceſſerunt 2). Hinc ergo factum vt ciues, qui feuda nobilia adquirere vellent, peculiaribus eam ad rem priuilegiis ornarentur 3). Hodie in multis adhuc Germaniae territoriis nobilitas ſola ad adquiſitionem horum praediorum admittitur, et IV vel VIII. maiores nobiles interdum requiruntur 4). In magna tamen Germaniae parte nullum adeo hac in re inter ingenuos et nobiles diſcrimen intercedit 5).

1) c. mea *de iuribus ingenuor. c. 2. §. 28-30. p. 80. ſqq.*

2) *vet. auct. de benef. c. 1. §. 4. I. F. S. c. 2. I. F. A. c. 2.*

3) BOEHMER *de varia iurium innouat. per expedit. cruc. c. 3. §. 7.* vid. e. g. AD. BALTH. WERNHER diſſ. I. II. *de ciuium ſuidnicenſium iure emendi feuda nobilia.* Alt. 1703. GOTH. LVD. MENKEN *de iuribus ciuium Miſniae et Thuringiae adquirendi feuda equeſtria.* Vit. 1724.

4) Vide de Luſatia Rec. de 1619. ap. LVNIGIVM in C. I. F. G. *II, 719.* de *Sileſia* ib. p. 264. 428. de terris *Holſaticis* et *Slesuic.* EVMDEM in der Coll. von der Landſ. Ritter. I, 941. de *terris Aduocatorum.* ib. II, 124. de *Pomerania* ib. II, 225. 228. de Saxonia LEYSER *de iure equitum ſax. ſingulari* §. 30. cf. Rec. d. 1700. §. 2. de terris *Fuldenſibus* SCHANNAT *client. fuld. p. 265. Auſtriacis* **Strube** l. c. p. 527. de *principatu Neuburgenſi* LVNIG. Landſ. Ritterſchaft p. 389. 1164. et C. I. F. G. II, 263. 719. de *Bauaria* C. I. F. G. II, 527. Idem de epiſcopatibus *Oſnabrugenſi* et *Monaſterienſi* locum habet et paucis forte territoriis aliis.

5) e. g. in Marchia electorali Rec. 1653. §. 12. apud MÜLLERVM in *reſolut. march. n. 33.* nobiles tamen in adquiſitione praediorum equeſtrium praeferendi. C. C. *March.* VI, 1. p. 461. in terris *Gothanis.* **Goth. L. O.** P. 2. c. 2. t. 1. p. 121. *Altenburgicis.* **Altenb. L. O.** P. 2. c. 2. t. 1. p. 137. *elem.* mea *iuris brunſu. luneb.* §. 571. PVFENDORF I, 90. **Mindiſche Landesvertr.** p. 213.

## §. 264.

Iam cum pleriſque praediis equeſtribus in ſingulis fere Germaniae territoriis *ius ſuffragii in comitiis prouincialibus* cohaereat; idque cum praedio in poſſeſſorem tranſeat 1): non

niſi

niſi nobilibus haec praerogatiua competit in territoriis, vbi hi demum ad praediorum equeſtrium poſſeſſionem admittuntur. In reliquis etiam ignobiles, dummodo honeſtorum ſint natalium, ad hanc poſſeſſionem et priuilegia ei cohaerentia adſpirant 2).

1) LVD. HVGO *de ſtatu region. Germ. c. 4. §. 13.* WILDVOGEL *de ſtatib. prouinc. §. 18. p. 13. ſq.* PVFENDORF III, 103.

2) vide e. g. praeter adlegata ad §. 263. Hildesh. Wahl reglem. 1716. ESTOR *de comitiis et ordin. Haſſiae c. 3. §. 49.* Calenb. Wahl-reglement. d. 1737. §. 1. Cal. c. 8. p. 124. Cell. Wahl-reglem. d. 2. Nou. 1752. Telgmann c. 6. p. 235. ſq.

# TITVLVS V.

## DE MINISTERIALITATE NOBILIVM ET OFFICIIS AVLICIS HEREDITARIIS.

### §. 265.

In potioribus gentium nobilium iuribus et obligationibus, ex parte etiamnum ſuperſtitibus, miniſteria ipſorum ponenda ſunt. *Miniſterialium* [Dienſtmänner, Dienſtleute] 1) nomine deſignantur perſonae militares 2) iure hereditario ad certa aulae ſeruitia, acceptis eam in rem beneficiis, obligatae; qui ſin Imperatori miniſteria ſua praeſtarent, *miniſteriales regni* 3), ſi Principibus, *miniſteriales Principum* adpellabantur.

1) De

1) De vniuerſa miniſterialium doctrina notandi ſunt: IOA. GE. DE PLÖNNIES *de miniſterialibus.* Marp. 1719. Ien. 1740. AD. FRID. GLAFEY *de vera quondam miniſterialium indole.* Frf. 1724. IO. GE. ESTORIS *commentarii de miniſterialibus.* Arg. 1727. IDEM von freyen Dienſtleuten; *T. III.* der kleinen Schriften *p. 555. ſqq.* DAV. GE. STRVBE *de miniſterialium dignatione;* in *obſ. iur. et hiſt. germ. p. 48-86.* IO. SAL. SEMLER *de miniſterialibus.* Alt. 1751. D. G. Strube von adelichen Dienſtleuten. *T. IV.* der Nebenſt. *p. 345.-435.* GE. LVD. BOEHMERI progr. *de femina miniſteriali.* Goett. 1754. in *obſeruat. iur. feud. p. 127. ſqq.* EIVSDEM progr. *de indole fidei vaſalliticae eiusque a miniſteriali fidelitate diſcrimine.* Goett. 1757.

2) hinc adpellatio der Edelknechte. POL. LEYSER *de nobilibus ſeruis.* Helmſt. 1727. Saepe tamen perſonae illuſtres quoque miniſteriales fuerunt. SCHEIDIVS *p. 103. not. x.* et *p. 306.* vbi occurit miniſterialis Embrico Comes Reni, vt alia taceam.

3) quorum tamen nullae prae miniſterialibus Principum praerogatiuae fuerunt. SCHEIDIVS *p. 159. ſqq.*

## §. 266.

*Fiebat* quis *miniſterialis* vel *natiuitate*, ſi ex matrimonio miniſterialis natus eſſet 1), vel *beneficium iure curiae ſ. officii* [nach Hofesrecht ſ. nach Ambechtrecht] conceſſum acciperet; ex quo ſimul intelligitur, *non omnes nobiles fuiſſe miniſteriales*, *et ne omnes quidem de eadem familia* 2); ſi nempe non omnis familia eiusmodi beneficia iure curiae conceſſa teneret. *Tollebatur* autem *conditio miniſterialis* vel *indultis codicillis manumiſſionis* vel *refutatione*

*tatione feudi* 3) quae cuilibet miniſteriali, quandocumque vellet, libera erat.

1) BOEHMER *de femina miniſteriali p. 4. ſq.* et *de indole fidei vaſallitice* §. *4. p. 9. ſq.*

2) SCHEIDIVS *p. 103. 106. ſq. 160. 168.*

3) EIVSDEM *p. 162. 167. not. y.*

## §. 267.

*Conditio miniſterialium* valde adſtricta, eademque tamen admodum honorifica fuit. *Adſtricta* illa *fuit* ideo, quod nuptias inuito domino non contraherent 1); a domino alienarentur, non tamen inuiti 2), et interdum ius quoque manus mortuae in eosdem exercERETUR 3). Neque tamen vllo modo hinc ad ſeruilem eorum conditionem concludi poteſt 4), praeſertim cum in magna eſſent dignatione 5), conuiuiis Principum intereſſent, integra ſaepe territoria adminiſtrarent 6), ipſorumque conſenſus a Principibus in grauiſſimis adeo negotiis requireretur 7).

1) Scheid p. 170. 496. Strube T. IV. p. 367. ſq.

2) Strube T. IV. p. 362. ſqq. IO. FRID. DE FREIESLEBEN *de mutatione domini in ſubfeudis imperii absque conſenſu vaſalli inualida.* Goett. 1754. *c. 2.* §. *14. p. 44. ſq.* Buri p. 627. ſqq.

3) MATTHAEVS *p. 955.* STRVBE *de mortuario onere reali*, in *obſeruat. p. 250. ſq.* SCHEIDIVS *p. 171.* Strube T. IV. p. 391. c. mea *de iur. ingen. c. 1.* §. *11. p. 32. ſqq.*

4) quid enim? milites et ipſi adeo duces bellici noſtri et miniſtri aulae conſenſum Principis connubialem nonne requirere coguntur? nonne multa militum millia principi extero pro certa pecunia ceduntur? hosne dixeris homines proprios? certe eadem ratione facta eſt miniſterialium alienatio. at *forte ſeruitus anomala* dicenda eſt cum ESTORE h. e. ſeruitus quae non eſt ſeruitus. Ita ſumma imis, quadrata rotundis miſcent viri docti ſuauiter illi quidem ſomniantes, ſed ſomniantes tamen.

5) **Strube** T. IV. p. 387. ſq. **Scheid** p. 105. 177.

6) **Scheid** p. 172. **Strube** T. IV. p. 401. ſqq.

7) **Scheid** p. 116. 118. 120. 172 ſqq.

## §. 268.

De cetero haec ipſa *miniſterialium conditio* a tribus inde ſeculis *ceſſauit*. Ex quo enim aulae miniſteria aliter deſcribebantur 1), nec Principes miniſterialium ſuorum ſeruitiis perſonalibus amplius opus haberent, et milite perpetuo introducto ſtatus quoque militaris prorſus immutaretur: omnis etiam miniſterialium memoria, Principibus priſtina miniſteria non vltra exigentibus, penitus euanuit 2).

1) **Moſers Hofrecht** T. II. p. 172. ſq.

2) **Strube** T. IV. p. 433. ſq. vid. tn. BVDERVS *de ſeruitiis vaſallorum* **zu Ehrenzügen und Ehrenfällen**; in *amoenit. iur. feud. p. 153. ſqq.* et *de luſtratione vaſallorum* **der Muſterung.** *ib. p. 174. ſqq.*

§. 269.

## §. 269.

In reliquiis tamen priſtinae miniſterialium conditionis ponenda ſunt *officia aulica hereditaria* 1) [Erbhofämter, Erblandhofämter]; in quibus officia pincernae, dapiferi, mareſchalli et camerarii eminent. Inſtituta illa ſunt a ſtatibus imperii ad exemplum modumque officiorum aulicorum 2) S. R. I. Miniſteria ipſorum olim erant et ſollemniora et frequentiora, hodie vero rariſſime, nec niſi in curiis extraordinariis, exiguntur 3) nobilibusque, qui lautiſſima ſaepe beneficia inde obtinent, hodieque propria reputantur.

1) CHR. BESOLDVS *de praecedentia et iure* **der Erb- und Hofämter**, in eius opere politico. Arg. 1641. Joh. Gottl. **Horn** von den bey den Chur- und Fürſtl. Sächſ. Provinzen geordneten Erbbeamten; in der **Handbibl.** von Sachſen *P. I. p. 1. ſq.* CHR. GOTTL. BVDER *de feudis officialium hereditariorum procerum et prouincialium regni Germaniae.* Ien. 1737. Joh. Zachar. **Gleichmann** von den Thüringiſchen Erbhofämtern. Jen. 1742. Joh. Jac. **Hombergk** von den Heßiſchen Erbämtern. Frankf. 1743. Joh. Phil. **Kuchenbecker** von den Erbhofämtern der L. Heſſen. Marp. 1744. Joh. Dav. **Köhler** von den Erb-Land-Hofämtern des H. Braunſchweig-Lüneburg. Goett. 1746. ANONYMVS von den Erbämtern des Burggrafthums Nürnberg. Erlang. 1747. D. G. Strube von den Erbhofämtern des Stifts Hildesheim. *T. III.* **der Nebenſtunden** *p. 326. ſqq. edit. 2.*

2) IO. IAC. MASCOVIVS *de originibus officiorum aulicorum S. R. I.* Hal. 1718.

3) plurimas familias nobiles in ſingulis Germaniae territoriis haec officia tenentes recenſet MOSERVS **im Hofrecht** *T. II. p. 131. ſqq.*



Ti-

# TITVLVS VI.

## DE PROBATIONE NOBILITATIS AVITAE, von der Ahnenprobe.

### §. 270.

Quo magis ſunt eximia, quae ex nobilitate auita in Germania pendent iura, eo curatior quoque, caſu obueniente, probatio eiusdem facienda eſt. Iam ſiquis oſtendat, ſibi eum maiorum [Ahnen] nobilium ex legitimo et aequali matrimonio procreatorum numerum, qui ex ſtatutis requiritur, contigiſſe, ſeque ab iisdem legitime deſcendere; haec ipſa deductio *probatio nobilitatis auitae* 1) [Ahnenprobe] adpellatur, a qua repraeſentatio omnium maiorum a ſtipite communi deſcendentium [Stammtafel, Stammbaum, *ſtemma genealogicum ſ. progonologicum*] admodum differt.

1) CLAUDE FRANÇOIS MENESTRIER *diverſes eſpeces de nobleſſe et ſes preuves* à Paris 1682. 12. IDEM *de la nobleſſe des pais etrangers.* ib. 1682. EIVSDEM *tableau genealogique, pour les ſeize quartiers de nos Rois, avec un traité préliminaire de l'origine et de l'uſage des Quartiers pour les preuves genealogiques.* ib. 1683. f. HENR. HILDEBRAND *de probatione per ſtemmata genealogica.* Alt. 1719. 1729. FRANC. IO. MERLET *de nobilium auorum probatione.* Arg. 1732. IO. GE. ESTOR *de probatione nobilitatis auitae et veteri et hodierna ab illis potiſſimum, qui dignitatem eccleſiaſticam appetunt, expedienda.* Marp. 1744. IDEM *de ratione vſitata et explorata in demonſtrando nobilitatem*

*bilitatem proauitam inſigniaque gentilitia.* ib. 1745. EIVSDEM practiſche Anleitung zur Ahnenprobe, ſo bey den deutſchen Ertz-und Hochſtiftern, Ritterorden und Ganerbſchaften gebräuchlich. ib. 1750. ERN. FRID. KNORRE *de probatione nobilitatis per inſtrumenta.* Hal. 1751.

## §. 271.

*Neceſſaria* eſt haec *nobilitatis probatio* in omnibus collegiis, vbi ad iura quaedam nanciſcenda certus maiorum nobilium numerus requiritur, quo fit, vt in eccleſiis cathedralibus, ordinibus equeſtribus, ganerbinatibus, ludis equeſtribus, interdum in adquirendis praediis equeſtribus iureque ſuffragii in comitiis prouincialibus, vel ſi quis inter adſeſſores iudiciorum ſuperiorum nobiles recipi velit, eadem exigatur. Orta quidem eſt haec probatio, ex quo militarium gentium praerogatiuae augeri coeperunt, ſed a ſaeculis XV et XVI. potiſſimum inualuit, longeque olim mitior fuit, quam hodie 1), cum ſi ipſam probandi ſeueritatem, tum ſi maiorum probandorum numerum ſpectaueris, cum plerumque IV, VIII, XVI et interdum licet rariſſime XXXII. imagines hodiedum requirantur 2).

1) Eſtors Ahnenprobe §. 1-4. §. 40.

2) ipſa computandorum maiorum ratio ex hoc ſchemate clarius adparebit, quod ex ESTORIS libro von der Ahnenprobe p. 132. deriuatum eſt.

## §. 272.

Iam omnis *nobilitatis* deducendae *probatio duobus* potiſſimum *momentis abſoluitur* (a) *probatione filiationis*, quam vocant, qua euincitur: (1) omnes coniuges, qui repraeſentantur inter maiores, iuſto legitimoque matrimonio copulatos fuiſſe, (2) patrem, qui adducitur procreauiſſe filium qui ipſi adſignatur; (3) matrem quoque, quam candidatus ſibi vel vni e maioribus tribuit, ipſum vel e maioribus quemquam genuiſſe (b) ipſa *nobilitatis probatione*, qua continetur (1) probatio inſignium cuiuslibet e maioribus (2) deductio natalium militarium [der Ritterbürtigkeit] ſingulorum e maioribus; circa quam denuo euincendum vtplurimum (a) ſingulos fuiſſe Germanos (b) ex aequali, ratione ſtatus quoque, matrimonio [aus einer Standesmäßigen Ehe] procreatos.

Estor §. 25. p. 14. Strube T. III. p. 508.

## §. 273.

*Modus probandi nobilitatem* et inſignia 1), triplex eſt, per inſtrumenta nempe, teſtes et iuramentum. *Inſtrumenta* quae probationi inſeruiunt, ſiue publica ſint, ſiue priuata, ita comparata eſſe debent, vt de vera nobilitate perſonarum, de quibus quaeritur, inde adpareat, quo pertinent praeſertim codicilli nobilitatem aut officium vere nobile [§. 262]

con-

Der Groß=
elter=
vater. 9

Die
Urvor=
alt=
4 mutter.

Der
Urober=
groß=
vater. 15

Die
Urober=
groß=
mutter.

Der
Urvor=
elter=
vater. 16

Die
Urober=
elter=
mutter.

Der D... va...

...Vorelter=
...utter.

Der Uralt=
vater.

8

Die Urelter=
mutter.

Seine mütterliche
Großmutter.

4

Seine Mutter.

Zu pag. 333.


Der Großeltervater. 9 Die Großeltermutter.
Der Ururaltvater. 10 Die Ururaltmutter.
Der Urvoreltervater. 11 Die Urvoreltermutter.
Der Urobergroßvater. 12 Die Urobergroßmutter.
Der Uroberaltvater. 13 Die Uroberaltmutter.
Der Urvoraltvater. 14 Die Urvoraltmutter.
Der Urobergroßvater. 15 Die Urobergroßmutter.
Der Urvoreltervater. 16 Die Ureltermutter.
Der Obergroßvater. 5 Die Voreltermutter.
Der Uraltvater. 6 Die Uraltmutter.
Der Uraltvater. 7 Die Voreltermutter.
Der Uraltvater. 8 Die Ureltermutter.
Sein Großvater. 3 Seine Großmutter.
Sein mütterlicher Großvater. 4 Seine mütterliche Großmutter.
Sein Vater. 2 Seine Mutter.
1
Der Candidat.

confere
ſtrium
eſt, ab
et libr
uincii
et con
fide ſ
funebr

1) pro
cher
p. 30
2) vid.
3) CHR.
ciones
4) IO. FR
ſcription
5) KNORR

Probatio
duo plures
non dubita
teſtimoniu
wahr uns
bey dem
ſchwornen
quem nob
lud compe
ſtimonium
Tutior tan
menta 2).

conferentes; teſtimonia collegiorum equeſtrium de perſona, cuius nobilitas probanda eſt, ab ipſis recepta 2); litterae clientelares et libri, itemque receſſus prouinciales in prouinciis, vbi ſoli nobiles ad feuda admittuntur et comitia prouincialia; pacta dotalia teſtium fide ſubnixa, libri baptismales, conciones funebres 3) inſcriptiones 4) cet. 5).

1) probatio inſignium ex libris inſignium (Wapenbüchern) quorum iuſtum recenſum dat ESTOR §. 54. *p. 30. ſq.* admodum lubrica eſt.

2) vid. tamen ESTOR *l. c. p. 414.*

3) CHR. WILDVOGEL *de eo quod iuſtum eſt circa conciones funebres.* Ien. 1701.

4) IO. FRID. EISENHARTH *de auctoritate et vſu inſcriptionum in iure c. 5. §. 8. p. 39.*

5) KNORRE *l. c. §. 14. p. 27. ſqq.*

## §. 274.

*Probatio* nobilitatis *per teſtes* peragitur, ſi duo pluresue nobiles, de quorum nobilitate non dubitatur, vel integrum adeo collegium, teſtimonium, inſerta iuramenti formula [ſo wahr uns Gott helfe und ſein heiliges Evangelium; bey dem Wort der ewigen Wahrheit an eines geſchwornen Eides ſtatt] confirment 1), eſſe aliquem nobilibus maioribus editum, ſeque illud compertum habere adſeuerent, quod teſtimonium vocant die Kundſchaft des Adels. Tutior tamen ſemper probatio per inſtrumenta 2).

 1) Eſtor

1) Eſtor p. 128. ſq.
2) eivsdem *cit. diſſ. I. p. 57.*

§. 275.

Si tandem neque teſtes neque inſtrumenta omni exceptione maiora et nobilitatem ſatis liquido probantia adſint: locum habet *iusiurandum* 1), quo quis ea ſupplet, quae in probanda nobilium natalium praerogatiua deſunt, quam in rem interdum concepta iuramenti formula publice praeſcribitur 2).

1) Riccius vom Adel. p. 516. 576. ſqq.
2) quod exemplo ganerbiorum caſtri Fridbergenſis probauit estor *de probat. nobil. auitae ſ. 12. §. 162. p. 67. ſq.*

## Titvlvs VII.

### De variis praediorvm nobilivm s. eqvestrivm divisionibvs.

### Von adelichen und Rittergütern.

§. 276.

Expoſitis nunc potioribus nobilium diuiſionibus et iuribus perſonalibus, tranſeundum eſt ad iura eorum realia, quibus circa praedia vtuntur. Iam quamquam iura praediis nobilium cohaerentia pro ſingulorum territoriorum habitu admodum differant, in eo

eo tamen conueniunt, quod ab oneribus publicis immunia ſint; quae praerogatiua cum ſubſtantiam eorumdem ingrediatur, *praedium nobile* 1) recte definitur quod ſit praedium ab oneribus publicis immune 2).

1) ad iura praediorum nobilium pernoſcenda pertinent: IO. PAVLL. KRESS *de priuilegiis agriculturae*. Ien. 1712. 1719. Joh. Denekens Dorf- und Landrecht P. II. c. 8. AVG. LEYSERVS *de iuribus praediorum nobilium in Saxonia*. Helmſt. 1718. IO. DAV. KOEHLER *de origine et incrementis iurium nobilitatis mecklenburgicae*. Goett. 1739. GE. HENR. AYRER *de praediis nobilitatis bremenſis equeſtribus eorumque iuribus et priuilegiis*. Goett. 1745.

2) hinc denominatio: ein adelich freyes Gut, adeliche Freyheiten. Neque tamen putandum eſt, ſemper ſub nomine *praedii liberi* ſ. *manſi ingenuilis* (Freygut, Freymann-Lehnshufen, Freydingshöfe) praedium nobile intelligi, cum haec ſaepius tantum praedia ab operarum praeſtatione libera denotent. GOEBEL *de ſingular. quibusd. praed. ruſt. in terr. Brunſu. p. 85.* Buri Erläut. des Lehenr. p. 959. ſq. Eiſenharth Recht der Sprichwörter p. 71. 72.

## §. 277.

*Praedia nobilium* olim hodieque non vnius eiusdemque claſſis fuerunt. *Maiora*, quae magnas habebant pertinentias, praeſertim ſi poſſeſſor allodialis vel feudalis, ſiue pignoris ſiue dominii iure illa teneret, *caſtra* 1), *burga* Schlöſſer adpellabantur, praeſertim ſi in lo-

co editiori ſita munitaque 2) eſſent. Poſſeſſores eorum in his terris 3) et Pomerania 4) Beſchloßte, Geſchloßte, Beſlotene et Schloßgeſeſſene vocantur, iisque opponuntur die Unbeſchlotene, licet denominatio der Beſchloßten, iis potiſſimum ſederit, qui caſtra eiusmodi a Principe oppignorata vel in feudum data tenerent 5).

1) PHIL. CAR. DE KNIGGE *de natura et indole caſtrorum in Germania.* Goett. 1747.

2) BALTH. FRID. DE MITHOFEN *de caſtro ſine loco munito.* Goett. 1747.

3) latius hoc probarunt AYRERVS *de iure recipiendi Iudaeos c. 5. §. 1-8. p. 129. ſqq.* et KNIGGE *l. c. c. 5. §. 95. ſqq. p. 137. ſqq.*

4) ENGELBRECHT *delineat. ſtat. Pomeran. ſueth. p. 141.*

5) Strubens Nebenſt. T. V. p. 166. ſq.

## §. 278.

Si nobilis, ſiue caſtrum ille poſſideat 1) ſiue non, in praedio ſuo omnique eius campimarchia iurisdictionem ſolus exerceat, nec vllam omnino Praefecti poteſtatem intra eiusdem limites agnoſcat: vniuerſum praedium in quibusdam prouinciis vocatur *iudicium nobile clauſum* 2) ein geſchloſſenes adeliches Gericht; ſin ſecus; *iudicium non clauſum*, ein ungeſchloſſenes adeliches Gericht; quae tamen diuiſio nouiori aetate inuenta 3), nec niſi in paucis territoriis 4) cognita eſt 5).

1)

1) ab his caſtrorum poſſeſſoribus originem diuiſionis deriuauit DE KNIGGE *l. c.* cuius doctrinam iam confutauit STRVBIVS *l. c.* addo elegantem chartam M. Iohannis brand. de 1436, qua familias quasdam nobiliſſimas (Schloßgeſeſſene, up den ouengeſchreuen ſloten wonhaftig) a iurisdictione capitaneorum (der Houerichter) liberat, apud LENZIVM in den Märk. Urkunden *T. II. p. 566. 567.* ex qua adparet ne caſtri quidem poſſeſſores ipſos iurisdictioni inferiorum iudicum ſemper exemtos fuiſſe.

2) Strube von geſchloſſenen und ungeſchloſſenen Gerichten der Landſaſſen *T. V.* der Nebenſt. *p. 126-189.*

3) Strube l. c. p. 171. ſqq. forte huic diſtinctioni *diuiſio territoriorum in clauſa et non clauſa* ſ. quod idem eſt in *mediata* et *immediata* occaſionem dedit, licet res ipſa ſit antiquior. hinc in *Marchia* electorali v. c. vrbes iudiciis nobilium clauſis ſubiectae dicuntur adeliche mediat- oder Ritterſtädte. C. C. *March.* cont. IV. p. 172. licet haec denominatio ſimul ſignificet, eiusmodi vrbibus ius ſuffragii in comitiis prouincialibus non competere.

4) in *Bauaria* nomine der ungeſchloſſenen Gerichte iurisdictio circumſepta innuitur. Kreitmayr ad cod. iuris bauar. iudic. p. 33.

5) De cetero haec potiſſimum ſigna iudicii clauſi ponit laudatiſſimus STRVBIVS p. 172. ſqq. quod 1) conſtitutiones Principum ipſis immediate mittantur; 2) quod praefecti Principis ruſticos nobilium ad operas Principi praeſtandas conuocare non poſſint; 3) quod tributa a ruſticis ipſorum ſoluta aerario Principis ipſi, non praefecti, mittant.

## §. 279.

In Saxonia inferiori et ſuperiori ſaepiſſime certum praediorum nobilium genus occurrit, quae

quae Sedelhöfe, Sattelhöfe 1) vel Sattelfreye Güter 2) vocantur; quo nomine interdum omnia praedia nobilia, vbi ſedes ſ. curia nobilis eſt, deſignantur 3). Plerumque tamen reliquis nobilium praediis opponuntur, et tum denotant praedia nobilia minora, *praeſertim ea, quae cum iure ſuffragii in comitiis prouincialibus non coniuncta ſunt;* licet de cetero ab operarum praeſtatione et oneribus publicis immunia ſint. Si eiusmodi bona ruſticis cum omni cauſſa conceſſa ſunt, omnino etiamnum priſtinam immunitatem ſeruant 4), niſi quod ea, quae ſub initiis introductae contributionis onerumque publicorum a nobilibus non colebantur 5), oneribus publicis omnino obnoxia eſſe deprehendantur.

1) STRVBE *de praediis, quae dicuntur* Sättelfreye Güter; in *obſ. iur. et hiſt. germ. p. 278. ſqq.* Deneke lib. III. c. 5. p. 185. ſqq. ANONYMI Verſuch der Bedeutung des Worts Sattelhof; in den Braunſchw. Anz. von *1750. p. 1465. ſqq.*

2) varias de origine vocis opiniones recenſet AYRER *de praed. equeſtr. brem.* §. *21. ſqq. p. 31. ſqq.*

3) Buri p. 1218. ſq. RICCIVS in *ſpicil. p. 727. ſqq.*

4) LVDOLF *obſ. 314.* PVFENDORF *obſ. III. 39.* Cramers Wetzl. Nebenſt. P. 6. p. 143. ſqq. mein Brſchw. Lüneb. Privatr. §. 256.

5) Strubens rechtl. Bedenken n. 3. p. 14. 15. IDEM *de iure villic. c. 6.* §. *5. p. 257. ſqq.*

§. 280.

## §. 280.

Principalis praediorum nobilium diſtributio a iure in comitiis prouincialibus comparendi deriuatur. Quae enim hoc iure ornata ſunt, Landtags fähige Güter adpellantur, quae res vnice ex poſſeſſione et *matriculis nobilium* diiudicanda eſt.

1) vid. e. g. SAM. STRYK *de matriculis Pomeraniae vlterioris*. Frf. 1689. vide de archiepiſcopatu Salisburgenſi Lünigs Landſ. Ritterſ. I, 1353. de *Luſatia* infer. I, 850. ſq. de *Friſia orientali* II, 1481. 1565. Mecklenb. Landesvergl. §. 147.

# TITVLVS VIII.

## DE IVRIBVS PRAEDIORVM NOBILIVM S. EQVESTRIVM.

## §. 281.

Iura praediis nobilibus cohaerentia duplicis ſunt generis. *Alia* enim quae ex priſtina nobilium libertate 1), immunitate originaria, pactis antiquis Principum cum ſtatibus, ſtatuque militari Germaniae mediae deducuntur, cum in pleriſque prouinciis eadem eſſe deprehendantur, merito etiam praeſumuntur; *alia* vero nouiori aetate priuilegiis Principum ſpecialibus collata eſſe intelliguntur atque adeo ab adlegante probanda ſunt. Forte ergo *praedia nobilia* non inconcinne in *antiqua*

et

et *noua* deſcriberentur. Sed iam de ſingulis iuribus exponemus.

1) koehler l. c. p. 29. pvfendorf *I*, 33. 34. Strubens Bedenken. reſp. 12. p. 37. ſq.

2) an iura praediorum nobilium ad poſſeſſorem etiam ignobilem tranſeant, disquirit recteque adfirmat pvfendorfivs III, 103.

## §. 282.

Primarium ius praediorum nobilium in *immunitate ab oneribus publicis realibus* 1) [Steuerfreyheit] poſitum eſt. Steurarum onerumque publicorum longe alia olim, quam hodie ratio fuit. Semper enim a Principibus per modum precum exigebantur, et hinc *precariae*, *petitiones* ſ. Beden 2) adpellabantur; quae quum non niſi ſtatuum conſenſu et ad certum tempus tantum, peterentur, nobiles autem ab antiquiſſimis inde temporibus libertate ab iisdem vterentur: hanc quidem ſemper conſeruare ſtuduerunt. Iam licet *introducto milite perpetuo*, mutatoque ſtatu publico imperii et ſingulorum territoriorum Principes *perpetuis contributionibus* opus haberent: in has quidem variis nominibus titulisque conſenſerunt ſtatus prouinciales; nobilibus tamen nouioribus legibus 3) priſtina ab his oneribus immunitas confirmata eſt; eaque ad hunc vsque diem indelibata vtuntur 4), niſi quod ruſticis praediorum nobilium [adelichen Hinterſaſſen]

terſaſſe ] partem tributorum imponi paſſi fuerint.

1) KRESS *de priuil. agric. c. 2. §. 12. p. 64 ſqq.* Strube vom Steuerweſen und des teutſchen Adels Steuerfreyheit *T. II.* der Nebenſt. *p. 405. ſqq.* IDEM *de collectarum et aerariorum prouincialium origine, praeſertim in terris Brunſ. Luneb. epiſcopatu Hildeſienſi;* in *obſ, p. 86-156.*

2) Grupen von Steuern, Dienſten und Beden, p. 884. ſqq. Riccius vom Adel P. II. c. 25. p 438. ſqq.

3) C. C. *March* IV, 3. p. 67. VI, 1. p. 19. GERIKE in *fragm. march. P. II. p. 42.* de his terris *elem.* mea *iuris brunſu. §. 130. 131.* de epiſc. *Hildeſ.* cit. STRVBII *obſ. §. 15-20.* Mindiſche Landesvertr. p. 20. 21. et paſſim. de *Pomerania Suethica* ENGELBR. *delineat. p 67. ſqq.* de Holſatia C. C. Holſat. Vol. I p. 1409. ſqq. Jülich-Berg. Erläut. des Hauptrec. 1675. § 9. Elſaſſ. Ritterordn. p. 31. ſq. de *Saxonia* LEYSER *de ſing. equit. Sax. iur. §. 10.* de ducatu *Mecklenb.* KOEHLER cit. diſſ. *p. 29.* hodie tamen nobiles mecklenb. contributionem de dimidia parte omnium bonorum ſoluunt. Erblandesvergl. §. 7. de comitatu *Tyrolenſi* Lünige Landſ. Ritterſ. I, 459. de *Bauaria* et Palatin. ſup. I, 570. *Luſat.* ſup. I, 786. C. C. *Magdeb.* V, 44. Pfalz-Neub. Landesfreyheit Lünig I, 1167. *Cliuia* et comit. *Marcano* I, 1044, 1099. princip. *Altenb.* II, 24. *Gothano* II, 26. terris *Henneb.* II, 86. de *Auſtria* Pütters Handbuch T. I. p. 195. Churcölln. Landesverein. d. 1463. a. 8.

4) *In terris tamen brandenb.* ſublato nexu feudali *vaſalli* nobilis de praediis ſuis *annuum canonem ſoluunt.* C. C. *March.* II, 5. p. 119. VI, 2. p. 221. cf. BVDER *de feudis cenſual.* in *amoenit. iur. feud. p. 84. ſqq.*

§. 283.

§. 283.

Ex eodem fundamento *immunitas* quoque *ab inhoſpitatione* 1) [Freyheit von Einquartierung] permanat, quae quum a plerisque ICtis pro onere reali habeatur 2), merito nobiles vel hoc nomine ab eadem immunes eſſe iubentur 3), niſi quod hinc inde ipſorum certe coloni *Salgamum* 4) ſ. Service = Geld praeſtare debeant.

1) DAV. MEVIVS *de metatis et epidemeticis.* Gryph. 1633. MATTH. STEPHANI diſſ. *de metatis ſ. hoſpitatione militari.* ib. 1633. IEREM. REVSNER *de hoſpitatione militari.* Vit. 1643. H. HAHN *de hoſpitatione militari.* Helmſt. 1645. GE. CHR. WALTHER *de iure metatorum vel hoſpitationibus militum.* Nrb. 1647. et germ. Frf. 1735. H. LINK *de metatis militaribus.* 1675. AVG. LEYSER. ſ. reſp. GOTH. GRAEVIVS *de metatis.* Helmſt. 1718. vide LEYSERI *meditat. ſp. 661.* GOTH. DAN. HOFFMANN *de munere et immunitate metatorum militarium.* Tub. 1751.

2) BEVST *obſ. milit. P. I. obſ. 255. 256. P. 2. obſ. 341.*

3) cf. e. g. C. C. *March.* III, 1. p. 20. Mecklenb. Erblandesvergl. § 309. 310. C. C. *Magdeb.* III, 88. ſqq. IV, 55. de ducatu *Guelpherbyt.* Lünigs Landſ. Ritterſch. II, 159. de terris *Lauenb.* I, 1308. Conſt. *Holſat.* d. 23. Nou. 1716 Plura habet BEVST I, 253. 254. II, 342. 346. 362. et Gnüge Kriegsr. ſ. 9. §. 145. ſqq. p. 66. ſq.

4) CHR. WILDVOGEL *de ſalgamo*, vom Servies der Soldaten. Ien. 1693.

§. 284.

## §. 284.

Alterum ius, quod nobiles in praediis ſuis exercere ſolent, in *iure venandi* 1) poſitum eſt. Certe ab antiquiſſimis inde temporibus nobiles, niſi caſtra ſequerentur, venationibus deditiſſimi fuerunt 2), neque vmquam Imperatorum Principumque edictis hoc ius dubium ipſis reddebatur, niſi illud in foreſtis regiis bannariisque [Kǒniglichen Bannforſten] exerceretur; praeſertim cum vrbes quoque, propria foreſta agrosque tenentes, illud eodem modo exercerent 3). Exeunte demum ſaeculo XVI. exſtiterunt ICti, qui *ius venandi regalibus accenſebant* 4), Principesque, vt dubium illud nobilitati redderent, permouerunt. Inde ergo factum, vt nobiles ius venandi in litteris clientelaribus legibusque prouincialibus ſibi confirmari fecerint 5); et introducta inde noua legum et ſummorum dicaſteriorum doctrina, *eos demum nobiles, qui priuilegium, legem vel poſſeſſionem ſuper iure venandi adlegare poſſunt, in quieto huius iuris exercitio tuendos eſſe.*

1) De vniuerſa hac, ſuper iure venandi nobilium, controuerſia ſcriptis expoſuerunt: C. L. Bilderbeck gründliche Deduction gegen die vermeintliche Regalitát der Jagden und daraus hergeleitete irrige Doctrinen und Folgen. Celle 1723. 1741. f. 10. PETR. DE LVDEWIG *de venatu eiusque regali.* Hal. 1730. J. C. Lübbe gründliche Bewáhrung des S. K. M. von Grosbr. zuſtehenden Jagdregals und der Kraft deſſen habenden Befugniß. Celle 1731. f. Chr.



Gottl.

Gottl. Riccius zuverläßiger Entwurf von der in Deutſchland üblichen Jagdgerechtigkeit. Nürnb. 1736. DAV. GE. STRVBE *vindiciae iuris venandi nobilitatis germanicae.* Hildeſ. 1739. IO. AD. DE ICKSTADT *de eo quod iure publico vniuerſali et particulari I. R. G. circa venationes iuris eſt.* Wirceb. 1739. *T. I opuſc. p. 474. ſqq.* et germanice ſub titulo: gründliche Abhandlungen von den Jagdrechten. Nürnb. 1749. IO. VLR. CRAMER *vindiciae regalis iuris venandi.* Marp. 1740. CRAMERO reſpondit Strube von des teutſchen Adels Jagdgerechtigkeit *T. I.* der Nebenſt. *p. 182-296.* Fridr. Car. Buri behauptete Vorrechte der alten K. Bannforſte, insbeſondere des Reichslehenbaren Wildbannes zu der Dreyeich. Frankf. 1744. f. BVRIO reſpondit STRVBE *T. II.* der Nebenſt. *p. 584-656.* ERN. MART. CHLADENIVS *de iure phaſianorum eorumque banno.* Vit. 1752.

2) Riccius c. 1. §. 6. ſqq. p. 6. ſqq.

3) Stiſſer c. 1. §. 37. p. 33. PVFENDORF III, 191. C. C. *March.* IV, 1. p. 588. 628. 649. 660. 707. C. C. *Magd.* III, 55. 604. 635. 661. Mindiſche Landesvertr. p. 72. 180. C. C. *Culmb.* T. II. P. 2. p. 562. interdum ruſtici quoque eodem iure vtuntur, e. g. ruſtici liberi praefecturae Ilten. STRVBE *de iure villic. c. 3. §. 3. p. 68.*

4) F U. Stiſſers Forſt- und Jagdhiſtorie der Teutſchen (Jen. 1737. Leipz. 1754. 8.) *c. 5. p. 13. ſqq. p. 106. ſqq. c. 6. §. 16. ſqq. p. 160. ſqq.*

5) C. C. *March.* IV, 1. p. 553. 587. 671. 709. de his terris elem. mea §. 134. ſqq. et Stiſſer c. 1. §. 32. 33. de ducatu *Cliuiae* et comit. *Marcano* Rec. 1649 §. 54. Lünig I, 1044. de *Pomerania* ENGELBRECHT *delin. p. 117. ſqq.* HARTMANN *diff. iur. Pomeran. et Rugian. ſ. 2. §. 20.* C. C. *Magd.* P. III. p. 52. ſqq. de Holſatia ELBERFELD *de Holſat. huiusque ſtatu et ordin. cl. 3. §. 3.* et Lünig II, 957. ſq. de *Auſtria* Stiſſer l. c. §. 35. de *Bauaria*

ERTEL

ERTEL *de iurisd. inf. lib. I. c. 7. obſ. 3.* et nouum ed. d. 16. Mai. 1733. de *Saxonia* Schaumb. P. 2. ex. 5. §. 2. ſq. de *Luſat. ſup* C. C. *Luſat.* ſup. p. 294. 318. 320. de *Hildeſ.* epiſc. ed. d. 1657. Struʒbe T. I. p. 277. ſq. Caſſel Jagdordn. §. 4. Darmſt. Forſtordn. § 13. de princ. *Halberſt.* Lünig I, 1109. *Neoburg.* I, 1146. *Oſnabrug.* I, 1530. *Altenb.* II, 24. *Vinar.* II, 33. *Friſia orient.* II, 1482. 1966. C. C. *Oldenb.* II, 227. ſq. Lieſl. L. O. p 31. Mindiſche Landesvertr p. 236. Mecklenb. Landesvergl. §. 293. ſqq. Weſtphäl. P. O. t. 37. §. 1. p. 165. ſq. cf. etiam HEVMANNI *init. iur. polit. c. 28 p. 312. ſqq.* Heſſencaſſ. Jagdordn. §. 2. 3. 4. Elſaſſ. R. O. p. 32-38.

## §. 285.

In regendis huius iuris limitibus vulgo ad diſcrimen *venationis ſuperioris* 1), et *inferioris* [der hohen und niedern Jagd], cui interdum *mediam* quoque addunt, prouocatur. *Inferiorem* plerique ICti et dicaſteria quoque maiora *regalibus accenſendam* eſſe *negant* 2); *maiorem* vero omnino *pro regali habent* 3), *atque* adeo *nobilibus* prorſus *abiudicant.* Enimuero cum (a) haec *diſtinctio nouiori* demum *aetate* 4) a ICtis, aularum paraſitis, *inuenta* ſit; (b) *Princeps lege* ſua, qua hoc diſcrimen ſtabilitur, *ſubditis* ſuis inuitis *ius*, quo vſi ſunt, *auferre nequeat*; (c) *ne certi* quidem *limites* venationis ſuperioris et inferioris vbique *poſiti* 5) ſint; (d) *leges et pacta*, quibus nobilium ius firmatur, *venationem generatim* plerumque, nec poſita haec diſtinctione, *concedant*:

merito dicendum eſt, *nobilem* qui venationibus inſtructus eſt, omnes eiusdem ſpecies tenere, atque adeo in *poſſeſſione venationis* quoque *ſuperioris* tuendum eſſe, niſi princeps vitioſam eſſe nobilis poſſeſſionem probauerit, quod tamen in dubio non praeſumitur.

1) IO. IOACH. SCHOEPFER *de venatione ſuperiori*, Roſt. 1702.

2) PVFENDORF obſ. I, 228.

3) vide e. g. C. C. *March.* VI, 1. p. 417. C. C. *Cell.* c. 8. p. 150. ſq.

4) HEIGII *quaeſt. iur. ſax. P. I. qu.* 15. §. 62. in primis vero Bilderbeck *c.* 6. §. 4. *ſq. p.* 302. *ſqq.* Heumanns Geiſt der Geſetze c. 25. §. 8. LEYSER *de aſſentat. ICtor. p.* 102. *ſqq.*

5) Stiſſer *c.* 7. §. 21. *ſqq. p. m.* 285. *ſqq.*

## §. 286.

Porro ſunt, qui Principibus, in praediis nobilium, *ius praeuentionis* 1) *in venatione* [Vorjagd] et *ius conuenandi* 2) [Mitjagd] tribuunt; quod ius licet hinc inde pactis nobilium cum Principe et obſeruantia competat 3), numquam praeſumi poteſt. Licet enim ius venandi ſaepe per modum ſeruitutis in fundis alterius exerceatur 4), atque adeo ſeruitutibus quoque iuris publici non raro acceſeatur 5): ipſa tamen ſeruitutum natura et indoles efficit, vt illud ab adlegante probandum ſit 6).

1)

1) IO. FRID. SCHNEIDER *de iure praeuentionis circa venationem.* Hal. 1715.

2) ANDR. HOMBORG *de iure conuenandi.* Helmſt. 1710. IO. PHIL. TREIBER *de conuenationis reuocatione.* Erf. 1723.

3) Ita in principatu *Neoburgico* principi eiusque familiae, non tamen officialibus, competit. Lünig I, 1164. de *Thuringia* vid. LEYSERI *ius georg. lib. 3. c.* 12. de princip. *Schwarzb.* FRITSCHIVS *de iure conuenandi m. 2. §. 2.* de terris *Hildeſ.* Strubens Unterricht von Reg. und Juſtizſachen p. 115. de *Pomerania* ENGELBRECHT *delineat. p. 117. 119. ſqq.* In terris *Mecklenb.* Princeps huic iuri renunciauit. Erblandesvergl. §. 304.

4) IO. CHR. BONNHOEFFER *de iure venandi per modum ſeruitutis iuris publici in territorio alieno eiusque vſu et abuſu.* Alt. 1748.

5) IO. CHR. CONR. ENGELBRECHT *de ſeruitut. iur. publici* (rec. Lipſ. 1739.) *ſ. 2. m. 2. §. 16. p. 129. ſqq.*

6) Bilderbeck l. c. p. 331. ſqq. Riccius c. 1. §. 28. p. 49. ſqq. Buri von Bannforſten p. 173. ſqq.

## §. 287.

Siluarum ad praedia nobilia pertinentium dominium nobili quidem ſine dubio competit, atque adeo *ius ligna caedendi* merito pro parte dominii habetur 1). Enimuero cum reipublicae admodum interſit, ligna conſeruari: Principi vi ſublimis politiae omnino ius tribuendum eſt, impediendi, ne ſiluae penitus excidantur 2), eaque de cauſſa ius nobilium circa ligna caedua admodum reſtrictum eſt 3).

1) Stiſſer p. 17. de *communionibus lignorum* ſ. Holzerbſchaften, et vtrum in dubio pro feudis maſculinis habendae ſint? vid. Strubens Bedenken n. 128. p. 303. ſqq.

2) LVDOLF P. I. obſ. 104. p. 271. ſqq. de *Principis condominio lignorum*. cf. Strubens Bedenken n. 51. p. 126. ſqq.

3) C. C. *March.* II, 5. p. 85. 93. IV, 1. p. 683. V, 2. p. 74. *Elem.* mea *iur. Brunſu.* §. 140. Mecklenb. Erblandesvergl. §. 307. et in adp. p. 92. ſqq. C. C. *Magdeb.* III p 37 ſqq. C. C. *Oldenb.* II, 191. ſq. 209. Weſtphäl. P. O. t. 34. §. 1. p. 140. ENGELBRECHT *delin. ſtat. Pomer. Sueth. p. 154. 159.* Naſſ. P. O. p 98. ſq. Schaumburg. Sächſ. Recht II, 5. 14. ſqq. Schaumb P. O c. 23. p. m. 234. Darmſt F O. P. 2. t. 24. 26. Bayriſche F. O. a. 27 Schwarzb. F O. a 3 Würtemb. F. O. P 2. tit. vom guten Bau des Holzes. Weimar. F. O. a. 27. Pfälz. L O. t. 13. p. 128. cf. TOB. IAC. REINHARTH *de iure priuatorum circa ſiluas in primis caeduas admodum reſtricto.* Erf. 1732. Heſſencaſſel. V. d. 26. Apr. 1695. Heſſen-Schaumb. Forſtordn. p. 15. ſq.

## §. 288.

*Ius coquendi et vendendi cereuiſiam* 1), quo multi nobiles in praediis ſuis vtuntur, olim res merae facultatis fuit, et quilibet paterfamilias tantum coxit, quantum ad vſum familiae ſuae opus habere videbatur. Ex quo autem vrbes exſtructae, et res cereuiſiaria pro parte commercii ciuici haberi coepit: vrbes quoque hoc ius nobilibus dubium reddiderunt, praeſertim *in Saxonia* 2) vbi *vrbes iu-*

*re prohibendi cereuiſiario vtuntur*, vi cuius intra milliare ab vrbe cereuiſia coqui vendique non debet 3). Iam quamquam lex vniuerſalis non adſit, qua hoc ius vrbibus tribuatur 4): effecit tamen generalis vrbium et commercii ciuici fauor, vt hodie nobiles ius coquendi et vendendi cereuiſiam, ſi eam, quae vſibus domeſticis deſtinatur, exceperis 5), non exerceant, niſi fundatam in lege, priuilegio vel poſſeſſione intentionem habere intelligantur 6); quod dicendum quoque de *iure erigendi cauponas et diuerſoria* 7), quod quidem cum iure cereuiſiam coquendi non omnino coniunctum videtur.

1) CHR. LVD. SCHEID *de iure coquendi et vendendi cereuiſiam*. Goett. 1739. IDEM *de iure coquendi et vendendi cereuiſiam tam in terris Brunſu. et Luneb. quam in epiſcop. Hildeſ.* ib. 1739. **Strube von des teutſchen Adels Braugerechtigkeit** *T. III.* **der Nebenſt.** *p. 356. ſqq.* (*p. 287. ſqq.*)

2) ERN. TENZEL *de iure prohibendi, quo ciuitates Saxoniae vtuntur*. Erf. 1729. GOTH. LVD. MENKEN diſſ. *de iure prohibendi cereuiſiario ciuitatum Saxonicarum vltra milliare extendi ſolito in ordinat. de 1555. non fundato*. Vit. 1735. EIVSDEM progr. *de iure cereuiſiario ciuitatum Saxonic. ad milliare omnino reſtricto.* ib. eod.

3) de controuerſiis circa terminum ad quem huius milliaris vid. GE. MARSMANNI *metrologia et miliologia* (Ien. 1674. 4.) *P. 2. c. 8. p. 326. ſqq.*

4) contraria vrbium argumenta egregie profligauit STRVBE *l. c.* §. *3-8.*

5) **Riccius vom Adel** P. II. c. 28. p. 474. ſqq.

6) Magdeb. P. O. c. 20 §. 5. Hildesh. L. A. d. 1652. 1657. Churf Salentin von Cölln Receß d. 26. Aug. 1577. de Pomerania Mevii Pomm L. O. c. 25. §. 5. ENGELBRECHT *delin. Pom. p.* 120. Schaumb. P. O. c. 43. haec ex STRVBIO. cf. adhuc Westphäl. P. O. t. 23. p. 81. C. C. *March.* V, 1. p. 6. IV, 2. p. 148. 152. 161. 163. VI, 1. p. 118. 460. de his terris *elem* mea *iuris B. L.* §. *141. 142.* Mecklenb. Erbslandsvergl. §. 232. ſqq. et deductio: des Mecklenburgiſchen Adels wohlhergebr. Braugerechtigkeit. Cell. 1710. f. Gothaiſche L. O. P. 1. c. 5. p. 50. et Beyfugen p. 618. C. C. *Oldenb.* P. 6. n. 110. p. 205. C. C. *Holſat.* T. II. p. 198. ſq. Oſtfrieſ. Receß- und Accordb. p. m. 221. 222. Oſtfrieſ. L. R. I, 144. II, 296. Naſſ. P. O. p. 82. de nobilit. *Culmbac.* Lünig II, 118. de *Luſat. ſup.* I, 823. de *Bohemia* I, 23. ſq. *Sileſia* I, 1544. ſq. *Pomeran.* vlt. II, 227. 229. Erfurt. Ordn. p. 135. 355. ſq. LVDOLF *obſ. 135. p. 128. ſq.* HEVMANNI *initia c. 31 p. 343. ſq.* Weimar. L. O. a. 60. ſq. Gothaiſch P. 2. c. 3. t. 11. Altenb. P. 2. c. 3. t. 10. Anhalt. L. O. t. 25.

7) CHR. LVD. SCHEID *de cauponarum origine et iure et magiſtratuum in iis condendis cura.* Goett. 1739. IDEM *de iure erigendi cauponas et hoſpitia publica tam in genere, quam in ſpecie in terris brunſu. luneb.* ib. eod.

## §. 289.

Nobiliſſimum omnium fere iurium praediis nobilium plerumque cohaerentium *iurisdictione patrimoniali* 1) [Erbgerichte] continetur, quae quia cum ipſo praedio in ſingulos poſſeſſores tranſit, *praediatoria* inde nominatur. Patrimonialis dicta eſt iurisdictio, non quia partem patrimonii conſtituit, ſed quia

quia ſuper cauſſis tantum patrimonium concernentibus [über Erb und Eigen] locum habebat 2); et licet poſteriori aeuo multi nobiles criminalem quoque iurisdictionem nacti ſint, antiqua tamen nominandi ratio ſemper retenta eſt.

1) I. H. GRAMS *de femina iurisdictionem patrimonialem exercente.* Arg. 1706. IO. WILH. DIETMAR *de dominio iurisdictionis mediatorum.* Ien. 1710. SIGM. EHRENFRIED AB OPPEL *de iurisdictione patrimoniali.* Vitemb. 1711. STEPH. MILET *de iurisdictione patrimoniali.* Arg. 1715. GOTH. BARTH *de iurisdictione, quam perſonae illuſtres ex nobiles per officiales exercere ſolent*; in Vol. diſſ. p. 463. ſqq. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de origine atque indole iurisdictionis patrimonialis.* Hal. 1716. CAR. RVD. GRAEFE *de praecipuis et ſingularibus iuribus iurisdictionis patrimonialis.* Lipſ. 1730. IO. PETR. DE LVDEWIG *de praediatoria iurisdictione nobilium.* Hal. 1742. C. W. DE DALWIGK *de iurisdictione patrimoniali.* Ien. 1754.

2) quae eſt elegans obſeruatio GVNDLINGII in *protis Digeſtorum.* (Hal. 1723. 8.) *p. 142.* cf. IDEM *l. c.* §. *26. p. 149. ſq.*

## §. 290.

*Originem* huius *iurisdictionis praediatoriae* vulgo *in priſtina poteſtate dominica* ponunt viri docti 1), eamque, emendato rei iudiciariae germanicae ſtatu, in poteſtatem iudiciariam efformatam eſſe contendunt. Enimuero cum ſola poteſtas dominica nec olim nec ho-

die quidquam praeter ius coercendi [den Dienſtzwang] domino tribuerit 2); multique nobiles quorum coloni homines proprii non erant, eamdem tamen iurisdictionem exerceant, alii vero, quorum ruſtici dura adhuc ſeruitute premuntur, eam non poſſideant: falſum omnino eius fundamentum in poteſtate domini in hominem proprium collocatur. Verius ergo eſt, *ſola conceſſione principis* 3) ſiue expreſſa ſiue tacita, hanc iurisdictionem adquiſitam eſſe, praeſertim cum olim hodieque eadem nobili, ſine eiusmodi Principis beneficio, non competere praeſumatur.

1) quam opinionem thomasivs primum in diſſ. *de hominibus propriis* §. *86.* defendit, heineccivs vero, gvndlingivs aliique propugnauerunt. Sed vid. engelbrecht *ſp. I. obſ. 43.* leyser *ſp. 29. m. 4.* kress *de variis iurisd. crim. generib. c. 2. obſ. 5. §. 6.*

2) quod ius coercendi v. c. in his terris nobili etiam, iurisdictionem non tenenti, competit. *elem. iuris Br. Luneb.* §. *149. b.* adde Zell. L. A. 1527 §. 12. P O. c. 12. §. 2. priuileg. ſtatuum brem. generale VIII. ſpec. 3. pvfend. III, 61. vid. etiam Churf Salentin von Cölln Receß d. 26. Aug. 1577. strvbe *ius villic. c. 7. §. 3.*

3) in *Bauaria* omnes nobiles eam ſub titulo *iuris hofmarchialis* (der Hofmarksgerechtigkeit) exercent ant. maria de chlingensperg *de hofmarchiali iure.* Ingolſtad. 1731. Kreitmayr ad cod. iud. p. 32. et eodem titulo in principatu *Neoburgico.* Neuburg. Landesfreyh. §. 21. in Lünigs Landſ. Ritterſch. I, 1139. Jülich-Berg. Hauptreceß §. 11. In ducatu *Mecklenb.* omnes nobiles eadem

eadem gaudent. Erblandsvergl. §. 419. 423. 425. Idem dicendum de *Pomerania*. Balthaſar von Pommerſchen Landesgerichten und Ordn p. 29. ſqq. et *Holſatia* Holſt. Landgerichtsordn P. I t. 3. p. m. 17. ſq. In reliquis territoriis ii tantum, qui expreſſam vel tacitam Principis conceſſionem probare poſſunt, in poſſeſſione iurisdictionis patrimonialis defenduntur. de Auſtria cf. J. Ge. Ad. v. Hohenecf Beſchreib. der Stände des F. Oeſterreich ob der Ens. Paſſau 1732. f. Vorbericht §. 3.

## §. 291.

De cetero *patrimonialis* haec nobilium *iurisdictio per officiales exercetur*, qui *actuarii* 1), *iuſtitiarii* ſ. Gerichtshalter adpellantur, et Principi plerumque examinandi confirmandique ſiſtuntur 2). Horum facta omnino praeſtat nobilis 3). Subditos ſuos 4) in his iudiciis conuenire quidem ex plerorumque ſententia poſſunt nobiles 5), ſed conſultius eſt, acta ad collegium ICtorum transmittere. Si nobilis tandem iuſtitiam vel denegauit vel protraxit, eadem in poenam omnino priuari poteſt 6).

1) CHR. WILDVOGEL *de officio actuarii*. Ien. 1706. IO. CAR. NAEVIVS in iure iuſtitiariorum ſ. dem Gerichtsrecht auf den Städten, Aemtern und auf dem Lande. Vit. 1733. 8. CHR. SPECHT *de praefectis nobilium iudiciis*. Vit. 1737.

2) vid. e. g. C. C. *March*. II, 3. p. 64. cont. IV. p. 172. ENGELBRECHT obſ. 34.

3) ENGAVII *deciſ. P. I. d. 206. p. 213. ſq.*

4)

4) non tamen vxorem liberosque eodem cum patre foro vtentes. LEYSERVS *ſp. 29. m. 6.* IO. TOB. RICHTER *de filio paternae iuriſdictioni patrimoniali non ſubiecto.* Lipſ. 1744.

5) excipe die Holſt. L. G. O. *l. c.* §. *8.* cf. GOTH. LVD. MENKEN *de iure conueniendi ſubditos in propriis iudiciis.* Vit. 1717. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de dominis ſubditos ſuos in iudicio ſuo conuenientibus.* Hal. 1738.

6) in Marchia electorali ob denegatam iuſtitiam acta auocantur. C. C. *March.* VI, 1. p. 436.

# CAPVT V.

## DE CIVIBVS EORVMQVE VARIIS DIVISIONIBVS ET IVRIBVS.

## SECTIO I.

### DE ORIGINE VRBIVM, EARVMQVE FORMVLA REGIMINIS ANTIQVA ET HODIERNA.

## TITVLVS I.

### DE ORIGINE VRBIVM ET CONCESSIONE CIVITATIS.

### §. 292.

Explicatis nunc, quae de origine iuribusque nobilium dicenda videbantur, transeundum eſt ad alterum perſonarum in Germania ordinem, *ciues*, quos *burgarios*, *burgenſes*, 1) ſ. Bürger adpellamus, qua in re ita procedendum eſt, vt primo quae de vrbibus 2), earumque regendarum forma antiqua hodiernaque dicenda ſunt, praemittamus, deinde vero de iuribus perſonarum in vrbibus degentium exponamus.

1) DE

1) DE KNIGGE *de caſtri germ. natura et indole* c. 2. §. 23. *ſqq.* p. 33. *ſqq.*

2) HERM. CONRING *de vrbibus germanicis*. Helmſt. 1641. et in *operibus T. I. p. 485. ſqq* IAC. BRVNNEMANN *de incrementis vrbium germanicarum*. Hal. 1703. CHR. LVD. CRELL *de publica ceremonia qua vrbes condebantur*. Vit. 1731. IDEM *de iure vrbes muniendi et munitiones reficiendi*. ib. 1734. CORN. VAN BYNKERSHOEK *an liceat vrbes earumque moenia exſtruere, reficere, extendere, munire ſine conſenſu principis*; in *quaeſt. iur. publ.* (Lugd. 1754.) *p. 283. ſqq.*

## §. 293.

*Vrbs* autem hoc loco non in ſignificatu medii aeui intelligitur, quo erat *burgum* ſ. locus qualibuscumque munitionibus et portis cinctus. Hodie enim denotat locum muris, portisque cinctum, peculiari vtplurimum magiſtratu vtentem et pleno commercii ciuici [der bürgerlichen Nahrung] iure exornatum 1); quorum iurium collationem conceſſionem ciuitatis 2) [Ertheilung des Stadtrechts] adpellamus. Sin vnum tantum alterumque horum iurium v. c ius nundinarum loco conceditur, is tamen pleno commercii iure, praeſertim iure vnionum ſ. gildarum non exornatur; ipſe locus dicitur ein Flecken, Freyheit, Markt (Gallis *un bourg*) in Weſtphalia autem ein Wickbold, quorum tamen iura admodum differunt 3).

1) CHR. THOMASIVS *de iure ſtatuum imperii dandae ciuitatis*. Hal. 1696.

2) paulo aliter rem definiuit Ant. Fridr. Büſching in der Vorbereitung zur Kenntniß der geogr. Kenntniß und Staatsverfaſſung der europ. Reiche. (Hamb. 1758. 8.) § *98 p. m. 123 ſq.*

3) Nouae vrbi Principes *ſigillum* plerumque concedere ſolent. cf. IO. MART. GOSSEL *de eo quod iuſtum eſt circa ſigilla vniuerſitatum*. Gieſſ. 1711.

## §. 294.

*Conceſſio ciuitatis* olim vnius Imperatoris erat, cuius beneficio ius caſtrum aliquod vel vrbem exſtruendi impetrabatur 1). Poſteriori vero aetate hoc ius cum plena ſuperioritate territoriali cum omnibus ſtatibus imperii communicatum eſt, qui illud ad hunc vsque diem quiete exercuerunt 2).

1) PFEFFINGER III. 146. ſq. Strubens Nebenſt. T. IV. p. 50. ſq. p. 100. ſq.

2) THOMASIVS *l. c.* §. *42 ſq. p. m. 38. ſqq.* EICHEL *de iure ciuitatis P. I. c. 5.*

## §. 295.

*Vrbes olim in Germania nullae* fuerunt 1). Primi fuerunt Romani, qui in Germania cisrhenana vrbes in tutelam prouinciarum exſtruxerunt 2). Verum autem vrbium in Germania magna incrementum debetur Henrico Aucupi, qui metu Hunnorum adactus plurima loca muris foſſisque cingi iuſſit, iisque

varia

varia priuilegia conceſſit 3), cuius rei vtilitatem cum ſentiret Germania, multis illa vrbibus ſenſim diſtinguebatur 4).

1) diſſ. mea inaug. *de ſeruitute alt. toll. c. 3. 49. p. 116. ſq.*

2) TACITVS in hiſt. I, 56. III, 42. 48. 52. IV, 20. 64. Eſtors Anmerkungen über das Staats- und Kirchenr. c. 36. p. 579. ſqq.

3) GVNDLINGIVS in *Henrico Aucupe* §. *21. p. 142.*

4) CONRINGIVS *l. c.* §. *82. ſqq.* Heumanns Geiſt der Geſetze c. 23. §. 1. ſqq. p. 329. ſqq.

# TITVLVS II.

## DE ANTIQVA REGIMINIS FORMA IN VRBIBVS GERMANICIS.

### §. 296.

Vrbes in Germania exſtructae ab initio ſui iuris non fuerunt. Omnibus enim praeerant *Comites* 1), qui vices Regis gerebant, et reditus ipſius colligebant in *vrbibus regalibus*, in *praefectoriis* 2) autem, quibus Duces praeerant, hi ipſi reditus Principi quoque cedebant, licet Duces in iisdem non propria, ſed delegata tantum poteſtate vterentur 3), donec, orta ſuperioritate territoriali, hae vrbes praefectoriae iisdem omnino cederent 4).

1) CONRING *l. c.* §. *73. ſqq.*

2) Vrbes imperiales ſ. regales *libertate Romana*, praefectorias autem *libertate francica* donatas fuiſſe con-

contendit GOTTL. SAM. TREVER in *diſcuſſione logomachiae de ciuitatibus mixtis* (Goett. 1742.) *c. 1. §. 8. p. 16. ſqq.* ſed vid. Strubens Nebenſt. T. I. p. 498. ſqq. et IO. IAC. MASCOVII ſ. reſp. IO. DAN. OLENSCHLAGERI *origines iuris publici I. R. G. illuſtratae ex reb. Imp. Sax.* (Lipſ. 1732. 1753.) *§. 29. p. 44. 45.*

3) Strube T. V. p. 319. ſqq.

4) KOPPIVS *de inſign. differ. comit. et nobil. immed. p. 74.*

## §. 297.

Iudiciis praeerant aduocati et ſculteti [Vögte und Schultheiſſen]. *Aduocati* 1) praeter alia iura regia vel territorialia, quibus Regis 2) vel Ducis nomine inuigilabant, *iurisdictionem criminalem* 3) potiſſimum *exercebant;* et ſecuritati vrbis proſpiciebant, eoque nomine varia lucra et commoda percipiebant 4).

1) CAR. OTTO RECHENBERG *de aduocatis et aduocatiis Germanorum.* Lipſ. 1725. H. IO. WILLIVS *de iuſtis iurisdictionis Vogteiae attributis inprimis in Franconia.* Alt. 1736.

2) Strube von Städtiſchen Reichsvogteyen T. V. der Nebenſt. p. 292-345. in primis autem aureus liber: (DAN. HEIDERI) hiſtoriſcher Bericht von des Reichs Vogteyen. Ulm 1655. quem vide potiſſimum *P. II. p. 570. ſqq.*

3) Heider l. c. P. I. p. 70. ſq. P. II. p. 60. ſq. W. F. VON DEM KNESEBECK *de aduocatis et iure magni aduoc. Cellenſ. c. 1. §. 12. p. 46. ſqq.*

4) KRESSII *vindiciae iuſtitiae iudicii recuperatorii p. 79. ſqq.* hinc v. c. der Vogthaber. Knorrens Anmerk. p. 317. ſqq.

## §. 298.

*Sculteti* 1) vero in diſcutiendis cauſſis ad iurisdictionem ciuilem ſ. inferiorem ſpectantibus verſabantur, et ipſe adeo aduocatus eius iurisdictionem interdum agnoſcere cogebatur; ita tamen vt ſcultetus quoque coram aduocato conueniri poſſet; quod ſi contra iuſtitiam anno et die facere recuſarent, domino territorii iudicium et bannum regi vacare dicebatur 2).

1) IO. CHR. HARTVNG *de ſcultetis, Heimburgis et ſcabinis paganicis.* Ien. 1684. CHR. SPECHT *de ſcultetis et ſcabinis.* Vit. 1736.

2) Magdeb. Weichb. a. 18. p. m. 37. ſq.

## §. 299.

*Magiſtratui* ergo *vrbis* vix quidquam praeter curam rerum politiam ſpectantium relinquebatur 1), vt tamen et his in cauſſis aduocatus in conſilium vocaretur 2). Enimuero cum par parem iudicaret ex antiqua iuris germanici obſeruantia: magiſtratus etiam cum *ſcabinis* 3) ex ordine ciuium delectis ſententiam pronunciabant [Urthel finden] etiamſi aduocatus vel ſcultetus iudicio praeſiderent 4).

1) KRESSIVS *l. c. p.* 20.

2) Strube T. V. p. 467.

3) FRID. BRVMMER *de ſcabinis antiquis, aeui medii et*

*et recentioribus.* Ien. 1662. et in *opuſculis a* GE. BEYERO 1712. editis *p. 263. ſqq.* IO. VOLCM. BECHMANN *de ſcabinatibus et ſcabinis.* Ien. 1669. Lipſ. 1727.

4) Strube T. I. p. 511. ſqq. T. V. p. 301. Scheid in den Anmerk über Moſers Brſchw. Lüneb. Staatsr. §. 101. p. 368 ſqq.

## §. 300.

Tandem *cum vrbes* commerciis, iure manuario aliisque de cauſſis *potentiores fierent*, et diuitiis abundarent 1): excuſſo, quod Aduocati et Sculteti ipſis imponere videbantur, iugo ad aliquam libertatem enitebantur. Inde ergo factum, vt pleraeque vrbes immediatae et mediatae *priuilegia nanciſcerentur*, *vt ipſae ſibi aduocatos et ſcultetos eligerent et iurisdictionem quoque nanciſcerentur* 2). Iuuit hoc vrbium ſtudium, quod ſaeculis XII et XIII ad exemplum vrbium Italicarum *conſules* et *ſenatum* ipſis Reges et Principes largirentur 3): quo facto tandem in multis vrbibus *aduocatorum et ſcultetorum nomina et iurisdictio*, quae *in Conſulum Senatusque poteſtatem peruenerat*, euanuerunt; licet non poenitendus vrbium germanicarum numerus ſtatum antiquum haud quaquam mutare valuerit.

1) cauſſas huius mutationis hiſtoricas abunde reddidit laudatiſſimus STRVBIVS *T. I. p. 541. ſqq. T. V. p. 358. ſqq.*

2) Strube *T. V. p. 457-493.*

3) Scheid vom Adel §. 21. p. 187. ſqq. Strube *T. I. p. 559. ſqq.*

# Titvlvs III.

## De hodierna regiminis, forma in vrbibvs germanicis.

### §. 301.

Hodie ergo duplex vrbium germanicarum conditio eſt 1). Aut enim priuilegiis Principum aduocatis ſcultetisque exſtinctis iurisdictionem Principi olim competentem nactae ſunt, aut in ſtatu antiquo remanſerunt. Illae ſui quaſi iuris factae, licet nexus territorialis eiusmodi priuilegiis etiam exquiſitiſſimis non tollatur 2); in his vero Princeps etiamnum iurisdictionem per aduocatos ſcultetosque exercet, qui collegio ſenatus plerumque praeſident, aut alios eisdem officiales, eadem tamen iura exercentes, ſubſtituit.

1) Vrbes hodie ratione fori ſunt (a) *Schriftſaſſicae* (Schrift-oder Canzleyſäßige) primam inſtantiam ram ſupremis territorii dicaſteriis ſortientes (b) *Amtſaſſicae*, quae officialium iurisdictioni ſubiectae. Vtraque claſſis in Marchia electorali vocatur Immediatſtädte C. C. *March.* cont. 4. p. 172. (c) *Patrimoniales* ſ. Gerichtsherrenſtädte, iurisdictioni patrimoniali nobilium ſubiectae quas in Marchia Mediatſtädte adpellant. (d) Cammerſtädte quae domaniorum Principis partem conſtituunt, atque adeo collegio camerae redituum ſubiectae ſunt; quarum tamen vix vnum alterumque exemplum in vniuerſa Germania deprehendere licet.

2)

2) Cramer: ob eine jede Municipal- oder Landſtadt, wenn ſie auch mit allen nur erdenklichen priuilegiis verſehen, jedennoch eine gewiſſe ſpeciem ſubiectionis zugleich erkennen müſſe? *T. VII.* der Wetzlar. Nebenſt. *p. 1-63.*

## §. 302.

In plerisque vrbibus germanicis immediatis et mediatis, non tamen amtſaſſicis, ſumma ciuitatis penes Conſules et Senatum eſt. *Conſulum* 1) nomen ad exemplum vrbium Italicarum libertate Romana donatarum ab ambitioſis Germaniae vrbibus vſurpatum, cum chartae medii et hodierni adeo aeui eosdem Burgermeiſter, Rathsmeiſter, Stättmeiſter, Stadtpfleger, Ammeiſter nominare ſoleant 2). *Ius nominandi Conſules et Senatores*, quod olim penes Imperatores vel Principes fuit, plurifariam cum ipſis vrbibus mediatis priuilegio communicatum fuit 3), quod tamen ab adlegante probandum eſt 4). *Hodie perpaucae vrbes* omnimodo *iure nominandi Conſules* et Senatores *vtuntur*, ſed *plerumque eosdem Principi praeſentant*, *vel* certe *confirmationem* factae nominationis *petere* coguntur 5). *Alicubi praeſes* collegii ſenatorii *a Principe conſtituitur.*

1) GE. ENGELBRECHT *de conſulibus.* Helmſt. 1699. Ien. 1716. IO. PETR. DE LVDEWIG ſ. reſp CAR. GOTTL. KNORRII *diſſ. I. R. et G. de ſenatoribus et conſulibus.* Hal. 1721. 1739.

2) knorre *l. c. p. 68. ſqq.*
3) Strube T. I. p. 559. ſqq.
4) engelbrecht *c. 2. §. 2. ſqq.*
5) knorre *p. 65. ſqq.* C. C. *March.* V, 1. p. 17. 36. VI, 1. p. 407. 438. Heinrichſtädt. ſtat. c. 2. Brſchw. Lüneb. Privatr. §. 166. C. C. *Holſat.* T. I. p. 636. ſq. Erfurt. Ordn. p. 34. 119. ſq.

## §. 303.

Forma regiminis in vrbibus tantum non omnibus ita comparata eſt, vt *Senatus in cauſſis* grauioris momenti, *quae nomine* vniuerſae *ciuitatis concluduntur*, *deputatos ciuium* [Bürgerdeputirte, der äuſſere l. untere Rath], qui a collegiis mercatorum opificumque denominantur, *in conſilium vocare debeat* 1). Certe iam Comitum veterumque aduocatorum aetate populi ratio habita eſt 2), et licet in vrbibus quibusdam Senatus potentior populum ab omni conſortio regiminis excludere ſtuderet: tot tantaeque tamen ideo ortae ſunt turbae 3), vt, peculiaribus eam in rem pactis initis iura populi in tuto collocarentur 4).

1) io. volcm. bechmann *de ciuitatis ex mutuo obligatione.* Ien. 1677. io. beni. tabor *de ciuitatum conuentionibus.* Alt. 1693. i. h. boecler *de actis ciuitatum.* Arg. 1701. io. sam. hering *de concurſu ſenatus et ciuium circa cauſſas ciuitatum prouincialium.* Sedin. 1730. conr. wilh. strecker *de collegiis ciuicis francofurtenſibus eorumque officiis iuribus et praerogatiuis.* Erf. 1751.

2) Strube T. I. p. 511. ſqq. T. V. p. 462. ſq.

3) CONRING *de vrbib. germ.* §. *131. ſqq.*

4) vid. e. g. Orth T. V. p. 1220. 1230. ſq. ſtat. *colon.* P. 2. p. 1. ibi: durch Burgermeiſter und Rath, ſampt ganzer Gemein vnd Gaffel Ampten. Magdeb. Willkühre praefat. ibi: Rathmanne vnde Innungsmeiſtere. Hamb. Receß d. 1604. mit Beliebung der Erbgeſeſſen Bürgerſchaft. Mühlhauſ. ſtat. lib. I. a. 3. §. 1. p. 9. ſq. aliaque huius generis ſtatuta quamplurima.

## §. 304.

Potiſſima Conſulum et Senatorum cura in vrbe rite tuenda conſeruandaque continetur. Hinc nouos ciues recipit et iure ciuitatis donat 1), receptisque publicam tutelam praeſtat, quod praeſertim ad collegia opificum ipſorum tutelae ac protectioni commiſſa 2) ſpectat. Quae curam politiae, incendiorum 3) cet. ſpectant, multis in locis peculiaribus collegiis politicis [Policeyamt, Oberpoliceycommißion] commiſſa ſunt, in plurimis autem vrbibus ad collegium ſenatorium vnice referuntur 4). Si vrbs iurisdictionem priuilegio Principis conceſſam tenet, hanc quoque Senatus exercet, niſi quod in cauſſis criminalibus ſententia a Principe confirmari debeat 5). De cetero haec *iurisdictio* plerumque *vniuerſam* vrbis *campimarchiam* 6) [Feldmarke] complectitur.

1) ſunt, qui *conſenſum Principis* ad re[illegible] vrbem *requirunt*, ſed *perperam.* [illegible]

intereſt, ciuium numerum augeri, nec Senatus ciuem recipiet, quem lege recipi vetitum. Interdum tamen Principes ſibi ius, ciuitate aliquem donandi, expreſſe reſeruarunt. Heinrichſtädt. ſtat. p. 12. Interdum etiam faciliora reddunt initia nouis ciuibus. vide e. g. de his terris HANNESEN *de ſtatu ciuitatis* §. 20. *p.* 36. C. C. *March. III*, 1 *p.* 293. *IV*, 3. *p.* 171. Würtemb. L. O. t. 2.

2) Reichsſchl. wegen der Handw. Mißbr. de 1731. §. 1. hinc ſingulis collegiis ſenator protector datur, qui inde Gildeherr, Morgenſprachsherr. cet. dicitur.

3) GE. FRID. DEINLEIN *de ſingulari cuſtodiendarum ignium cura et inſpectione ſ.* von der Feuerſchau. Alt. 1731. 1748.

4) exempli loco eſt directorium politicum Berolinenſe C. C. *March.* cont II. p. 55. ſqq. C. C. *Culmbac.* P. I. V. 1. p. 325. P. II. V. 2. p. 423. ſqq. conſt. guelph. d. 25. Ian. 1748. Woltereck p. 408. GE. HENR. AYRER *de S. R. I. principe politiam circa ſtudia et commercia ciuium rite adornante.* Goett. 1745. HEVMANNI *initia c.* 36. *p.* 421. *ſqq.*

5) Strube von der Städte Gerichtbark. T. V. p. 457. ſqq. cf. etiam I. A. HANNESEN *de opinata ſenatus in cauſſis ad ciuitatem ſpectantibus recuſatione.* Goett. 1750. et CHR. GOTTL. BVDER *de modis adquiſitae a ciuitatibus iurisdictione criminalis.* Ien. 1749.

6) CHR. VLR. GRVPEN *obſeruat. rei agrariae Germaniae* 1) *de marchis ciuitatum et villarum* von den Stadt- und Dorf- Feldmarken; cuius plenum titulum vide §. 139.

§. 305.

## §. 305.

*Reditus vrbis* ex rebus praediisque patrimonium vrbis conſtituentibus, inprimis vero ex collectis, quae Principum conſenſu ciuibus et interdum exteris quoque tranſeuntibus imponuntur, proueniunt, quae varia nomina ex vſu Germaniae ſortiuntur, Schoß, Bürgerſchoß 1), Uhtzinſe 2), Heuerſchilling 3) et quae ſunt huius generis alia. Hi aliique reditus v. c. pecunia quae a nouis ciuibus exigitur, Bürgergeld, Heiligengeld 4) cet. dicta *aerario vrbis* 5) [Stadtkaſten, Cämmerey] inferuntur, et ſalariis aliisque publicis vrbis commodis deſtinantur. *Iure fiſci* autem haec *aeraria vrbium non vtuntur* 6), cum hoc ſoli Principi vi ſuperioritatis territorialis competat. In Saxonia tamen 7) vrbes, iurisdictionem criminalem exercentes et quaedam etiam extra Saxoniam 8) parte *iuris fiſci*, nempe iure occupandi bona vacantia 9) exornatae ſunt; quod *priuilegium* nec vi ſolius aerarii vrbici, *nec vi recepti iuris Lubecenſis impetratur* 10), cum conceſſio iuris Lubecenſis ea iura non tribuat, quae magiſtratui Lubecenſi vi ſuperioritatis territorialis competunt 11), nec alienationes regalium, Principe hoc diſerte non exprimente, praeſumantur.

1) Chr. Lor. Bilderbeck kurze Ausführung einiger die Materie des Bürgerſchoſſes betreffenden Fragen; im Anhang des Zelliſch. Stadtr. p. 97. ſqq. Strube

T. I. p. 590. ſqq. C. C. *Magdeb.* III, 87. ſq. VI, 56. 59.

2) quae v. c. Mindae competit. F. G. Piper Abhandlung vom Alterthum und dem Umfange der Cameralwiſſenſchaften. (Halle 1760.) p. 39.

3) G. SILLEM *de cenſu habitationis collecta reali non perſonali.* Gieſſ. 1756.

4) HANNESEN *de ſtatu ciuitatis* §. 20. *p.* 36. *ſq.*

5) CHR. GOTTL. HOFFMANN *de aerariis priuatis.* Lipſ. 1721.

6) CAR. ERDM. KIRITZ *de iure fiſci mero imperio haud cohaerente.* Ien. 1722. GOTH. LVD. MENKEN ſ. reſp. IO. CHR. PESLER *ius fiſci mero adhaerens imperio.* Vit. 1735. CAR. FRID. MENSER *de iure fiſci ad ciuitates municipales pertinente.* Lipſ. 1744. MARC. CHR. SCHAAFF *de iure fiſci ad ciuitates mediatas ſ. municipales non pertinente.* Goett. 1757.

7) Schaumb. Sächſ. Recht P. II. p. 568. ſq. Sächſ. L. O. P. 3. C. 17.

8) quod priuilegium v. c. apud nos vrbibus Hamelenſi, Vlzenſi et Stadenſi competit. ANT. LVD. SEIP *de iure occupandi exuuias defunctorum ex vtroque priuilegio Stadenſi.* Goett. 1748. PVFENDORF *obſ. III,* 14. et *elem.* mea *iur. B. L.* §. 71. §. 366.

9) GE. HENR. AYRER *de iure occupandi bona vacantia.* Goett. 1740.

10) J. C. H. Dreyers Bedenken, ob die mit dem Lübſchen Recht bewidmete Landſtädte ſich des Rechts, erbloſe Güter ihrer verſtorbenen Bürger zu ſich zu nehmen, nach dem a. 14. t. 2. l. 2. iur. lub. zu erfreuen haben. Kiel 1753. GE. LVD. BOEHMER progr. *de receptione iuris Lubecenſis ius fiſci non inferente.* Goett. 1757.

11) H. H. ENGELBRECHT *de eo quod eſt ſuperioritatis territorialis in iure Lubecenſi.* Gryph. 1742.

§. 306.

## §. 306.

*Adminiſtratio aerarii vrbani* 1) collegio ſenatorio omnino competit, vocatis tamen in partem deputatis ciuium (§ 303.); neque etiam Principes olim negotia vrbana curabant, praeſertim cum vrbes nimis eſſent potentes debitumque Principi obſequium ſaepe denegarent. *Nouiori* autem *aetate*, mutato territoriorum reique militaris ſtatu, vrbes facile ad obſequium redactae ſunt 2); atque adeo *Principes* vi ſupremae politiae *alienationem rerum ad ciuitates pertinentium* non niſi *ipſorum conſenſu fieri voluerunt*, et *ſingulis* quoque *annis rationes redituum* vrbis recte et ex iuris ſententia *exegerunt* 3).

1) GE. SCHVBARTH *de adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium.* Ien. 1694.

2) Strubens R. St. T. I. p. 565. ſqq.

3) C. C. *March.* V, 1. p. 400. II, 1. p. 567. 669. cont. IV. p. 165. Erfurt. Ordn. p. 90. 305. 350. ſqq. Brſchw Lüneb. Privatr. §. 168. C. C. *Culmb.* T. II. V. 2. p. 425. 475. 521. 741. C. C. *Holſat.* T. I. p. 642. ſq. C. C. *Oldenb.* T. IV. p. 20. ſq. Gerſtlachers Würtemb. Geſ. lib. II. §. 58. 59. Mecklenb. P. O. p. m. 284. ſq. Schaumb. P. O. p. 362. ſq. Weſtphäl. P. O. p. 119.

TITV-

# Titvlvs IV.

## De patriciis.

### §. 307.

In pleriſque vrbibus Germaniae mediatis ius adſpirandi ad dignitates ſenatorias et conſulares ab arbitrio Principis vel vrbis vnice dependet 1). In vrbibus vero immediatis ducatus potiſſimum Franconiae et Sueuiae, et in quibusdam Saxoniae vrbibus 2) haec praerogatiua natalium eſt et gentilitia. Iam qui virtute natalium nanciſcendae eiusmodi dignitatis aditusque in curiam priuilegio vtuntur, *patricii* 3, Geſchlechter ſ. Rathsfähige Geſchlechter adpellantur.

1) *Salzae* tamen *Stasfurti* in ducatu Magdeburgico patricii iique nobiles magiſtratus capeſſunt. KNORRII *differ. I. R. et G. de Conſ. et Senat. diff. 3. not. d. p. m. 21. ſq.* Idem obtinet *Luneburgi.* cf. J. H. Büttner Genealogien der vornehmſten Lüneburgiſchen adelichen Patriciengeſchlechter. Lüneb. 1704. f.

3) cf. Scheid vom Adel p. 190. ſqq.

3) e ſcriptoribus de patriciis notandi potiſſimum: IO. IAC. DRACO *de origine et iure patriciorum.* Baſil. 1617. IO. PAVL. FELWINGER *de patriciis,* Alt. 1655. IO. SCHILTER *de ſublimi patriciatus honore* Ien. 1673. ACHAT. CHR. RANGER *de patriciis.* Regiom. 1684. et cum notis ANONYMI. Gieſſ. 1740. ALB. CHR. GIEBEL *de iuribus patriciorum ſingularibus iisque ſuperemmentibus.* Erf. 1700. POL. LEYSER *de origine patriciorum Germaniae.*

*maniae.* Helmſt. 1727. OCTAV. GENTILIVS *de patriciorum origine, varietate, praeſtantia et iuribus.* Rom. 1736. Ludw. Gottfr. **Mogen** Abhandlung von dem Urſprung, Fortgang und heutigen Zuſtand der Regimentsverfaſſung in der Reichsſtadt Frankfurt, wobey die Rechte der daſigen adelichen Geſellſchaft Altlimburg, ſowohl in Anſehung des alleinigen Geſchlechterſtandes, als der Stadtregierung in gehöriges Licht geſtellet wird. Gieſſen 1755. f. Oppoſitus hic liber MOGENII doctrinis ORTHII *T. III.* der Anmerk *p. 693-726. p. 902-952.* eique reſpondit laudatiſſimus ORTHIVS *T. V. p. 1199-1254.* IO. CHR. GATTERER *hiſtoria illuſtris gentis Holzſchuherianae.* Norimb. 1755. f. cuius pars generalis illuſtrandis Patriciorum originibus iuribusque egregie inſeruit. CAR. FRID. PVDOR *de patriciis medii aeui.* Lipſ. 1758. cf. etiam **Moſers** Staatsrecht T. 42. p. 439. ſqq.

## §. 308.

In *originibus patriciorum* 1) et patriciatus deducendis mire diſſentiunt viri docti. Equidem ſic teneo. Fuerunt ſine dubio ab antiquiſſimis inde temporibus in vrbibus germanicis gentes militares, quas nobiles dixit poſterior aetas 2). Has quidem Imperatores, Duces, Comites prae ceteris, officiis vrbanis auxerunt, licet olim populi partes in regenda vrbe nullas fuiſſe haud adfirmauerim 3). Sublatis poſtea aduocatis et ſcultetis vrbium (§. 300.) cum vrbes quodammodo ſui iuris fierent, et hae gentes militares priſtino gradu ſe deiici nollent, nec tamen populum ad conſortium regiminis admitti vellent: hor-

rendae

rendae ea de re turbae ortae ſunt 4) iisque effectum eſt, vt vel omnis Patriciorum memoria aboleretur 5), vel certe populus rempublicam vna cum patriciis capeſſere iuberetur 6).

1) Nota eſt de *militibus agrariis* diſputatio ex loco WITICHINDI *lib. I. annal. p. 643.* ex quo patriciorum origines plerumque deriuantur; quod quidem poſt KOEHLERVM, SCHEIDIVM aliosque negaui, in c. *de iurib. ingen. p. 41.* et hos milites agrarios ruſticos fuiſſe ſtatui; qua de re docta eſt ſecus ſentientis eosque nobilitati adſignantis diſputatio amiciſſimi IO. CHR. GATTERERII *l. c. P. gen.* §. *1.* de qua alibi fuſius, quid ſentiam, exponam. Erlangiſche Anzeigen 1754. p. 57. ſqq. B. HAEVESCHE *de nobilibus vrbium germ. ciuibus pactitiis.* Lipſ. 1755.

2) cit. c. mea *de iur. ingen. c. 1.* §. *14. ſqq.* GATTERER *l. c.* §. *1. p. 4 ſqq.*

3) Orth T. IV. p. 693. ſq.

4) CONRING §. *171. ſqq.*

5) hinc in vrbibus mediatis plerisque patriciorum dignitas abolita. vide tn. de vrbibus Stasfurto et Salza in ducatu magdeb. KNORRII *diff. de Conſul. et Senat. p. 21. ſq.* de Luneburgo BVTTNERVS l. c.

6) in vrbibus aliquot immediatis etiamnum ſuperſunt patricii vt tamen populi quoque aliquae ſint in regenda rep. partes. Exemplo Francofurti ad Moenum, Vlmae, Auguſtae Vindelicorum, Lubecae hoc probauit RICCIVS in *ſpicil. p. 284. ſqq.* Certe ſola Norimberga priſtinam formam ſeruauit. GATTERER *l. c.*

§. 309.

## §. 309.

Qui ergo ex eiusmodi familiis, antiqua poſſeſſione dignitatis patriciae non deiectis, procreati ſunt, virtute natalium ius adſpirandi ad dignitates conſularem et ſenatoriam nanciſcuntur. Hae ipſae tamen familiae cum nouiori aetate funeribus paſſim exhaurirentur: factum eſt, vt hinc inde decreto Senatus nouae familiae a Senatu cooptarentur, cum quibus haec ipſa dignitas patricia communicaretur, quae cooptatio ſaepe codicillis Imperatorum confirmata eſſe legitur 1). Hinc ergo *patricii* recte in duas claſſes deſcribuntur, cum alii *originariam hanc dignitatem* hereditario iure ad poſteros ſuos tranſtulerint, aliis vero *cooptatione* demum et *lectione in ſenatum* eamdem adquirere contigerit 2).

1) Recte ergo GATTERERIVS *l. c.* §. *2. p. 19.* patriciorum familiam in *primos patres* et *cooptatos* deſcribit.

2) Ita Norimbergae ex priuilegio Leopoldi d. 18. Nou. 1696. nouo more ab Imperatoribus rei geſtae confirmatio petenda eſt. GATTERER *l. c. p. 20.*

## §. 310.

Iam quod ad ſtatum et natales patriciorum attinet, vtrum nobilibus accenſendi ſint vel ciuium ordini adſcribendi, admodum diſceptatur. Qua in re omnino primi patres a cooptatis (§. 309.) ſeiungendi ſunt. Scilicet *patricii*,

*patricii*, qui vocantur, *originarii* vel primi tantum non omnes *e gentibus militaribus orti*, atque adeo *eodem cum nobilibus iure vtuntur*; quo factum, vt ad ludos equeſtres 1), capitula 2), ordines equeſtres cet. admitterentur et indubitata nobilitatis praerogatiua conſpicui haberentur 3). Multi tamen aut amiſſa patriciorum dignitate (§. 308.) aut contractis cum ordine ciuium matrimoniis, aut commercio adeo ciuico priſtino natalium ſuorum ſplendore deiecti ſunt, in quorum oppoſitione alii qui nobilitati ſuae nuncium haud miſerunt, *patricii nobiles* nuncupantur. Secus dicendum eſt de *patriciis cooptatis* 4). Hi enim cum non ſemper e familiis nobilibus in ſenatum legantur: facile colligitur ipſos neque nobiles haberi, niſi aut originariam nobilitatem probauerint, aut codicillis imperialibus ſibi eumdem obtigiſſe euicerint.

1) IO. CHR. GATTERER *de ludo equeſtri ab Henrico Imp. Noribergae 1197. celebrato et de nobilitatis diplomate ab eodem Imperatore patriciis Noribergenſibus conceſſo, itemque de ſigillo peruetuſto Herdegeni Holzſchuheri.* Alt. 1752.

2) I. P. O. a. 5. §. 17.

3) CRAMER *c. 4. §. 7. p. 247. ſqq.* GATTERER *hiſt. gent. Holzſchuh. P. gen. §. 13. ſqq.*

4) Riccius vom Adel p. 327. ſqq. Orth T. V. p. 276.

Sectio

# Sectio II.

## De ivre civitatis et diversis civivm ordinibvs.

## Titvlvs I.

### De ivre civitatis eivs adqvisitione et amissione.

### §. 311.

Expoſita nunc vrbium germanicarum origine et formula regiminis antiqua et hodierna, transeundum eſt ad ſingulorum ciuium iura: qua in re quum omnia ad genuinam de *iure ciuitatis* 1) notionem redeant, de hac quidem ante omnia diſſeramus.

1) HERM. CONRING *de ciue et ciuitate*. Helmſt. 1653. IO. EICHEL *de iure ciuitatis*. ib. 1662. WILH. LEYSERVS *de iure ciuilitatis*. Vit. 1681. SAM. STRYK *de reſignatione ciuitatis*. Hal. 1699. IO. ANDR. HANNESEN *de ſtatu ciuitatis eiusque iuribus*. Goett. 1751. THEOD. GE. WILH. EMMINGHAVS *de adquiſitione et reſignatione iuris ciuitatis*. Ien. 1753.

### §. 312.

Vrbes germanicae pleraeque ſi originem earumdem ſpectaueris, publicae ſecuritatis cauſſa exſtructae, vallis murisque cinctae ſunt (§. 297.). Iam cum incolae vrbium recens

exſtructarum cereuiſia coquenda, mercatura et opificiis potiſſimum rem quaererent: factum eſt, vt hi ipſi rei quaerendae modi *negotiatio ciuica*, *commercium ciuicum* [die bürgerliche Nahrung] adpellarentur. Complexus ergo iurium commercium ciuicum ſpectantium 1) cum iure adquirendi bona immobilia in vrbe vel eius campimarchia ſita, *ius ciuitatis* [das Bürgerrecht] vocatur, idque vel *plenum* eſt vel *minus plenum* 2) [das groſſe und kleine Bürgerrecht] prout nempe haec iura vel omnia vel ex parte tantum conceduntur. Qui vero eiusmodi iurium particeps fit, *ciuis*, *burgarius*, *burgenſis* ſ. Bürger adpellatur.

1) GOTH. STOESSER *de iure commercii ruſticis denegato*. Arg. 1671. Eiſenharth Recht der Sprichw. p. 57. ſqq.

2) EMMINGHAVS §. *10. p. 11.*

## §. 313.

*Ius conferendi ciuitatem penes ſenatum* vrbicum eſſe ſupra euicimus; (§. 300.) dummodo perſona ciuitatis iure augenda non talis ſit, quam lex vel obſeruantia recipi prohibeat, quo fit, vt nec *Iudaeis* (§. 212. 213. 214.) nec *bannitis* 1) ius ciuitatis conferri queat. In primis vero *homines proprii* ab antiquiſſimis inde temporibus ciuitatis expertes fuerunt 2). Scilicet cum iam olim burgenſes eſſent ingenui (§. 228.): indignum eſſe putabatur, hominem proprium in conſortium ciuitatis reci-

pi 3), eumque poſtea, re ita ferente, a domino vindicari, praeſertim cum haec res bellis ſaepe et diffidationibus occaſionem praeberet. Introductum ergo eſt, vt nemo ciuitatis iure condecoretur, niſi natalium ingenuorum probatione edita [das Mannrecht beweiſen] 4) et *cerocenſitam* 5) ſe non eſſe [daß er nicht wachszinſig ſey] probauerit et teſtimonia magiſtratus ſui ideo in medium protulerit 6). Enimuero cum homines proprii ſaepe libertatem mentiti in ciues reciperentur, vrbibusque varia inde incommoda crearentur: data ſunt multis vrbibus *priuilegia*, vt *qui* vnum pluresue annos 7) *ciuitatis ius quiete* nemineque contradicente *tenuiſſet homo proprius*, eo ipſo *in libertatem vindicaretur*.

1) his enim omne refugium denegat Landfriede d. 1521. t. 2. O. C. d. 1555. P. 2. t. 10. §. 3. cf. *Eſſai de l'hiſtoire du ban, ou du vingtieme article de la Capitulation.* (1761. 4.) p. 10. ſq.

2) POTTGIESSER *de cond. et ſtat. ſeruor. lib. III. c. 18.* §. 5. c. mea *de iurib. ingenuor. c. 1.* §. *12. p. 36. ſqq.* CAR. FRID. WALCHIVS *de homine proprio ciuitatis experte.* Ien. 1758.

3) huc tendit paroemia: keine Henne fliegt über die Mauren. Eiſenharth p. 51. ſq.

4) WALCHIVS l. c. §. 8.

5) PVFENDORF III, 22. A. R. J. Bünemann in den Hann. Anzeigen 1750. n. 22. 30. LVDOLF *obſ. 167.*

6) Legem imperii comitialem a. 1232. ſuper hac re latam habet LEHMANNVS II, 2. Pfälz. L. O t. 6. §. 1. Würtemb. L. O. t. 2. §. 1. Erfurt. Ordn. p. 112. ſtat. *Nördling.* P. 2. t. 1. §. 2. de terris *Holſaticis* ac *Slesuicenſibus* vide IO. ZACH. HART-

HARTMANNVM *de praeſcriptione nunc decennali nunc Saxonica, homines proprios nobilium Slesuic. ac Holſat. a poteſtate dominica liberante.* Kil. 1735. Brem. ſtat. a. 4. Münſteriſche P. O. c. 10. p. 22. Augſp. Stadtr. c 57. de vrbe *Stada.* PVFENDORF III, 22. HONTHEIM *hiſt. Treuir. diplom. T. III p. 157.* Mecklenb. Erblandsvergl. §. 330. ſq. Oberlauſitz Unterthanenordn. t. 1. Niederlauſitz. L. O. t. 2. §. 9. Pommerſche Baurenordn t. 4. Osnabr. Eigenth. ordn. c. 13. §. 13. Stad= und Budjad. L. R. a 1. Churcölln. concordata d. 1538. §. 34. Orth T. IV. p. 591. EMMINGHAVS *memorab. ſuſat. p. 319.* Mindiſche Landesvertr. p. 201. Kreitmayr ad ius bau. T. I. p. 315. *Ius brunſu. luneb.* §. 174. Steins Abhandl. des Lüb. Rechts P. I. p. 105. ſq. Mühlh. ſtat. lib. I. a. 81. §. 1. iunct. a. 82 §. 1. 2. Magdeb. P. O. c. 16. §. 1. 2. C. C. *March.* III, 1. p. 293. Reform. *Wetzlar.* p. m. 49. C. C. *Culmbac.* T. II. Vol. I. p. 297. cf. etiam EMMINGHAVS §. *17. 18.* Gothaiſche L. O. P. 2. c. 1. t. 1. Altenb. P. 2. c. 1. t. 1. Henneberg. L. O. p. m. 6. Danziger Willkühr P. 3. c. 2. Eiſenach. Verordn. d. 9. Nou. 1751.

7) *Annalis* haec libertatis *praeſcriptio* obtinet Bremae, Argentorati, Goslariae, Annaeuillae, Lindauii, Nordhuſae, Spirae, Lubecae, Coloniae Agrippinae, Viennae, Dattenriedii, in abbatia Cellae Dei (Gotteszell in Bauaria), Altenburgi, Iſenaci, Vlzenae, Hamelae, Brunſuigae, in ciuitatibus Magdeburgicis; *decennalis* Hamburgi, Mindae *tricennalis* in Bauaria, XXX vel XL annorum in epiſcopatu Oſnabrugenſi, quod docte probauit CHR. GOTTL. RICCIVS *de praeſcriptione Germanorum c. 17. p. 142-167.*

## §. 314.

*Ius ciuitatis* vel *natiuitate adquiritur* vel receptione. *Naſcuntur ciues*, quorum parentes

tes 1) tempore natiuitatis iuribus ciuitatis vſi ſunt; *adquiritur* vero facta a ſenatu receptione, vnde diſcrimen *ciuium originariorum* 2) et *nouorum* permanauit.

1) interdum feminam peregrinam ducere non licet, niſi eadem certam bonorum quantitatem poſſideat e. g. Wetzlariae 300. flor. *Reform. Wetzlar* p. m. 48. ſq. Francofurti ad Moenum viduam vel filiam ciuis ducentes facillimis conditionibus ciues fiunt. Franckf. Beyſaſſenordn. 1708. §. 8. et reſolut. Caeſar. d. 14. Mart. 1732. Münſteriſche P O. c. 10. p. 22. Plerumque tantum a parte patris ciuitas requiritur, niſi quod mater peregrina, contracto matrimonio, ciuitatem redimere debeat. PVFENDORF I, 80.

2) HENR. HILDEBRAND *de iure ciuium originariorum.* Alt. 1724.

## §. 315.

Si ſenatus in receptionem noui ciuis conſenſit, certum pretium ſoluendum eſt, quod Bürgergeld, Heiligengeld cet. vocant; et pars eius a filio, qui natus eſt ciuis, cum ſeparatam inſtituit oeconomiam, praeſtanda eſt; quae tamen pecunia iuſſu Principis interdum vel omnis vel ex parte remittenda eſt 1) [§. 301.]. Soluta hac pecunia *iuramentum ciuicum* 2) [der Bürgereid] praeſtatur, quo promittitur, nouum ciuem albo ſ. cataſtro ciuium 3) inſcriptum, Senatui obſequium praeſtiturum, nihilque facturum eſſe, vnde vrbi incommodum poſſit et praeiudicium inferri;

cuius iuramenti praeſtatio plerumque honoratioribus perſonis, iure ciuitatis auctis, remittitur 4).

1) HANNESEN §. *20. p. 36. ſq.*

2) LVDERI MENKENII diſſ. *de iuramento ciuium* ſ. **Bürgereid.** Lipſ. 1687. in Vol. diſſ. p. 159. ſqq.

3) NIC. CHR. LYNKER *de cataſtris*. Ien. 1692.

4) vide e. g. C. G. O. P. I. t. 63. R. I. N. §. 141. de academia Goett. C. C. *Cal.* c. 1. p. 725. C. C. *Cell.* c. 1. p. 846.

## §. 316.

*Obligationes* noui *ciuis* tantum non omnes ex iuris collegialis principiis diiudicandae ſunt; vt adeo ea omnia facere obligetur, quae ad conſeruationem ſecuritatemque vniuerſitatis neceſſaria ſunt, niſi eadem iuramento ſubiectionis 1), Principi praeſtando, contraria eſſe intelligantur 2). Non ergo oneribus publicis vrbi praeſtandis 3) nec operarum vſitatarum praeſtationi 4) ſe ſubtrahere poteſt, niſi priuilegium exemtionis in medium proferre valeat.

1) IO. GE. CHLADENIVS *de iuramento ſubiectionis praeſertim in euentum praeſtari ſolito occ. a. XI. §. 7. I. P. O.* Vit. 1727.

2) GE. HENR. AYRER *de abuſu iuramentorum e rep. proſcribendo*. Goett. 1741. *ſ. 2. §. 16. p. 69. ſq.*

3) **Bilderbeck** in adp. iuris ſtatut. cellenſ. p. 97. ſqq. AYRER *l. c. c. 2. §. 19. p. 77. ſqq.* cf. etiam IO. GOTH. BAVER *de ciue nouo ad collectam ob debitum ciuitatis antiquum ſoluendam obligato.* Lipſ. 1741.

4)

4) CHR. GOTTL. BVDER ſ. reſp. CASP. ACHAT. LVD. SCHMID *de operis burgenſium.* Ien. 1748.

## §. 317.

Si quis domicilium alibi conſtituit, aliique vrbi tamquam ciuis ſe adſcribi patitur, ius tamen ciuitatis etiam abſens continuare ſtudet: *Vsburgerus* 1) vocatur [Ausbürger, Ausleute, ausgeſeſſene Leute]. Sunt quidem aliquot vrbes, quae ciues ſuos alii ſe ciuitati adſcribi paſſos, iure ciuitatis omnino priuant, 2) vbi Vsburgeri locum non inueniunt; in plerisque tamen vrbibus abſentes quoque et domicilium alibi conſtituentes ius ciuitatis continuare poſſunt, modo onera publica abſentes ſoluant, et reliqua ciuium officia quoque exſequantur 3).

1) IAC. WENKERVS von Ausbürgern in *collectan. iur. publ.* (Arg. 1702.) *p. 229. ſqq.*

2) de iure *hamburgenſi* et *gedanenſi* hoc probauit EMMINGHAVS §. *24. 25.* idem ſancit Nördl. Stadtr. P. 2. t. 3. §. 1. 2. ratione opificum.

3) Mühlhäuſ. ſtat. lib. I. a. 81. §. 4. 5. Lüneb. Stadtr. P. 9. t. 18. p. 159 ſq. Zell. Stadtr. p. 20. Frankf. Bürgervertr. d. 1613. §. 8. Orth T. IV. p. 146. 178. 184. ſq. aliaque iura ſtatutaria quam plurima, quae congerere non iuuat. LVDOLF *obſ.* *167.*

## §. 318.

Longe autem deterior eſt conditio *Pfalburgerorum* 1). Hoc nomine deſignabantur ſubditi,

diti, qui in fraudem domini territorii, et vt ipſum vexarent, in vrbis cuiusdam potentioris protectionem ſe darent, et ciuitatis iure ab eadem ornari ſe paterentur, licet ſolum non mutarent, ſed in patria ſua vtplurimum reſiderent. Orta inde ſunt olim ex priſtina iuris manuarii licentia 2), multa bella et diffidationes; eoque factum, vt non tantum ipſae vrbes de non recipiendis alterius ciuibus inter ſe paciſcerentur 3), verum etiam aurea bulla 4) legesque imperii nouiores 5) cauerent, ne quis ſubditorum in praeiudicium domini territorii, alterius ſe clientelae commendaret; eaque re omnis Pfalburgerorum memoria exſoleuit 6).

1) IAC. WENKERVS *de Pfalburgeris*. Arg. 1692. 1731.

2) d. mea *de reliquiis iuris manuarii in iure publ. et priuato germ.* §. 3. 4.

3) Orth T. IV. p. 173. ſqq.

4) tit XVI.

5) R. A. 1529 § 10 1544. §. 83 1555. §. 83.

6) Forte tamen huc retuleris ambitioſam ciuium nationem, qui ſaepius ad vexandum magiſtratum ſuum ſplendidum Conſiliarii cet. titulum potentioris Principis redimunt. Certe hi non abſimiles priſtinis *ciuibus Regis* (burgeois du Roi) de quibus WENKERVS §. *44. p. m 35. ſq.* I. H. BOCRIS *de protectione ſubditorum alterius domini territorialis inter ſtatus imperii.* Bamb. 1751.

§. 319.

## §. 319.

Quod tandem ad *amiſſionem ciuitatis* attinet, ea quidem vel priuatione vel ſpontanea reſignatione fieri ſolet. *Priuatur* quis ciuitate ob delictum, irrogata infamia, aut perpetuo exſilio indicto. *Reſignatione* vero ius ciuitatis exſtinguitur, ſi quis vel expreſſe declarat 1), ſe ciuitate non amplius vſurum eſſe, vel certe cum omnibus bonis ſuis vrbem relinquit, nec de iis paciſcitur, quae, ſi quis ius ciuitatis abſens conſeruare velit, neceſſaria eſſe demonſtrauimus [§. 317.] 2).

1) HENR. HILDEBRAND *de diſceſſu ciuium nociuo cohibendo.* Alt. 1717.

2) EIVSDEM *de iuribus ciuium originar. c. 3. §. 12. c. 4. §. 4.* EMMINGHAVS *§. 28. 29.*

# TITVLVS II.

## DE DIVERSIS CIVIVM CLASSIBVS, PRAESERTIM DE INCOLIS ET SVBVRBIIS.

## §. 320.

Ius ciuitatis plenum aliud, aliud minus plenum eſſe diximus [§. 312.]. Qui pleno optimoque iure ciues ſunt, ſtricte dicuntur burgenſes ſ. Bürger, qui praeter plenum ius commercii ciuici [§. 312.] ſoli rebus vniuerſitatis vtuntur et priuilegiorum vrbi compe-

tentium participes redduntur, iisque opponuntur reliqui incolae [Beyſaſſen, Einwohner, Medewohner] quorum tamen conditio ne ipſa quidem eadem ſemper eſſe deprehenditur 1).

1) DAV. SCHMVCK *de ciuibus, eorumque verſus incolas, pfalburgerios extraneosque iuribus ac praeferentiis.* Alt. 1628. IO. RICH. MALCOMESIVS *de incolis.* Gieſſ. 1663. IO. FRID. RHETIVS *de ciuitatenſibus.* Frf. 1664. IOS. PHIL. ELVERT *de iure incolarum.* Arg. 1709. PETR. CHR. DIETZ *de diſcrimine ciuium et incolarum, praeſertim in S. R. I. libera rep. Francofurti ad Moenum.* Goett. 1757.

## §. 321.

Vrbium germanicarum circa ciuium et incolarum diſcrimina non eadem eſt ratio. *In vrbibus mediatis* haec differentia raro deprehenditur, cum principum interſit, numerum ciuium augeri, eaque de cauſſa nouis *aduenis plerumque ſolidum* plenumque *ius ciuitatis indulgetur.* Secus in immediatis S. R. I. ciuitatibus quamplurimis. Hae enim commerciis vtplurimum florentiſſimae nimio interdum ciuium et peregrinorum numero frequentantur 1). Iam cum religio aliaeque cauſſae politicae 2) peregrinos a ſolidis iuris ciuitatis commodis arcere haud raro ſuadeant: inuentus eſt *incolatus* [Beyſaſſenrecht]; quo ipſo eiusmodi perſonae in publicam protectionem recipiuntur, [hinc dicuntur Schutzverwandten] ipſis-

ipſisque, ad dies vitae plerumque, ſpecies quaedam commercii in protectorio [Schutzbrief] definita, ſolutis tamen maioribus oneribus permittitur 3); qua tamen in re mores ſingularum Germaniae vrbium ita differunt, vt nihil fere in vniuerſum de eadem ſtatui queat 4).

1) DIETZ *l. c.* §. *14. ſqq.*

2) vide v. c. quae de *mercatoribus Italis* dicta ſunt in ERN. LVD. PREVSCHEN progr. *de iuribus mercatorum Italorum in Germania commorantium ſingularibus.* §. *12. ſqq.* et kurzer Geſchichtsverlauf in der beym Reichshofrath Rechtshängigen Sache Duomenicho Martino *Brentano* gegen Burgerm. und Rath der Stadt Frankfurth. 1755. fol. §. 47. ſqq. p. 21. ſqq. Würtemb. L. O. t. 2. Es ſollen auch unſer Amptleut und Gericht kein Wahlen oder Saphoyer, ohne unſer Vorwiſſen und Billigen zu Bürgern annehmen.

3) exemplo vrbis Francofurtano hoc illuſtrauit amiciſſimus DIETZIVS §. *34-43.*

4) de *chartulariis* ſ. Zettelleuten, qui ſordidas operas manuarias praeſtant, eiusque rei permiſſionem, redemta ſingulis hebdomadibus ſchedula, impetrant, dicere vix attinet, praeſertim cum extra Saxoniam fere nulla eorum mentio.

## §. 322.

Ab antiquiſſimis inde temporibus multi *nobiles* in vrbibus commorati eſſe leguntur, vt nempe ſecurum aduerſus belli calamitates refugium paratum haberent, vel munera vrbana nan-

nanciſcerentur 1) multique adeo nobiles intercedente pecunia vel feudis ſeruitia militaria vrbi, ad eiusdem defenſionem praeſtarent, qui ciuium iure plerumque ornati Gleven ſ. Glevenbürger 2) dicti ſunt, quorum tamen memoria abrogato iure manuario exſpirauit. De cetero etiamnum in plurimis vrbibus nobiles deprehenduntur, iique *ciuitatis ius*, ſed honoris cauſſa tantum adquirunt, cum commercium ciuicum non ſequantur, nec alia de cauſſa, quam vt aedes in vrbe adquirere poſſint, ipſis hoc ciuitatis axiomate opus ſit. Interdum perſonis eminentiſſimis in ſignum illuſtrioris honoris ciuitatis iura conferuntur, vnde nomen der Ehrenbürger 3) ſortiuntur. Quaedam tamen vrbes omnes nobiles a iure ciuitatis excludunt 4), aut easdem ipſis cum reliquis ciuibus obligationes imponunt 5).

1) lib. meus *de iurib. ex ſtatu ingen. pendentib. c. 1. §. 14. 15. 16. p. 40. ſqq.*

2) Jac. Wenkers Bericht von Glevenbürgern. cf. DAV. GE. STRVBE *de veſtitu vaſallorum*; in *parerg. goetting, lib. III. p. 167. ſqq.* SCHEID *de veſtibus curialibus*; in den Hannöv. gel. Anzeigen *de 1753. p. 967. ſq.* IDEM vom Adel *p. 185.* C. U. Grupen von den edlen Gleven; in *obſeruat. rer. et ant. germ. p. 355. ſqq.*

3) ANONYMVS von den Ehrenbürgern, beſonders in Preuſſen; in (J. M. Hanovs) Preußiſcher Lieferung alter und neuer Urkunden *T. I.* Leipz. 1755. *p. 137. ſqq.* C. F. WALCH *de nobilibus iure ciuitatis donatis.* Ien. 1764.

4) Hamb. Stadtr. P. I. tit. 2. §. 1. Es ſoll kein Ritter oder Rittermeßige Perſone in dieſer Stadt oder Weichbilde wohnen.

5) Vide e. g. Flensburg. Stadtr. a. 83. p. m. 29. Welck Ritter, Bannerher, Gudmann, wyl wanen bynnen der Stadt Plancken, de ſy plichtig allem Stadtrechte underdanigh tho weſende, ock aller Börden und Beſwarpng der Stadt.

## §. 323.

*Suburbiorum* 1) et *ſuburbianorum* quidem non vna eſt eademque per omnem Germaniam ratio. Alia enim proprium habent magiſtratum, alia eodem ſenatu cum vrbe vtuntur. Illa, licet alias ſuburbia pro parte vrbis habeantur, ſeparatum ab vrbe corpus conſtituunt, nec ſuburbani iure ciuium in vrbe vtuntur 2). Si vero vrbs cum ſuburbio vno eodemque magiſtratu regitur, ſuburbia quoque vrbibus foedere quaſi adeo iuncta ſunt, vt ſuburbanis quoque ius ciuitatis, ſi non omne, quod rarum eſt, aliqua tamen ex parte indulgeatur. Enimuero cum haec res omnis ad *pacta inter vrbem ac ſuburbium*, vel legem Principis ſuburbio ſcriptam redeat, ex his etiam integra de ſuburbiorum ſtatu iuribusque quaeſtio merito diiudicatur.

1) AHASV. FRITSCHIVS *de iure et ſtatu ſuburbiorum.* Ien. 1674. GE. STEPH. WIESAND *de iuribus ſuburbiorum.* Lipſ. 1756.

2) PVFENDORFII *obſ. I, 81.* HANNESEN *de ſtatu ciuitatis p. 38. ſqq.*

SECTIO

## Sectio III.

### De ivribvs commercii civici s. von der bürgerlichen Nahrung.

---

## Titvlvs I.

### De ivre commercii, mercatorvm, nvndinarvm, stapvlae, emporii et geranii.

### §. 324.

Potiſſimam vrbium germanicarum praerogatiuam in exercenda negotiatione ſ. commercio ciuico occupari vidimus (§. 312), quod quum iure commercii 1), opificiario, reique cereuiſiariae exercitio omne contineatur, de his quoque ſigillatim nunc exponendum eſt.

1) Fritsch *de iure pagorum c. 19.*

### §. 325.

Commercia, de quibus primo loco diſſerere iuuat, olim fere nulla in Germania fuerunt; praeſertim in ea patria noſtrae parte, quae a Romanis quam longiſſima abfuit, vbi omne adeo commercium ſimpliciſſima mercium permutatione continebatur 1). Medio autem aeuo feliciſſimis vrbium germanicarum, prae-

praeſertim hanſeaticarum 2) conatibus commercia maxime 3) adoleuerunt, et licet poſtea vniuerſum hoc ciuitatum hanſeaticarum foedus, Principum moliminibus 4), diſſolueretur 5): Principes tamen ex rationibus ſupremae politiae omni ſtudio in id elaborarunt 6), vt negotiatio commerciorumque ratio in ſingulos dies laetius efflorescat.

1) CAESAR *de bell. gall. IV. 2.* TACITVS *c. 5.* IO. CAR. SPENERI *notitia German. antiqu. lib. 4. c. 3. §. 6. p. 208.* ANONYMI Verſuch einer allgemeinen Geſchichte der Handlung und Schiffarth, der Manufacturen und Künſte. Bresl. 1751. 4. IO. GOTTL. BOEHME *de commerciorum apud Germanos initiis.* Lipſ. 1751. Aug. Lud. Schlözers Verſuch einer allgemeinen Geſchichte der Handlung und Seefahrt in den älteſten Zeiten, ex ſuecico verſa germanice prodiit. Roſt. 1761. 8. F. Wideburgs Anmerkungen p. 280. ſqq.

2) Initia potentiſſimi huius foederis ad a. 1170. refert FR. ERN. KETTNERVS in *antiqu. Quedlinb. p. 483.* alii vero ab a. 1241. ex pacto inter Hamburgenſes et Lubecenſes ſuper commerciis celebrato repetunt. DE WESTPHALEN *T. I. monum. ined. p. 1306.* cf. omnino IO. WERLHOFII *ſpecimen II. iuris germ. enucleati c. 2. §. 9. p. 132-147.* vbi multa reperiuntur, quae fruſtra alibi quaeſiueris.

3) Schlözer §. 11. p. 45. §. 15. p. 47.

4) cf. Der erbaren Hanſeeſtädte Schiffsrechnung und Seerecht. Lüb 1637. REIN. KVRIKE *ius maritimum Hanſeaticum.* Hamb. 1667. Joa. Luc. Steins Abhandlung des Lübſchen Seerechts, worin - die Verordnungen des Hänſiſchen Seerechts - mitgenommen werden; quae P. V. commentarii ad ius Lubecenſe conſtituit. Pleraque haec iura ex *iure wisbycenſi* orta, quod ab Henrico Leone confirmatum

matum vide in LEIBNITII *ſcriptor. rer. brunſu. T. III. p. 750.* et in HENR. BROKES *ſeleſt. obſeruat. for. in adp. p. 24. ſqq.* belgice ſub titulo: Dat hoochſte ende oudſte Gotlantſche Waterrecht, dat de gemeene Coopliede̅n ende Schippers geordineert ende gemaeckt hebben tot Wisbuy; in t' Boeck der Zeerechten. Middelb. 1637. prodiit cf. etiam Lenzens Brandenb. Urk. T. I. p. 54. ſq.

5) Principum contra vrbes hanſeaticas grauamina exhibet libellus rariſſimus et venenato ſtilo ſcriptus: Gründlicher Bericht auf der vereinigten Teutſchen Hanſe Stedte vermeynte Verantwortung, vnd Fliegenwedel vor etliche derſelben Hanſe Stedte newlicher Zeit außgeflogene tolle Hummeln vnnd Hundsmücken. (Helmſt. 1609. 4.) quem vide e. g. *p. 7. ſqq. p. 126. ſqq.* Tandem ſaec. XVI. hac de cauſſa, et propter diſcordiam ipſarum vrbium ruptae ſunt foederis compages, licet a. 1641. Hamburgum, Lubeca et Brema ſponſionem de ſeruando priſtini foederis vinculo iniuerint, quam vide in IOACH. DUMONT *corps diplom. T. VI. p. 228.* cf. Stein l. c. p. 5. ſq.

6) IO. GOTTL. HEINECCIVS *de iure Principis circa commerciorum libertatem tuendam* Hal. 1738. GE. HENR. AYRER *de S. R. I. principe politiam circa commercia et ſtudia ciuium ſuorum rite adornante.* Goett. 1746. CHR. GOTH. GVTSCHMID *de fauore commerciorum* Lipſ. 1750. IDEM *de mercaturae legum ferendarum auxilio iuuandae ratione ſalutari.* ib. 1752. GE. LVD. BOEHMER *de iure principis reſtringendi commerciorum libertatem in vtilitatem ſubditorum.* Goett. 1753.

## §. 326.

*Mercator* in ſenſu iuris dicitur, qui merces emit, vt easdem denuo cum lucro vendat. Iam licet mercatura pro parte commercii ciuici habea-

habeatur (§. 325.), atque adeo nobilibus eadem interdicatur (§. 247. n. 4. et leges ibi adlegatae): non omnes tamen ciues ad eamdem promiſcue admittuntur. In plerisque enim vrbibus *collegia mercatorum* 1) deprehenduntur, conſenſu et priuilegiis Principum conſtituta, ſine quorum ſcilicet conſenſu etiamnum coire non poſſunt 2). Conſtitutis ergo eiusmodi collegiis *ius probibendi* 3) omnino competit, ne alii quam ipſorum ſocietatibus adſcripti mercaturam faciant; quo fit, vt *militibus*, *clericis* aliisque mercatura recte interdicatur 4). De *feminis mercatricibus* 5) ſupra dictum (§. 196.).

1) DIET. HERM. KEMMERICH *de collegiis mercatorum*. Ien. 1739.
2) R. A. 1577. t. 38.
3) MEVIVS P. I. d. 508. BARTH. LEONH. SCHWENDENDORFER *de priuilegiis mercatorum*. Lipſ. 1685.
4) HEVMANNI *initia iur. polit.* §. 277. p. 396. ſq.
5) praeter ſupra adlegatos conferendi adhuc: PETRI SCHVLZII diſſ. *de femina mercatrice*. Roſt. 1684. CASP. A RHEDEN *de muliere mercatrice*. Brem. 1717.

## §. 327.

Fauori commerciorum legali hoc quoque tribuendum eſt, quod olim *libris mercatorum* 1) *principalibus* [Haupthandelsbuch, Maſtro] magna fides tribueretur, adeo vt mercator plenam inde probationem inſtitueret. Enimuero

cum haec res omni analogiae iuris repugnet 2), neque quis adnotatione ſua alterum ſibi debitorem conciliare queat: nouiori aetate in pleriſque prouinciis legibus 3) haec fides adeo imminuta eſt, vt inter ipſos mercatores plerumque *ſemiplena probatio* inde inſtituatur: ſin vero cum tertio non mercatore res agatur, aut ſubſcriptio debitoris accedat, aut debitum certam ſummam non egrediatur, aut intra certum tempus illud exigatur, vt ſemiplena probatio locum inueniat 4). *Iudaeorum* 5) tamen toleratorum (§. 214.) libris haec fides interdum omnino denegatur.

1) ANDR. MYLIVS *de libris mercatorum* Lipſ. 1681. IO. WOLFG. TEXTOR *de fide libri mercatoris mortui.* Heidelb. 1682. ANDR. CHR. ROESNER *de mercatorum libris.* Lipſ. 1690. IO. KLEIN *de probatione per libros mercatorum.* Roſt. 1698. HENR. BODINVS *de libris mercatorum ſuſpectis.* Hal. 1707. GERH. LANGERMANN *de probatione per libros mercatoris mortui.* Grön. 1727. IO. APEL-DORN *de libris mercatorum.* Harderou. 1727. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de mercatorum qui foro ceſſerunt, rationibus et codicibus.* Frf. 1728. IO. HIER. EDZARD *de fide librorum mercatorum.* Arg. 1740.

2) HEVMANNVS *l. c.* § 282. *p.* 406. *ſq.* diſſentit ENGAVIVS *P.* 2. *dec.* 64 *p.* 65.

3) C. C. *March.* II, 1. p. 201. 781. Cod. *Frid.* P. 3. t. 23. §. 13. 16. Sächſ. P. O. t. 30. §. 4. Altenb. P. O. P. I. c. 16. §. 9. Holſt. Landger. Ordn. P. 4. t. 16. §. 9. Brem. P. O. p. 955. ſtat. *hamb.* P. I. t. 30. a. 7. conſt. *deſſau.* d. 1697. elem. iur. *brunſu.* §. 181. Cod. *auſtr.* T. I. p. 43. C. C. *Culmb.* T. I. Vol. I. p. 238. Churpfälz. Unterger. Ordn. t. 17. §. 3. p. 31. Fränk. L. G. O.

L. G. O. P. 2. t. 15. §. 7. p. 67. **Baden. L. R.** P. I. t. 25. §. 3. p. 39 **Orth** T. V. p. 664. ſqq. Ref. *noric.* t. 8. l. 7. WOELKER T. I. p. 861. ſq. **Leipz.** ſtat. p. 48. 58. ius *lub.* lib. 5. t. 6. §. 4. **Roſtock. Stadtr.** lib. 5. t. 6. §. 6. ſqq. **Schaumb. P. O.** p. 404. ibique **Rottmann. Solm.** L. R. P. I. t. 26. §. 3. ſq. **Naſſ.** G. O. p. m. 15. ſq. **Mecklenb. Hof- und L. G. O.** P. 2. t. 27. **Wolfenb. V.** d. 2. Dec. 1744.

4) **Ludewig** vom Beweis aus Handelsbüchern; in den Hälliſch. Anzeig. d. 1734. p. 698. ſqq. **Knorre** von Landesfürſtl Satzungen wider den Beweis durch Handelsbücher und Cramerglauben; in den **rechtl.** Anmerk *p. 8. ſqq.* REINHARTH *ad Chriſt. III, 12.*

5) vide e. g. **Churcölln.** Judenordn. c. 4. §. 5. **H. Caſſel.** Judenordn. §. 24.

## §. 328.

Commercii cauſſa *nundinae* 1) celebrantur, quae in ſollemnes et minus ſollemnes deſcribuntur. *Sollemnes*, quas *miſſas* ſ. Meſſen vocant, publico campanarum pulſu 2), coepiſſe ſignificantur [Meſſe einläuten et ausläuten], et ob ſingularem mercatorum exterorum ſolidariorum [derer, die ins Groſſe handeln] merciumque diuerſiſſimam frequentiam celebrantur, inde autem inprimis cognoſcuntur, quod non tantum mercatoribus ad easdem tendentibus *conductus* 3) a Principe praeſtetur, verum etiam nec ipſi nec merces eorum, niſi ob ſuſpicionem fugae, *arreſto detineri*, durantibus nundinis, queant 4); quae in *nundinis minus ſollemnibus* [Jahrmärkte, Wochenmärkte] plerumque ceſſant. *Ius inſtituendi nundinas* 5) ho-

 die

die quidem recte pro parte iuris territorialis habetur, licet olim Imperatori fere proprium eſſet; interim etiamnum nundinarum ſollemnium priuilegia tutius ab Imperatore requiruntur 6).

1) ANT. GLOCK *de nundinis earumque priuilegiis.* Marp. 1637. GOTH. SCHNEIDER *de nundinis.* Vit. 1649. IO. THOMAS *de nundinis.* Ien. 1650. IAC. SEB. LAVREMBERGII oratio *de ſollemnibus nundinarum ineptiis.* Roſt. 1652. CHR. LYSER *de iure nundinarum.* Vit. 1654. ERN. CREGEL *de nundinis.* Alt. 1658. AH. FRITSCHIVS *de regali nundinarum iure.* Ien. 1660. HENR. PETR. HABERKORN *de nundinis.* Gieſſ. 1670. IO. GE. EVERBACH *de nundinis.* Erf. 1692. IO. KLEIN *de nundinis ſollemnioribus.* Roſt. 1696. J. Ph. Orth von den Frankfurter Reichsmeſſen. Frf. 1765. 4.

2) IAC. FRID. LVDOVICI *de eo quod iuſtum eſt circa campanas.* (Hal. 1708. 1739.) *c. 1. §. 40. p. m. 31.*

3) R. A. 1442. tit. wer in offenen Bähden gefreyt seyn ſoll. §. 6. R. A. 1559 §. 33. 34. PFEFFINGER T. III. p. 167. ERN. TENZEL *de iure mercatorum ſingulari.* §. 7. CHR. WILDVOGEL *de conductore mercatorio.* Ien. 1707. Origines huius iuris deduxi in diſſ. *de reliquiis iuris manuarii in iure publ. et priuato* §. 12. *p. 38. ſqq.*

4) vide e. g. de miſſa *brunſuic.* AYRERVS *l. c. c. 2.* §. *19. ſqq. p. 75. ſqq.* et RETHMEYERI *chron. brunſu. T. III. c. 76. francofurtana* TRAVG. THOMASIVS ſ. reſp. IO. BENI. LEHNEMANN *de nundinarum Moeno-francofurtenſium hiſtoria, iuribus et priuilegiis.* Lipſ. 1738. et Joh. Henr. Herm. Fries vom Pfeiffergerichte in Frankfurt am Mayn, und vom wahren Urſprung der daſigen Reichsmeſſen; mit einem Sendſchreiben des Freyh. v. Senkenberg. Frf. 1752. 8. *de Lipſienſi* IAC. HENR. BORNdiſſ. L. II. *de iure*

IO. HORIX *hiſtoria nundinarum moguntinarum delineatio.* Mogunt. 1752 *de francofurtana* ad Viadrum I. F. RHETIVS *de nundinis ſollemnibus.* Frf. 1661.

5) IO. PHIL. HAHN ſ. potius auctor reſp. IO. HORIX *de iure inſtituendi nundinas in imperio R. G.* Mog. 1752.

6) cf. oratio mea inaug. *de iure Imperatoris circa conceſſ. priuil. in territ. ſtat. imp. p.* 7.

## §. 329.

Vrbes mercatura florentiſſimae omnes *emporia* vocantur 1), licet vulgo hoc nomen ad eas tantum vrbes pertinere velint, quae omnibus omnium gentium negotiatoribus patent, praeſertim ſi merces adlatae nec vendi, niſi ciuibus, nec niſi ab his vlterius deferri poſſint, quod plerumque *ius emporii* 2) adpellatur. Interdum eiusmodi vrbes virtute priuilegiorum facultate percipiendi vectigalia de mercibus adductis et ad libram exploratis vtuntur, quod *ius geranii* 3) [Kranrecht] vocatur.

1) in *Cap. nou. a. 7. §. 2.* die Handlung treibende Städte; ex quo loco tamen emporii ius ad vrbes maritimas tantum pertinere non patet.

2) BORNIVS *l. c. diſſ. I. §. 9. p. 25. ſq.* ius *lubec.* P. 3. t. 6. a. 6.

3) SCHOTTELIVS *c. 24. p. 433. ſqq.* FRID. ABR. DE HOPFGARTEN *de iure vectigalium in S. R. I.* Lipſ. 1723. 1742. *c. 1. §. 36.*

§. 330.

Si vectores mercium ad vrbem aliquam, hoc priuilegio ornatam, adpellere, ibique merces exonerare et ciuibus ad certum tempus ad emendum proponere coguntur: *ius ſtapulae* 1) [Stapelgerechtigkeit, Niederlage] adpellatur. Hoc quidem priuilegium multis olim vrbibus commercio florentibus imperiali beneficio contigit 2); quae tamen res quum libertati commerciorum, quam respublica tuendam ſuſcepit, prorſus contraria ſit, nouiori aetate conceſſio eiusmodi priuilegiorum prohibita eſt 3).

1) OTTO PHIL. ZEPPERI *diſcurſus iurid. contra ius aggratiandi, detractionis, item ſtapulae.* Brem. 1661. GE. WILH. KVHLWEIN *de iure ſtapulae.* Lipſ. 1662. IO. SPEIMANN *de iure ſtapulae.* Corb. 1667. MICH. FRID. LEDERER *de iure ſtapulae.* Vit. 1668. IO. WOLFG. TEXTOR *de iure ſtapulae.* Heidelb. 1673. MELCH. LVBECK *de iure ſtapulae.* Regiom. 1711. 12. IO. WILH. ENGELBRECHT *de iure ſtapulae.* Helmſt. 1711.

2) de *Lipſia* vide BORNIVM *diſſ. I. §. 18. ſqq. p. 39. ſqq.* de vrbe *Mündenſi* hannouerana KVCHENBECKER in *anal. haſſ. coll. 4. p. 268.* de *Francofurto* ad Viadrum IO. WOLFG. TRIER *de iure ſtapulae vrbis Francofurtanae ad Viadrum.* Frf. 1743. de *Magdeburgo* BENI. LEVBERI *diſquiſitio planaria ſtapulae ſaxonicae ab Impp. Carolo M. Ottone M. Frid. III. reliquisque Caeſ. conſtitutae.* Dresd. 1661. 4. de *Brunſuico* AYRER *c. 2. §. 23. p. 90. ſq.* Nettelblatts Beyträge zur juriſt. gel. Hiſt. T. I. p. 609. ſqq.

3) Cap. nou. a. 8. §. 22. 23. **Cramers Wetzlar. Nebenſt.** P. 8. p. 29. ſqq.

# TITVLVS II.

## DE OPIFICIBVS ET COLLEGIIS OPIFICVM.

### §. 331.

Altera commercii ciuici pars in iure opificiario ponitur. *Res opificiaria* 1) Germanorum ab exiguis admodum initiis profecta nec vno gradu ad ſtatum praeſentem peruenit. Exſtructis vrbibus opifices quidem fuiſſe nemo dubitauerit; non tamen in *collegia* ſtatim coaluerunt 2), quae poſtea *tribus*, *vniones*, *gildas*, *coniurationes*, Einungen, Zünfte, Aemter, Brüderſchaften cet. adpellarunt 3); haec enim ſaeculis XII. et XIII. potiſſimum conſtituta eſſe commemorantur; eaque quum magnas olim in vrbibus ſeditiones excitarent, parum abfuit, quin vniuerſa abrogarentur 4). Nouiori quoque aetate vniuerſa Germania in emendandis collegiorum opificiariorum iuribus moribusque elaborauit 5), eaque de cauſſa anno 1731. illuſtre *concluſum imperii de tollendis opificum abuſibus* 6) promulgatum eſt, quod in illuſtrando iure opificiario hodierno vtramque facit paginam.

1) Ad vniuerſum ius opificiarium illuſtrandum pertinent ADR. BEYERI *tyro*. Ien. 1683. *boethus*. 1685 *magiſter prudentiae iuris opificiarii* cet. 1688. ex quibus aliisque ſcriptis concinnatum eſt FRID. GOTTL. STRVVII *ſyſtema iurisprudentiae opificiariae*

*riae in formam artis redactae.* Lemgou. 1738. P. I-III. f.

2) diſſentit LVDEWIGIVS *de opifice exule in pagis p. m. 19. ſq. et de re baſiaria tinctorum p. 13.* qui haec collegia a. 925. coaluiſſe contendit. De cetero notam ſeruilem primis opificibus abſterſi in libro *de iurib. ingen. c. 2. §. 45. p. 136. ſqq.* cf. etiam CAR. FRID. WALCH *de homine proprio ciuitatis experte § 3. p. 4. ſq.*

3) AH. FRITSCH *de collegiis opificum eorumque ſtatutis.* Rudolſt. 1669. IO. STRAVCH *de iure collegiorum opificum.* Ien. 1669. ADR. BEYER *de collegiis opificum.* Ien. 1688. Helmſt. 1727. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de collegiis et corporibus opificum.* Hal. 1723. IO. CAR. HENR. DREYER *de priuilegiis opificum falſo meritoque ſuſpectis.* Kil. 1751. IO. OTTO LVTTERLOH *de ſtatutis collegiorum opificum eorumque vſu et abuſu ſpeciatim iure Hamburgenſi.* Goett. 1759.

4) LVTTERLOH *§. 4. p. 11. ſq.*

5) CHR. HENR. HILLER *de abuſibus, qui in Germania noſtra in collegiis vigent opificum deque medelis contra eosdem adhibendis.* Tub. 1725. 1731. IVST. CHR. DITHMAR *de collegiis opificum apud Germanos emendandis.* Frf. 1731. in *ſylloge diſſ. p. 296. ſqq.* Knorrens Anmerkungen. p. 37. ſqq.

6) Reichsſchluß wegen Abſchaffung der Handwerksmißbräuche d. 1731. in der Samml. der R. A. T. IV. p. 376. ſqq. et apud SCHMAVSSIVM in *corp. iur. publ. acad. p. 1551. ſqq.* Inſertum eſt quamplurimis collectionibus legum prouincialium e. g. C. C. *Cal.* c. 4. p. 43. ſqq. C. C. *Cell.* c. 4. p. 196. ſqq. Brem. L. O. P. 2. p. 263. ſqq. C. C. *March.* V, 2. p. 765. ſqq. C. C. *Culmb.* T. II. P. I. p. 1268. ſqq Maynz. Erfurt. Ordn. p. 268. ſqq. Neueſte Pommerſche Grundgeſetze p. 273. ſqq. cf. etiam HEVMANNI *initia iur. polit. c. 32. p. 355. ſqq.*

§. 332.

## §. 332.

Vbicumque ergo eiusmodi *collegia* Principis auctoritate conſtituta deprehenduntur, eadem omnino *iure prohibendi* opificiario *vtuntur*, quo fit, vt in *pagis* 1) praediisque nobilium *non tolerentur opifices*, niſi quibus vita ruſticana prorſus carere non poteſt 2). De cetero collegia opificum hodie non niſi auctoritate magiſtratus conuenire aut ſtatuta condere poſſunt 3). *Iurisdictio* 4) ipſis nec in membra collegii nec in *opifices clancularios* 5) competit. De pretio ſtatuere non poſſunt 6), et generatim iura ipſorum collegialia et priſtina priuilegia ita interpretanda ſunt, vt nec legibus imperii et prouincialibus, nec bonis moribus contraria eſſe intelligantur.

1) IO. PETR. DE LVDEWIG *de opifice exule in pagis.* Hal. 1724. DREYER §. *4. p. 29. ſqq.* Stiſſers Einl. in die Landwirthſchaft der Teutſchen. c. 12. §. 23. p. 330.

2) *concluſ. imp.* §. 13. in f. principi tamen permittit, contra ius prohibendi opificiarium artificem aliquem habilem, re ita ferente, ad exercitium opificii ſui admittere. cf. de non tolerando in pagis opifice Mecklenb. Erblandsvergl. §. 259. ſqq. C. C. *March.* V, 1. p. 6. 49. 115. VI, 1. p. 38. ſq. 84. 89. 167. 459. C. C. *Magdeb.* III, 643. 723. V, 426. C. C. *Oldenb.* P. 6. p. 105. ſq. 226. Schaumb. Sächſ. Recht P. I. ex. 9. §. 2. 43. Steins Abh. des Lüb. Rechts P. 3. §. 497. ius *brunſu.* §. 188. KRESSII diff. p. 46. Woltereck p. 262. Naſſauiſch. P. O. p. 52. Weſtph. P. O. t. 31. §. 19.

3) MEVIVS *P. 5. d. 229.* LVTTERLOH *l. c. ſ. 3. concluſ.* §. *1.*

4) GE. HENR. AYRERI progr. *de via facti collegiis opificum ad perſequendos opificiorum turbatores nec permiſſa nec permittenda* Goett 1752 Cramer von ſpoliis, welche durch unerlaubte Pfändungen der Zünfte verübt werden. *P. I.* der Wezl. Nebenſt. *p. 119 ſqq.*

5) IO. VOLCM. BECHMANN *de opificibus et litterariis clanculariis ſ.* Böhnhaſen. Ien. 1683. 1744.

6) R. A. 1548. t. 36.

## §. 333.

Status opificum internus et fines ſingulorum opificiorum 1) priuilegiis Principum plerumque determinantur. Etiamnum non niſi perſonae liberae et integrae exiſtimationis in ſodalitates opificum recipiuntur, quem in finem *litterae natalitiae* 2) [Geburtsbriefe] requiruntur. Iure gladii gerendi opificibus interdictum eſt 3). De cetero quae circa receptionem tironum, boethorum magiſtrorumque inter opifices obſeruantur, nimis ſunt puerilia abſurdaque, quam quae hoc loco proferri mereantur.

1) IO. CHR. THILO *de diuerſorum opificiorum confuſione Germaniae parum proficua.* Gott. 1737.

2) concluſ. imp. §. 4. HENR. LINK *de litteris natalitiis.* Eiſenhart Recht der Sprichw. p. 61. ſq.

3) concluſ. imp. a. 9.

TITVLVS

# TITVLVS III.

## DE RE CEREVISIARIA ET OENOPOLIO VRBIVM.

### §. 334.

Tertia tandem commercii ciuici pars in *iure coquendi et vendendi cereuiſiam* poſitum eſt, quod, licet lex in fauorem vrbium lata vniuerſalis non adſit, ex obſeruantia tamen vrbibus proprium reputatur, adeoque nec *nobilibus*, niſi in poſſeſſione legitima conſtitutis competere demonſtrauimus [§. 288] 1).

1) praeter ſcriptores ſupra adlegatos vide adhuc: (Joh. Andr. Birners) Rechtsgedanken, welchergeſtalt denen Stådten vor denen von Adel und andern Landſaſſen die Brauurbarsgerechtigkeit allerdings zukomme, auch ſelbige, da ſie ſolche von undenklichen Zeiten her beſitzen, wie nicht weniger per rem iudicatam confirmiret worden, auſſer Zweiffel -- zu ſchůtzen. 1697. et IO. OTTO TABOR tr. *de iure cereuiſiario*. Arg. 1656. et germanice. Ratisp. 1722.

### §. 335.

Iam quamquam ius coquendi cereuiſiam recte pro parte commercii ciuici habeatur, non omnibus tamen ciuibus promiſcue competit, ſed plerumque *aedibus* cohaeret, quae inde in *braxatorias* et *coſſaticas* deſcribuntur [Brau- und Kothhåuſer]. In plerisque vrbibus

domini

domini harum aedium in certum collegium coiuerunt, quod Brauergilde, Braugewerken, Braugenoſſen adpellant, quod vel collatis in commune ſumtibus vel ſecundum ſeriem numerumque aedium [Riegebrau 1)] hoc ius exercet. Conſtituto eiusmodi collegio, nec Princeps nec magiſtratus numerum harum aedium priuilegiatarum, inuito collegio, augere poteſt, niſi lex, pacta cum collegio braxatorio, vel obſeruantia contrariam iubeant 2).

1) cf. J. F. Unger vom Verfall der Braunahrung in den Städten, und wiefern ſolche wieder möglichſt empor zu bringen; in den Hann. gel. Anz., *1752. p 1229 ſqq.* wie ſolches mit Beybehaltung des Riegebrauens geſchehen könne. *p. 1285 ſqq. p. 1317 ſqq.* et ANONYMI Abhandlung von dem vorzüglichen Nutzen zuſammen getretener Geſellſchaften bey wichtigen Unternehmungen, in den Exempeln der Brand-Aſſecurations- und Braugeſellſchaft zu Hannover; in den Hann. Beytr. *1760. p. 1489-1536.*

2) Orth T. I. p. 384. Cellis Princeps ſub auſpiciis noui regiminis vni e ciuibus ius coquendi cereuiſiam conferre poteſt; quod v. c. Georg. Ludouicus d. 25. Sept 1705. noſocomio militari (Kriegshoſpital) conceſſit; collegio tamen braxatorum gratiam redimendi huius priuilegii (die uns dermalen zu vergeben competirende neue Braugerechtigkeit) pro 200 imperialibus indulſit.

## §. 336.

De cetero cum res cereuiſiaria non poſtrema ſit politiae cura: magna etiam Principum magiſtratuumque in ea rite conſtituenda ſollicitudo

citudo verſatur. Hinc ergo publicae proſtant leges, quibus res cereuiſiaria ordinatur [Brauordnungen 1)] et miniſtri quoque iisdem obſeruandis publica auctoritate conſtituuntur.

1) vide e. g. Brauordnung der Stadt Göttingen d. 5. Nou. 1734. SCHEID *de iure coqu. cereuiſ. diſſ. II. §. 19.* Dan. Eberh. Barings Nachrichten vom Hannöverischen Broihan. (Hann. 1750.) p. 32. ſqq. HEVMANNI initia p. 343. ſqq.

## §. 337.

*Ius oenopolii* 1) ſ. vini vendendi [Weinſchank] licet a ciuibus plerumque exerceatur, pro parte tamen commercii ciuici non habetur. In plerisque enim ciuitatibus mediatis magiſtratui quidem cella vinaria [Rathsweinkeller] interdum etiam academiis 2) indulgetur; ius tamen vendendi vini plerumque Principis demum conſenſu adquirendum eſt, qui etiam inſpectores et menſores ad euitandam vini deprauationem conſtituere ſolent 3).

1) AH. FRITSCH *de iure oenopolii.* Naumb. 1660. HENR. BALTH. ROTH *de periculo et commodo in emtione vini.* Ien. 1688. IMM. WEBER *de crimine adulteratorum vinorum.* Gieſſ. 1708. 1751. 10. PHIL. DORSNER *de iure vinicopii* Arg. 1741. C. C. *march.* VI, 1. p. 462. Magdeb. P. O. c. 19. Naſſ. P. O. p. 82.

2) priuil. acad. Goetting. §. 13.

3) HEVMANNI *initia iur. polit.* §. *229. 259.* Steins Abhandl. §. 266.

## §. 338.

Quod tandem ad ius coquendi et vendendi *vinum aduſtum* 1) [Branteweinbrennen und ſchenken] attinet, neque hoc in partibus iurium ad negotiationem ciuicam pertinentium collocandum eſt. In plurimis certe prouinciis olim hodieque hoc ius merae facultatis fuit, liberoque adeo arbitrio ciuium relictum eſt; hoc tamen in territoriis tantum non omnibus introductum eſt, vt certus canon annuus [Blaſenzins] ſiue camerae redituum Principis ſiue aerario prouinciali pro libero huius iuris exercitio ſoluatur. Accedit, quod quum multum frumenti in eodem coquendo abſumatur, eiusdem praeparatio ob frumenti raritatem ſaepenumero vel omnis prohibeatur, vel arctis certe limitibus circumſcribatur 2).

1) CHR. LVD. SCHEIDII *ſingularia quaedam de eo quod iuſtum eſt circa vinum aduſtum, praecipue ad vſum terrarum brunſuico - luneb* Goett. 1739. FERD. AVG. HOMMEL *de iure vini aduſti.* Lipſ. 1753. ANONYMI Rechtsbegründete Abhandlung von Branteweinbrennen und jährlicher Bezahlung des Keſſelgeldes. Roſtock 1754

2) HEVMANNI *initia* §. 256. p. 346. ſq. Pommerſche Grundgeſetze p. 30. 335.

Capvt

# CAPVT VI.

## DE RVSTICIS LIBERIS ET HOMINIBVS PROPRIIS EORVMQVE STATV, IVRIBVS ET PRAEDIIS.

## SECTIO I.

### DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS RVSTICORVM GENERATIM.

## TITVLVS I.

### DE STATV RVSTICORVM EORVMQVE DIVISIONIBVS GENERATIM.

### §. 339.

*Ruſtici* 1) denominatio tam late patet, vt omnes ruri degentes comprehendat; in ſenſu autem iuris ſumta hominem ruri agris colendis occupatum deſignat, ſiue liber ille ſit, ſiue imperio herili obnoxius. Complexus vero iurium et obligationum ruſticos concernentium *ius georgicum* 2) [Dorfrecht, Landrecht] adpellatur (§. 59-63.).

1) WOLF. FRID. SCHROEDTER *de notione ruſticorum in Germania*, Goett. 1743.

2)

2) ſcriptis ad §. 60. adlegatis addendi: AVG. BEN. CARPZOV *de praecipuis ruſticorum priuilegiis*. Lipſ. 1678. SAM. STRYK *de diuerſo colonorum iure*. Hal. 1709. IOA. IAC. REINECCII *ſpecimen meditationum legalium in rem ruſticam et fabrilem*. Hamb. 1744. Jo. Gottl. Klingners Sammlungen zum Dorf = und Baurenrechte. T. I - IV. Leipzig 1749. ſq.

## §. 340.

Ruſtici omnes olim hodieque liberi vel ſerui dicuntur, quae tamen diuiſio ex iure patrio, non ex peregrini iuris praeceptis, eſt diiudicanda 1). Iam omnis fere *ſeruitus ruſticorum* in Germania obligatione ad operarum cenſuumque praeſtationem continetur, haec autem obligatio cum vel perſonae, et id quidem iure hereditario, vel praediis cohaereat: ſequitur, eam recte in *perſonalem* et *realem* ſeruitutem deſcribi 2). Qui in perſonali hac ſeruitute conſtituti ſunt, *homines proprii*, Eigne, Eigenbehörige, Halseigne, Leibeigne nominantur; quorum adeo conditio amiſſo praedio non tollitur. *Reliqui ruſtici*, licet ob praedia, quae poſſident, eidem ad operas et cenſus obligationi obnoxii ſint, *perſonali* tamen *libertate vtuntur* 3), eorumque obligationes ceſſo praedio exſtinguuntur, neque adeo inconcinna eſt eorum ſententia, *qui libertatem imperfectam* 4) ipſis tribuunt. Tandem qui neque perſonae neque praedii intuitu operas cenſusque praeſtant ruſtici, liberi

vo-

vocantur [Freye, Freyſaſſen], quorum tamen vt videbimus, perpauci in Germania deprehenduntur.

1) IVST. HENN. BOEHMER *de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae non Romanis deriuando, et de vſu huius doctrinae.* Hal. 1716. *Tom. I. exerc ad Pand. p.* 735-809. GOTTL. STVRM *de ruſticis neque ſeruis Romanis, neque germanicis.* Witeb. 1732. Proj. des Preuſſ. Landr. P. I. L. 1. t. 5. §. 4. Cod. iur. Max. *bau.* P. I c 8. §. 9. HEVMANNI Geiſt der Geſetze c. 13. §. 2. p. 156. cf. Kreitmayr T. I. p. 299. ſq.

2) Optime rem deſcribit *gloſſator weichb. ſax. a.* 3. §. 3. et *ſpec. ſax. lib. III. a.* 42. *p. m.* 374. zu einer Auflöſung ſollt ihr wiſſen, daß etlicher Dienſt liegt auf dem Manne, etlicher auf dem Gute. Der Dienſt, der auf dem Manne liegt, der macht ihn eigen, und heißt davon ſeruus, und der Dienſt, der da auf einem Gut liegt, machet einen nicht eigen, davon muß aber der Mann dienen dem, des das Gut iſt, darumb daß er das Gut halten will.

3) Dav Mevius Bedenken vom Zuſtand und Abſoderung und verwiederter Abfolge der Bauersleute. Stralſ. 1653. IO. WILH. GOEBEL *de iure et iudicio ruſticorum fori germanici.* Helmſt. 1742.

4) IVST. HENN. BOEHMER *de libertate imperfecta ruſticorum Germaniae.* Hal. 1732. *T. I. exerc. ad Pand. p.* 810. *ſqq.*

## §. 341.

In deducendis ſtatus ruſticorum natalibus vulgo ad medii aeui rationes 1) recurritur. Sunt enim, qui omnes olim ruſticos ſeruos

 ho-

hominesque proprios fuiſſe contendunt 2), eosque introductione iuris Romani, artibus clericorum et expeditionibus cruciatis 3) in libertatem adſertos eſſe, atque adeo pro *libertis* Germanorum reputari oportere. Enimuero ſicuti probari non poteſt, omnes omnino ruſticos ſeruos fuiſſe 4), nec olim homines proprii niſi in iis territoriis fuerint, vbi hodiedum adhuc deprehenduntur: ita nec de manumiſſione, ad quam prouocant, conſtat 5). Hoc tamen certum eſt, *magnas ſaeculis XV et XVI* circa ſtatum *ruſticorum mutationes inſequutas* eſſe 6) praeſertim cum miles perpetuus colligeretur, onera publica perpetua a ruſticis praeſtanda introducerentur, et Principes ex rationibus oeconomicis ruſticis ius hereditarium confirmarent, operarumque praeſtationem ad certam aliquam regulam in ſingulis fere territoriis reuocarent 7).

1) ANT. LVD. SEIP *de ſtatu ruſticorum ex medii aeui rationibus caute iudicando.* Goett. 1748.

2) IO. GE. ESTOR *diſquiſ. de praeſumtione contra ruſticos in cauſſis operarum*, praemiſſa GROLLMANNI diſſ. *de operarum debitarum mutationibus.* Gieſſ. 1734. rec. Ien. 1742. IO. LEONH. HAVSCHILD *de praeſumtione pro libertate naturali in cauſſis ruſticorum.* Dresd. 1738. EIVSDEM Beyſchriften von Bauren und Frohnen ib. 1741. 8. IO. IAC. REINECCIVS *de ruſtico quondam ſeruo.* Ien. 1749. A. RVD. IOS. BVNEMANNI *adſertio de ruſticorum libertate et operis contra Reineccium.* Hann. 1750.

3) I. H. BOEHMER *de imperfecta ruſticorum libertate* §. 17. IDEM *de varia iurium innouatione per expeditio-*

*peditionem cruce ſignatorum c. 2. §. 9. T. I. exerc. p. 325 ſqq.*

4) Grupens obſeruat. p. 1005. ſqq. c. mea *de iurib ingen. c. 1. §. 20. ſqq. p. 53. ſqq.*

5) Buri Erl. des Lehnrechts p. 710. ſqq.

6) Copioſius ea de re exponam in commentatione vom ehemaligen und heutigen Zuſtande der Bauren, insbeſondere in Anſehung der Dienſte, quam prelo paratam habeo. cf. GE. STEPH. WIESAND *de ortu et progreſſu ſeruitutis ſecundum ius nat. et ciuile.* Lipſ. 1762.

7) De cetero *inconcinnum eſt argumentum a priſtino ſtatu ruſticorum ſeruili ad hodiernam operarum* determinatarum vel indeterminatarum *praeſtationem.* Nam (1) ſi ruſticus libertatem in genere euicit, quam ESTOR aliique concedunt, libertatem etiam ab operis euiciſſe cenſendus eſt. Conceſſo enim toto pars quoque conceſſa eſſe praeſumitur. (2) *reſeruatio operarum*, quam ESTOR factam eſſe ait, *eſt res facti*, quae non praeſumitur, ſed ab adlegante probanda eſt. (3) ipſi homines proprii nec olim, nec hodie operas indeterminatas ſemper praeſtiterunt cf. ipſe ESTOR §. *11. p. 13.* (4 ſaepe ipſi ingenui et nobiles praedia ruſtica colentes olim hodieque operas praeſtiterunt. (5) tota haec operarum praeſtatio, ſi ab hominibus propriis diſceſſeris, realis eſt, atque adeo ſine diſcrimine natalium a ruſtico libero et ſeruo virtute praedii, quod colit, exigenda. (6) omnis de priſtina ruſticorum ſeruitute ac manumiſſione quaeſtio iuſtis probationibus deſtituitur, et (7) iura et obligationes ruſticorum pro ſingulorum territoriorum et praediorum habitu adeo variant, vt regulae generales hac de re efformari non poſſint. In exigendis ergo his praeſtationibus, *res vnice ad leges, pacta, et poſſeſſionem* librosque cenſuales redit (§. 60). Certe qui ſecus ſentiunt, ſibi ipſis et clientibus ſuis turpiter imponunt. cf. cit. c. mea *c. 1.*

§. 24. p. 66. ſqq. HEVMANNI *initia* §. 224. p. 290. ſqq.

## §. 342.

In quibusdam Germaniae territoriis, bello vaſtatis 1), accolis ex Belgio, Flandria et aliunde venientibus agri praediaque ruſtica mitioribus plerumque conditionibus colenda tradebantur, vnde *terrae hollandenſes* 2) [Holländereyen] et *flandrenſes* [Flämiſche Güter] *iusque hollandricum et flandrenſe* 3) deriuantur. Simile inſtitutum noſtra aetate Principes tenuerunt, qui hominibus ex terris Salisburgenſibus et palatinis religionis cauſſa profugis [Pfälziſche und Salzburgiſche Emigranten] praedia ruſtica colenda tradiderunt 4).

1) Braunſchw. Anzeigen 1746 p. 2349. ſqq.

2) meine Abhandlung von Holländereyen und Flämiſchem Rechte; in den Hannöv. Beyträgen *1761.* *p 649. ſqq.*

3) J. C Leſſer von dem Flämingiſchen Recht und Gütern in der güldenen Aue ohnweit Nordhauſen. Nordh 1755.

4) vide e. g. C. C. *March.* II, 1. p. 726.

## §. 343.

*Ruſtici*, qui agros Principi proprios, praeſertim in praefecturis colunt, *dominici* (olim *fiſcalini*) vocantur [herrſchaftliche-Amts-Cammerbauren] et in terris Marchiae electoralis *immediati* [Immediatbauren] 1) [§. 301. n. 1]; quibus

quibus opponuntur *patrimoniales*, agros nobilium vel vrbium tenentes [Junkernmeyer, Gutsleute, adeliche Hinterſaſſen, Mediatbauren] 2), quae diſtinctio magni momenti eſt, cum non ſemper, quae legibus prouincialibus de ſtatu ruſticorum ſanciuntur, ad ruſticos patrimoniales pertinere cenſeantur.

1) alio ſenſu in terris bremenſibus ruſtici quos **Erbexen** vocant, immediati vocantur, qui nempe in praefecturis degunt, ſed iurisdictioni praefectorum non niſi in cauſſis liquidis ſubſunt. cf. *memoriale I. deputator. bremenſ. Holmiae 1662. oblatum.* MSS.

2) elem. iur. brunſu. §. 222. ANONYMI Abhandlung von dem Zuſtand der adelichen Hinterſaſſen in den H. Schleswig und Holſtein; in **Dreyers** Abhandl. T. I. p. 361-442.

## §. 344.

Eccleſiae germanicae cum variis artibus magna agrorum latifundia adquiſiuerint 1), mirandum non eſt, ruſticos quoque in his agris degentes in earumdem poteſtatem perueniſſe, quibus magnae ſaepenumero immunitates indultae 2) ſunt. De cetero nomen ipſorum vel a ſancto eccleſiae tutelari deriuatur, vnde v. c. Martensleute 3), Peterlinge 4), Pirmannskinder 5), Ulrichsleute dicti ſunt, vel generatim ab ipſis eccleſiis earumque dote denominantur, vnde adpellationes ruſticorum *dotalium*, der Gotteshausleute, Dotal- Pfarr- Wiedemuthsbauren 6) permanarunt.

1) MOSHEMII *inſtit. hiſt. eccl. p. 291. ſqq.*

2) CHR. LVD. CRELLII diſſ. *de ruſticorum dotalium immunitate a iurisdictione et oneribus publicis.* Vit. 1755. et ANDR. FLOR. RIVINI progr. *de dotibus praediorum*, CRELLII diſſ. ſubiunctum. KRESS *de paroemia:* unter dem Krummſtab iſt gut wohnen c. 2. §. 8. Cramers Nebenſt. P. 29. p. 1. ſqq.

3) Gottl. Sam. Treuers Unterſuchung des Urſprungs und der Bedeutung des Märtensmannes. Helmſt. 1733.

4) J. Ad. Kopp von den armen Mannen, genannt die Peterlinge in Heſſen, der Wetterau, und auf dem Vogelsberg, apud KVCHENBECKERVM in *anal. Haſſ. P. 9. p. 65. ſqq.*

5) DE CRAMER *obſeru. T. II. P. 2. obſ. 689. §. 39.*

6) J. Gottl. Heineccius von Dotal- Wiedemuts- oder Pfarrbauern; in den vermiſcht. Anmerk. (Berlin 1742. 8.) *p. 74-99.* quidam etiam nomen *bargildorum* et *barſcalcorum* inde deriuant. cf. IO. GOTTL. GONNE *de ducatu Franciae orientalis* §. *38. p. 82. ſqq.*

## §. 345.

A *modo agrorum* 1) et iumentorum inde alendorum ruſtici varie denominantur. Qui enim integram curiam [einen ganzen Hof mit allem Zubehör] poſſident, et quatuor equis domino ſeruire coguntur, Vollmeyer, Vollſpänner, Fuhrleute, Anſpanner, et interdum Ackerleute; qui dimidiam, Halbſpänner, Halbmeyer; qui curiam coſſaticam maiorem vel minorem, Großköther, Kleinköther; tandem qui parum aut nihil agrorum poſſident, Brinkſitzer, Häuslinge, Einläuflinge adpellantur 2); qua tamen in

re mores Germanorum in ſingulis fere prouinciis admodum variant 3).

1) Deneke P. I. c. 6. §. 26. PVFENDORFII *obſ. II, 185. III. 102.* ENGELBRECHT *ſpec. 3. obſ. 85.* Heſſencaſſel. Grebenordn. tit. 31. §. 9.

2) STRVBE *de iure villicorum c. 1. §. 12. p. 31.*

3) vide e. g. quae de his terris dixi in *elem. iur. brunſu. §. 221. ſqq.* Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. 6. p. 66.

## §. 346.

Quae reliquae ſunt ruſticorum diuiſiones 1), eae tantum non omnes ſingularia praediorum ruſticorum iura ſpectant, atque adeo melioris ordinis cauſſa ad ſequentem tractationem ablegantur.

1) qui caſam omnino non habebant, *gaſindi* vocati, vnde vox Geſinde orta. BIGNON in *notis ad formulas incerti auctoris* ad calcem form. MARCVLFI *p. 580.* et *charta diuiſ. imperii Ludouici Pii a. 837. c. 7.* apud BALVZIVM *T. I. p. 687.* poſtea dicti unbehovede Lüde. HARENBERG *hiſt. dipl. gandeſ. p. 812.* vel Sunderleute. G. L. Böhmer in praefat. ad STRODTMANNI *ius curial. liton.*

# TITVLVS II.

## DE OPERIS RVSTICORVM.

## §. 347.

Principales ruſticorum obligationes cenſuum et operarum praeſtatione abſolui diximus (§. 339.). *Operae* 1) ruſticorum [Dienſte,

Frohndienſte, Robwold, Schaarwerk] generatim denotant facta in domini vtilitatem ſuſcipienda, eaeque prout vel manuariae ſunt vel iumentis praeſtandae, Hand-ſ. Spanndienſte adpellantur 2).

1) GE. AD. STRVVIVS *de operis et ſeruitiis ruſticorum*. Ien. 1656. IO. FRANC. BALTHASAR *de operis ſubditorum*. Saliſb 1656. 12. Col. 1709. 4. CASP. MANZIVS *de ſeruitutibus perſonalibus et operis ſeruorum*. Ingolſt. 1658. 8. IO. ANDR. FROMMANN *de ſubditorum maxime ruſticorum operis*. Tub. 1671. IO. VOLCM. BECHMANN *de iure operarum*. Ien. 1675. GE. ENGELBRECHT *de operis ruſticorum*. Helmſt 1675. CHR. WACK *de adaeratione operarum*. Erf. 1678. FRANC. TILEMANN NOLDEN *de operis ſubditorum et maxime ruſticorum*. Gieſſ. 1691. GE. AD. STRVVIVS *de operarum locatione et conductione*. Ien. 1692. MELCH. DITHM. GROLLMANN diſſ. I-III. *de operarum debitarum mutatione*. Gieſſ. 1707. 1714. 1715. rec. cum praefat. ESTORIS ib. 1734. IO. PHIL. STREIT *de operis ruſticorum determinatis et indeterminatis*. Erf. 1709. IO. FRID. HOEKNER *de operarum indeterminatarum determinatione*. Lipſ. 1720. CHR. HENR. DE BERGER *de iure ordinum imperii territoriali circa operas ſubditorum* Ien. 1724. IOA. IAC. REINECCIVS *de odio operarum aedilitiarum immerito*. Erf. 1730. IO. GE. PERTSCH *de diuiſione operarum in determinatas et indeterminatas earumque exactione* Ien 1731. 1748. ABR. KAESTNERI progr. *de operis ruſticorum earumque per praeſcriptionem adquiſitione* Lipſ 1735. Chr. Ulr. Grupen von Dienſten und Beden; in *obſ.* (1740.) *p. 1005-1072*. AVG. DE BALTHASAR *de ſeruitiis et operis ruſticorum in Pomerania*. Gryph 1740. IO. MATTH. LE BRUN *de operarum praeſtandarum tam in genere quam ruſticarum in ſpecie fundamentis* Arg. 1747. IO. VLR. CRAMER *de operis indeterminatis*

a

*a ruſticis vt ſubditis et poſſeſſoribus praediorum laſſiticorum, nec non ex transactione regulariter praeſtandis in ſe non odioſis nec omnimodo reſtringendis T. III opuſc. p. 591. ſqq.* IDEM von halbierten Unterthanen, und wie weit ſich bey ihnen die Würkung der Präſumtion pro operis indeterminatis ruſticorum erſtrecke; in den Wetzlar. Nebenſt. *P. 10. p. 147. ſqq.* B. F Rud. Lauhn von den Frohndienſten der Teutſchen, ſo entweder auf der Perſon allein, oder dem vorhandenen Zugviehe zugleich haften, mithin als reel nicht anzuſehen ſind. Frankf. 1760. 8.

2) PVFENDORFII *obſ. I, 121.*

## §. 348.

*Operae* a ruſticis praeſtandae omnes ex duobus potiſſimum fontibus permanant; *aliae* enim *ruſtico, tamquam ſubdito* a domino territorii *imperantur; aliae* vero a *ruſtico tamquam poſſeſſore praedii* eiusdem *domino praeſtantur.* Ex iure territoriali ruſtici, praediis quoque nobilium adſcripti, Principi ad eas operas obligantur, quae ſalutem ſecuritatemque territorii immediate promouent 1), et generali nomine *ſequelae territorialis* 2) [Landfolge, Landhude] inſigniuntur, licet haec interdum eas praeſertim denotet operas et vecturas, quae ad belli neceſſitatem imperantur [Kriegerfuhren] 3). De cetero variae harum operarum claſſes in Germania occurrunt, quas Burgfeſten 4), Hoffolge 5), Jagdfolge 6) adpellant, quae tamen quum non raro ad priuata magis quam publica Principis commoda

pertineant, atque adeo iuſto latius extendantur, recte hinc inde reſtringuntur, nec vltra obſeruantiam facile, praeſertim a ſubditis nobilium exiguntur 7).

1) HERTIVS *de ſuperiorit. territ.* §. 57. MYLER *de ſtatib. imperii P. 2. c. 72.*

2) AMAD. ECKOLT *de iure ſequelae.* Lipſ. 1668. AHAS. FRITSCH *de iure luſtrationis et ſequelae.* Norimb. 1676. H. COCCEII *de iure ſequelae.* Heidelb. 1678.

3) HALTAVS voc. Landfolge de vecturis bellicis cf. PVFENDORFII obſ. III, 190.

4) quo nomine deſignantur omnes operae ad conſeruationem munimentorum territorii neceſſariae, praeſertim cum *R. I. 1654. §. 180. et Cap. nouiſſima a 15.* hanc neceſſitatem omnibus ſubditis imponat. cf. tamen **Strubens** Erläuter des R. A. 1654. §. 180. T. IV. der Nebenſt. p. 458. ſqq. J. J. **Moſers** Geſchichte des §. 180 des R. A. von 1654. P. 5. der Nebenſt. p. 727. ſqq. Differunt ab his **Burgdienſte** quae in vtilitatem burgorum Principis priuatam exiguntur. TABOR *dec. 18.*

5) quae ad vehenda Principis aulaeque impedimenta exiguntnr. STRVBE *de iure villic. c. 5. §. 7.*

6) ſ. Jagdfrohnen. hae inde potiſſimum peti ſolent, quia ſubditorum interſit, ferarum numerum, praeſertim luporum, imminui. GROLLMANN *diſſ. I. c. 2. §. 3. p. m. 17. ſqq.* **Bilderbeck** von der Regalität der Jagden c. 2. ſ. 4. §. 4. p. 111. **Stiſſers** Forſt- und Jagdhiſt. c. 7. p. 37-47. p. m. 340. ſqq. cf. PETR. MÜLLER *de perſequutione luporum.* Ien. 1678. **Eiſenharths** Recht der Sprichw. p. 182. ſqq. huc tamen non pertinent, quae in venatione recreandi Principis cauſſa inſtituta petuntur, quae alio ex fundamento a Principe, tamquam priuato, exiguntur. Conſtit. Caſſelan. d. 27. Nou. 1685.

7) copioſa hac de re eſt diſputatio STRVBII *de iure villic. c. 5. §. 3-13. p. 175. ſqq.*

## §. 349.

*Quae* a ruſtico, tamquam cultore praedii, exiguntur *operae*, ſine dubio pro conceſſione vſus praedii a domino facta, praeſtantur; quo fit, vt *domino praedii* 1), *non* autem *ei, qui iurisdictionem* in praedio *exercet, praeſtari debeant* 2), niſi probari poſſit, easdem ex obſeruantia 3) vel pactis domino iurisdictionis deberi 4).

1) STRVBE *c. 5. §. 14.*

2) diſſentit Buri p. 721. ſq.

3) Ita in principatu calenbergico easdem domino iurisdictionis deberi notat Strube in den rechtl. Bed. n. 117. p 277. ſq. et de epiſc. Hildeſ. T. II. p. 527.

4) POTTGIESSER II, 6, 25. BVDER *de operis burgenſ.* §. 21.

## §. 350.

Ipſae *operae* ruſticanae pro ſingulorum territoriorum et praediorum habitu ita variant, vt vix ad generales aliquot claſſes reuocari queant. Omnino tamen notanda eſt earumdem in determinatas et indeterminatas diuiſio. Scilicet ſin ipſa operarum praeſtatio lege, pacto vel obſeruantia ad certum tempus 1), numerum, locum modumque reſtringatur, *determinatae* [gemeſſene Dienſte, in noſtris ter-

ris

ris 2) ordinaire Herrendienſte], ſin ſecus, *indeterminatae*, [ungemeſſene, extraordinaire Herrendienſte] nominantur. Iam vero maxime viri docti diſputant, *vtrum ruſtici in dubio ad determinatas vel indeterminatas obligentur* 3); qua in re vnice ad obſeruantiam, pacta et poſſeſſionem reſpiciendum eſt. Neque enim olim ruſtici operas indeterminatas vbique praeſtiterunt 4), ne homines quidem proprii; et cum ipſi Principes dominique praediorum ex rationibus cameralibus et oeconomicis certas definitasque operas indeterminatis praeferrent: factum inde eſt, vt tantum non in omnibus Germaniae territoriis pactis et obſeruantia operae determinatae fuerint 5), eamque in rem *cataſtra operarum* [Dienſtregiſter] inſpicienda.

1) diurnas plerumque operas eſſe obſeruat PVFENDORFIVS *l. c.* §. 2.

2) *Elem. iur. brunſu.* §. 227. *ſqq.*

3) LVDOLF *P. I. obſ.* 105. REINHARTH ad *Chriſt. Vol.* 2. *obſ.* 33. MEVIVS *P.* 4. *d.* 131. LEYSER *ſp.* 416 *m.* 1.

4) STRVBE *c.* 5. §. 15. *p.* 219. *ſqq.*

5) Res omnis ergo his regulis continetur (a) videndum an lege vel pacto res definita ſit. (b) ſi his nihil definiatur, ad obſeruantiam recurritur. Cum enim ea quae vtplurimum et ordinarie fiant, praeſumantur: ſequitur, pro diuerſitate territoriorum nunc determinatas, nunc indeterminatas operas praeſumi oportere. (c) in caſu dubiae obſeruantiae ad poſſeſſionem deueniendum eſt. (d) ſin et haec dubia eſt, tutius agunt partes, cum rem omnem arbitrio iudicis vel Principis decidendam committunt, aut transactione controuerſiam ſopiant.

piant. Neueſte Pommerſche Geſetze p. 149. Fränk. Ritte ordn. p. 171. ſq. Dreyers Abhandl. T. I. p. 427. ſq. PVFENDORF *obſ. I, 121.* §. 4. Magdeb. P O t. 26. Hild sh. Dienſtordn. §. 29 Reuerſal. *march.* 1550. SCHEPLITZ IV, 11. Altenb. L. O. P. 2. c. 2. t. 15. Sächſ. L. O. P. 2. C. 51. Pfälz. L. O. t. 7. §. 14.

## §. 351.

Definita ſemel pacto, lege vel obſeruantia operarum praeſtatione, ab eadem nullo modo recedi poteſt, vt adeo *dominus easdem nec augere*, nec cum grauamine ruſticorum cedere *poſſit* 1). Hinc nec *adaeratio* operarum, inuito ruſtico, fieri poteſt 2), atque adeo iudex in his aliisque cauſſis, praeſertim *ſi operae immodicae* exigantur, easdem recte imminuit 3). Sin vero dominus praedii nihil vltra ſolitum operarum modum ruſtico imperet, omnino eidem ſubueniendum eſt, *neque operae pro rebus odioſis* 4), aut libertati naturali repugnantibus habendae ſunt, cum odium legum non mereantur, quae omnibus in republica communia ſunt, et pactis, atque aequitate naturali nituntur, et ex ipſa contractus ruſticani natura permanant.

1) PVFENDORFII *obſ. II, 71.*

2) WACK *l. c.* CONR. WILH. DAEGENER *de abuſibus, qui circa praeſtationes ruſticorum plerumque occurrere ſolent.* Lipſ. 1721. GROLLMANN *diſſ. II. c. 4.* Buri p. 745. ſqq.

3) LEYSER *ſp. 418. m. 3.* Buri *p. 743. ſeq.*

4) IO. LVD. ALEFELD *de fauorabilibus et odioſis in iure.* Gieſſ. 1740.

## §. 352.

In Saxonia 1), Luſatia inferiore 2) et aliis quibusdam territoriis vſu quoque receptum cautumque eſt legibus, vt liberi ruſticorum, qui opificium non addidicerunt, operasque ſuas aliis locare volunt, quorumque operis parentes opus non habent, domino easdem locare cogantur, quod vocant den Dienſtzwang 3), a quo operarum praeſtandarum onere vt liberentur, ſpecialibus domini codicillis opus habent, qui Erlaubnißſchein ſ. Erlaßbrief adpellantur.

1) Churſächſ. P. O. d. 1661. t. 23. Geſindeordn. 1735. t. 7. Schaumb Sächſ. Recht P. I. p. m. 125. ſqq.

2) Niederlauſ L. O. t. 3. §. 5. Oberlauſ. P. O. a. 3.

3) T. I. REINHARTH *de iure protimiſeos et retractus circa ſeruitia et operas liberorum ſubditorum in Elect. Sax. dominis competente.* Erf. 1726. CHR. HENR. BREVNING *de gaſindis hodiernis neceſſariis ex iure* des Dienſtzwanges. Lipſ. 1757.

TITV-

# TITVLVS III.

## DE CENSIBVS RVSTICORVM ET PRAEDIIS CENSITICIS.

### §. 353.

Altera ruſticorum obligatio in praeſtationibus faciendis ſita eſt. Hae quidem duplicis ſunt generis, aliae enim Principi domino territorii, aliae vero domino praedii, quod ruſticus tenet, faciendae ſunt 1); illae vocantur *tributa*, *onera publica*, [Steuren, Landesſteuren] et ex regulis iuris publici ſpecialis germanici vnice diiudicantur; quae vero domino praedii ob poſſeſſionem vel dominium adeo vtile ruſtico collatum faciendae ſunt, generali nomine *cenſuum* 2) [Zinſen, Unpflichten, Gülten] deſignantur, iisque quum omnes in dubio ruſtici obnoxii ſint, non mirandum eſt, eosdem etiam omnes *cenſitas* [Zinsleute, Zinsmänner, Zinspflichtige, Gültmänner] dominum vero Zins ſ. Gültherrn et ipſorum denique *praedia cenſitica* [Zinsgüter, Gülthöfe 3)] adpellari, quae denominationes omnibus omnino ruſticorum praediis communes ſunt.

1) Copioſe de vtraque harum praeſtationum ſpecie expoſuerunt STRVBE *de iure vill. c 5. p. 249. ſqq.* et IO. WILH. GOEBEL *de iure et iud. ruſticor. c. 3. p 95 ſqq*

2) LVC. BECKMANN *de cenſibus.* Vit 1618. C. AB ESCHENS *de iure cenſuum ſ. annuorum redituum.* Baſ.

Baſ. 1631. CHR. BESOLD *de iure cenſuum ſ. redituum emendorum ementorumque.* Tub. 1634. CASP. MANZII *praeludiua ſuper cenſibus.* Ingolſt. 1642. IDEM *de cenſibus et penſionibus.* ib 1657. IDEM *vtrum debitor cenſuum et vſurarum a ſolutione excuſetur propter defectum redituum vel deuaſtationem bellicam.* ib. 1658. SERAPH. RAZZIVS *an defectus mediorum debitorem a cenſu excuſet.* ibid. 1658. 8. LVD. CREGEL *de cenſibus.* Alt. 1659. IO. GE. DOHLER *de iure cenſitico.* ib. 1667. H. LINK *de bonis cenſiticis.* Ien. 1669. IAC. BORN *de cenſu conſtitutiuo.* Lipſ. 1673. ANT. IVL. BVSMANN *de cenſu.* Helmſt. 1675. CASP. ZIEGLER *de praediis cenſiticis ruralibus.* Vit. 1687. HERM. ZOLLIVS *de cenſu reſeruatiuo.* Rint. 1705. ADR. BEIER *de cenſibus promobilibus*, von Rutſcherzinſen Ien. 1706. CHR. SCHWANMANN *de iure detractionis et emigrationis;* cum adpendice CHR. LAVR. BILDERBECKII *de cenſibus.* Lipſ. 1707. ERN. TENZEL *de probatione et reprobatione bonorum cenſiticorum.* Erf. 1712. IVST. HENN. BOEHMER *de vario cenſuum ſignificatu et iure.* Hal. 1722. *T. II. exerc. p. 964. ſqq.* GE. ANDR. IOACHIM *de cenſu conſtitutiuo et reſeruatiuo* Lipſ. 1727. IO. DAN. STIPPER *de bonorum emphyteuticorum et cenſiticorum differentia, eiusdemque in elect. Saxoniae vſu.* Lipſ. 1727. I. F. WEIDLER *de origine et natura bonorum cenſiticorum.* Vit. 1730. DAV. NEHRMANN *de iure cenſitico.* Lund. 1732. Franz Henr Schadens ius cenſiticum ſ. das Erbzinsrecht Erf. 1737. 8. GE. HENR. AYRER *de cenſibus mora creſcentibus.* Goett. 1744. EIVSDEM progr. *de cenſu regali.* ib. eod. IO. IAC. SORBER *de cenſu conſtitutiuo ſ. mutuo palliato* Ien. 1746.

3) ſ. Grundzinsgůter plerique enim cenſus ruſticorum de ipſis eorum fundis praeſtantur, meritoque adeo Grundzinſen adpellantur. Buri p. 1264. ſq. Orth T. II. p. 284. ſqq.

§. 354.

## §. 354.

Praedia haec ruſticorum cenſitica duplicis ſunt generis; alia enim iure hereditario ruſtico tradita ſunt; alia non item. Haec ſtrictius vocantur bona cenſitica; illa vero *bonorum cenſiticorum* 1) *hereditariorum* [Erbenzinsgüter] nomine inſigniuntur, eoque nomine ICti etiam praeclare docti *emphyteutica* 2) bona ſibi animo concipiunt 3), quae tamen immane quantum a bonis cenſiticis hereditariis differunt 4).

1) Buri p. 791. Braunſchw. Anzeig. 1745. p. 1938. ſqq.

2) IO. OTTO TABOR *de iure emphyteutico.* Arg. 1652. CHR. ANDR. BLVMLACHER *de iure emphyteutico, vitalitio et precario.* Salisb. 1661. 12. GE. WERNER *de iure emphyteutico,* vom Erbzinnsrecht. Helmſt. 1664. MELCHIOR LVBECK *de iure emphyteutico.* Lipſ. 1707. 12. IO. HENR. FELZII diſſ. *excerpta controuerſiarum iuridicarum de iure emphyteutico.* Arg. 1709. IO. IOD. BECK *de iuſtis caducitatem emphyteuſeos inferentibus cauſſis.* Alt. 1723. IDEM *de iure emphyteutico* / Erbzinsrecht. Nor. 1727. 1739. PHIL. CHR. BORNGIESSER *de praediorum emphyteuticorum iure et immunitate.* Gieſſ. 1736. FRANC. ALEF *de emphyteuſi.* Heidelb. 1742. in Vol. diſſ. p. 414. ſqq. IO. PETR. DE BANNIZA *de emphyteuſeos trans - et amiſſione.* Wirceb. 1752. GE. DAV. BVSSER *de refutatione emphyteuſeos.* Gieſſ. 1752.

3) praeter MOEGLINGII, HOFFMANNI et IAEGERI ſcripta ad §. 96. adlegata vide de hac quaeſtione: IO. DAN. STIPPERI diſſ. *de bonorum emphyteuticorum et cenſiticorum differentia, eiusdemque*

*in electorali Saxonia vſu.* Lipſ. 1727. DAN. HOEFER *quod iure germanico inprimisque electorali Saxonico inter bona emphyteutica et cenſitica nulla differentia intercedat.* Waldenb. 1728.

4) potiſſimae bonorum cenſiticorum et emphyteuticorum differentiae in his momentis ſitae ſunt: (a) bonorum emphyteuticorum dominium vtile emphyteutae competit; cenſitae vero plerique conductorum tantum loco habentur. (b) emphyteutae ius hereditarium competit; cenſitae non ſemper; (c) emphyteuta operas non praeſtat, bene tamen cenſita (d) emphyteutae ius liberum alienandi habent; ſaluo tantum dominis iure protimiſeos; cenſitae non item; (e) emphyteuta difficilius expellitur quam cenſita ob rationes iuris hereditarii; (f) contractus emphyteutae, confirmatione domini non indigent; bene tamen contractus cenſitarum. (g) emphyteuta expulſo meliorationes fundi non reſtituuntur; in fundis vero cenſiticis plerumque expulſo cenſitae a ſucceſſore pretium meliorationum plerumque ſoluitur. ERN. TENZELII progr. *de melioramentis emphyteuticis* Erf. 1733. (h) emphyteuta nihil praeter exiguum canonem domino emphyteuſeos praeſtat, in recognitionem dominii ſoluendum; cenſitae vero cenſus perquam varios in compenſationem vtilitatis, quam ex praedio domini percipiunt, praeſtare obligantur, vt alia taceam.

## §. 355.

Cum domini praedia ſua ruſticis cedentes non operas tantum ſed cenſus quoque ſibi promitti curent, atque adeo quaedam ſibi iura in praediis eiusmodi reſeruare ſoleant: factum inde eſt, vt praeſtationes ruſticorum cenſiticae plerumque *cenſus reſeruatiui* 1) [vorbehaltene

behaltene Zinſen] adpellentur; qui quum in recognitionem quoque dominii ſoluantur, Bekenngeld 2), et ſi cenſita iurisdictionem ſimul domini ſe agniturum eſſe promittat, Dinggeld vocantur. Haec ergo cenſus reſeruatiui ſpecies praediis ruſticis fere propria reputatur.

1) Buri p. 786. ſqq.

2) Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. I. p. 63. ſqq. ſingulis annis 20. renouari iubet Maynz. L. R. t. 29. §. 2. 3.

## §. 356.

Longe alia ratio eſt *cenſus conſtitutiui* [ein aufgelegter Zins], cum ipſe fundi dominus ſummam aliquam pecuniae vel fructuum ex praedio prouenientium alteri ſe ſoluturum eſſe promittit, qui cenſus cum vel titulo perpetuo vel reuocabili conſtituatur, in *redimibilem* et *irredimibilem* diuiditur [ablöslicher ſ. unablöslicher Zins] 1). In dubio cenſus redimibilis habetur, cum nemo onus aeternum praedio ſuo imponere velle videatur, niſi ex pacto aliud adpareat 2). Pleraque huius cenſus conſtitutiui exempla priſtino vſurarum odio debentur, quod creditores permouit, vt *annuos reditus ſ. cenſus* [jährliche Gülten ſ. Renten] loco vſurarum *emerent*, vt adeo verum inde mutuum, licet palliatum, pelluceret intelligatur 3). De cetero facile intelligitur, *cenſum conſtitutiuum in praediis ruſticis*

*variorem eſſe*, cum ruſtici praediorum ſuorum domini non ſint, vel certe reſtricto admodum dominio vtantur, atque adeo eiusmodi cenſus non niſi conſentiente domino praediis imponere poſſint.

1) Buri p. 788. ſqq.

2) P. O. 1548. t. 17. §. 8. ANT. MATTHAEVS *de paroemia:* een Jaer Rente is hondert Jaer Rente; een Jaer Loßinge is hondert Jaer Loßinge *p. 138. ſqq.* LVDOLF *P. 2. obſ. 127.* IO. CHR. VNGER *de pacto repetendae ſortis a venditore annuorum redituum.* Goett. 1737. diſſentit Trier. L. R. t. 14. §. 4-6.

3) SORBER l. c.

## §. 357.

Cum dominorum valde intereſſet, cenſus iuſto tempore a ruſticis praeſtari: ſaepenumero pacta interuenerunt, vt cenſus mora debitoris creſceret, quae ipſa pacta *cenſibus promobilibus* 1) [Rutſcherzinſen] originem dederunt, qui variis nominibus inſigniuntur, et pro diuerſitate creditoris vel debitoris Königszinſen [cenſus regalis] 2), Fahrzins 3), Worthzins 4), Zinsbuſſe 5) cet. adpellantur. De cetero hi ipſi cenſus non praeſumuntur, neque etiam eiusmodi poenae, cum id, quod intereſt, longe excedant, hodie facile exiguntur, cum iudices noſtri ſummum ius ſummam iniuriam recte reputare ſoleant 6).

1)

1) ADR. BEYER *de cenſu promobili.* Ien. 1726. GE. HENR. AYRER *de cenſibus mora creſcentibus.* Goett. 1744.

2) GE. HENR. AYRERI progr. *de cenſu regali.* Goett. 1744. Lepidum eius exemplum praebet transactio vrbis Bremae cum archiep. Hildeboldo a. 1259. celebrata, vbi ita: Ock ſchall de Voget wegen des Königs Gerechtigheit alle Jar up S. Martensdach by Sunnenſchin den Königetinß entfangen, und de den nicht uthgift by dem Sunnenſchiene, deme ſchall de Tinß duppelt upſchlaen, ſo vacken de Klacke ſchleit, de Hane kreyet, de Wint weyet, Sunne unde Maen Ebbe unde Floet up unde dael geyt. **Lünigs** R. A. P. ſpec. cont. 2 p. 444. cf. **Buri** p. 804. ſqq. GRVPENII *ant. hannou. p. 123.* ſingularem admodum cenſus promobilis ſpeciem ſiſtit **Erfurt. Freyzinsordn.** t. 3. p. m. 180.

3) **Gefahrerbenszins.** eiusmodi cenſus coenobio S. Crucis ad Brunſuicum debetur, qui ſub poena commiſſi ipſo facto praedii ante diem Michaelis ſub veſperam praeſtari debet. **Braunſchw. Anz.** 1745. p. 1665.

4) **Gerike** in *fragm. marchicis P. I. p. 50. ſqq.*

5) **Reinharths kleine Ausführ.** P. I. p. 244.

6) AYRER *l. c.* §. 28. *ſqq.*

## §. 358.

Ratione *ſecuritatis domino intuitu cenſuum competentis* mire variatur. Sunt, qui domino legalem hypothecam et praelationis ius competere contendunt, quae tamen opinio iuris communis regulis non conuenit 1). *In quibusdam* tamen *prouinciis leges domino in concurſu creditorum praelationem* ratione cenſuum

 per

per duo vel tres annos debitorum *tribuunt* 2), *quae* tamen, niſi obſeruantia probetur, *ad conſequentiam trabi non poſſunt.*

1) quod bene probauit STRVBE *de iure villicorum c. 4. §. 9.* Buri p. 767. ſq.

2) hoc ius generatim tribuit dominis Anſpach. Concursordn. p. m. 16. Iure *mecklenburg.* reditus vrbium (Stadt= und Cämmereygefälle) non collocantur in concurſu, ſed ex paratiſſimis rebus debitoris (aus dem geradeſten) praeſtantur. Erblandsvergl. §. 362. Gothaiſche P. O. P. I. c. 18. §. 7. p. 87. Rottmann ad ordin. polit. *ſchaumb.* p. 321. ſq. Rec. *guelpherbyt.* 1619. §. 29. et conſtit. d. 3. Oct. 1707. renouata d. 21. Apr. 1745. Braunſchw. Anz. 1745 p. 730. NOLTENIVS p. 74 ſq. ad tres annos Hildesh. H. G. O. t. 34. §. 19. ad 2. annos *Cod. Frid.* P. IV. t. 9. §. 60-64. p. m. 517. ſq. ad 5. annos. piis corporibus tribuitur in C. C. *Culmb.* T. II. P. I. p 214. Sächſ. P. O. t. 42. §. 8; ad 6. annos Magdeb. P. O. c. 49. claſſ. 1. §. 17-19. Ludovici Conc. Proc. c. 10. §. 21. ſqq.

## §. 359.

Quod tandem ad ipſas *cenſuum* a ruſticis praeſtandorum *claſſes* 1) attinet, alii in parata pecunia praeſtantur alii fructibus [Zinskorn, Haber ſ. Früchte] vel eduliis 2), alii denique animalibus. Vſu praeſertim frequentantur *cenſus gallinarum*, quas Rauchhöner ſ. Rockhönre, Gohönre adpellant, quae de ipſis aedibus praeſtandae ſunt 3). Singulorum *cenſuum ratio ex libris cenſualibus vnice probatur* 4) [§. 60.], neque enim leges eosdem augere aut

contra

contra veterem pacti formulam exigere permittunt 5) ſicuti nec mutatio qualitatis fundi cenſitici facile permittitur, cum Principum interſit, ruſticorum tales eſſe praeſtationes, vt publicis oneribus ſoluendis haud impares reddantur.

1) GOEBEL c. 3. p. 95. ſqq.

2) Plerumque *cenſus diebus feſtis praeſtabantur*, quo tempore genio ſuo indulgere ſolebant domini. Hinc v. c. cenſus regalis (§. 356.) diebus Michaeli vel Martino ſacris ſoluebatur. PVFENDORF II, 59. Orta inde eſt denominatio der Oſtereyer, Pfingſtkåſe cet POTTGIESSER *lib. II. c. 6. §. 8. 9.*

3) GE. FRID. DEINLEIN *de praeſtationibus gallinariis.* Rauchhůner ſ. Rauchgånſe ſemper ſunt praeſtationes reales. HALTAVS *gloſſar. p. 1507. ſq.* Interdum domino iurisdictionis cedebant, et tum Gohônre (pulli iudiciales) dicebantur, quod egregie illuſtrat charta apud IO. VOGTIVM in *monum. med. rer. praecip. Brem. T. I. p. 520. ſq.* cf. SENKENBERG *de conditione ſeruorum §. 6.* Alia ratio eſt der Leibhüner ſ. Leibgänſe, quae ab hominibus propriis in ſignum ſubiectionis perſonalis exiguntur; Schweder von Anſchlagung der Gůter c. 12. p. 143. HALTAVS *p. 831. 1245.* Eiſenharth von Sprichw. p. 51. ſq.

4) ERN. TENZEL *de probatione et reprobatione bonorum cenſiticorum.* Erf. 1712. CONR. WILH. STRECKER *de cenſus per libros cenſuales probatione.* Erf. 1733. REINHARTH *ad Chriſt. Vol. II. obſ. 38.* PVFENDORF *obſ. II, 35.*

5) vide e. g. conſt. guelpherbyt. de 1737. in GE. FRID. IAEGERI diſſ. *de emphyteuſi ſalinaria c. 1, §. 11. p. 47. ſq.*

## §. 360.

In illuſtrioribus, quos ruſtici praeſtant, cenſibus, *decimae* 1) [Zehenten] quoque ponendae ſunt. Plerumque quidem de fructibus 2) praeſtantur, interdum tamen de animalibus 3) quoque [Blutzehenten, Schmalzehnten, Fleiſch- Immenzehnten] ſoluuntur. Ipſa autem decimarum praeſtatio duobus modis peragitur; aut enim domino decimarum [Zehentherr] octauus, decimus 4) cet. manipulus frugum in agro relinqui debet, quod ordinarie fieri ſolet; aut ruſticus [Zehentpflichtiger] loco decimarum certum frumenti vel pecuniae modum domino praeſtat, quae *decimae ſaccariae* [Sackzehenten] nuncupantur, recteque *impropriae* 5) dicuntur, eaeque ſaepenumero qualitatem coloniae perpetuae induerunt 6), licet ex analogia iuris in caſu dubio tutius pro locatione conductione habeantur, cum debitor titulum poſeſſionis mutare non poſſit, neque etiam ſolus temporis, licet immemorialis, decurſus praeſcriptionem in re merae facultatis efficiat, vt adeo domino ſemper integrum ſit, ſublatis decimis ſaccariis, ad proprias regredi 7). De cetero hodie omnes praediorum nobilium domini ſicuti in omnimoda decimarum poſſeſſione, ita etiam in *decimarum noualium* 8) [Rottzehnten 9)] quae de agris nouiter excultis exiguntur, exercitio defenduntur 10).

1) Jo.

1) Jo. Werndle Zehendrecht. Inſpr. 1646. Nürnb. 1722. H. HAHN *de iure decimarum.* Helmſt. 1650. IO. BRVNNEMANN *de decima.* Frf. 1664. CHR. LVD. DIETHER *de decimis.* Frf. 1670. 8. CHR. REDEKER diſſ. I *de decimis laicorum in terris proteſtantium;* praeſide CHR. WERNH. MVHLPFORT. Ien. 1689. II. Roſt. 1691. Jac. Blum nützlicher Unterricht vom Zehendrecht. Leipz. 1696. C. H. SYRINGII *aurea praxis iuris dicimandi.* Nrb. 1708. 8. C. H. HORNII progr. *num ius decimas exigendi ad arbores quoque vento vel turbine adiectas porrigatur.* Vit. 1716. CONR. FERD. HAAS *de iure decimarum.* Erf. 1720. IO. CASP. BARTHEL *de decimis.* Herbip. 1729. *T. II opuſc. p. 707 ſqq.* J. J. Reinhards Gedanken von der Befugniß des Zehendherrns, von einem Acker auf den andern auszuzehenden. 1743. IDEM: ob ein Sackzehend dergeſtalt wiederruflich ſeye, daß man den Zehend wieder in Garben auf dem Feld nehmen könne? *Tom. I.* der kleinen Ausführung. (Gieſſ. 1745. 8.) *p. 355-440.* GE. LVD. BOEHMERI diſſ. *de origine et ratione decimarum in Germania.* Goett. 1749. J. U. von Cramer: ob Zehendpflichtige dadurch, daß ſie ſtatt des Zehenden in Natur eine jährliche Abgift an Früchten oder Geld über Menſchen Gedenken liefern, ein ius emphyteuſeos oder coloniae perpetuae am Zehenden erlangen. *P. V.* der Wetzl. Nebenſt. (1757.) *p. 158. ſqq.*

2) et quidem de omnibus fructibus. PVFENDORF *obſ. II. 151.* hinc paroemia: wo der Pflug hingehet, da gehet auch der Zehend hin. ſ. quod idem eſt: was der Acker trägt, muß Zehenten geben. Eiſenharth von Sprichw. p. 594. ſqq vid. e. g. Cramer von Grundbieren- oder Cartuffelzehenden *T. XII.* der Wetzl. Nebenſt. *p. 25. ſqq. de decimo ceſpite* (Zehenttorf) C. C. *Oldenb.* IV, 53.

3) quas *decimas minutas* ſ. Ochtum, Uchtpenning adpellant. GE. LVD. BOEHMER *l. c.* §. *14.* eaeque vitulos quoque, ſues aliaque animalia compre-

 hende-

hendebant. PVFENDORF *obſ. III, 209.* De *equis indomitis* ſ. (Stotperde, Wildeperde) ſecundum ſententiam in iudicio Mindenſi a. 1321. latam non dabantur. Scheidt vom Adel p. 281. ACHAT. CAR. LVD. SCHMID *de nonis.*

4) cum tamen non praeciſe decimus vel octauus manipulus in ſingulis agris, ſed decima, octaua cet. pars fructuum in agris exſiſtentium debeatur; recte domino decimarum ius, numerum manipulorum ex vno agro in alterum continuandi (Fortzehlen des Zehenten) tribuendum eſt, cum alias nequitiae ruſticorum occurri nequeat. Cramer vom Fortzehlen des Zehentens *T. XII.* der Wezl. Nebenſt. *p. 11. ſqq.*

5) PVFENDORF *obſ. I, 111.*

6) PVFENDORF *obſ. II, 137. III, 132.* BOEHMER *l. c.* §. *29.*

7) Reinhard P. I. p. 374. ſqq. Cramer P. 5. p. 160. ſqq.

8) PETR. REBVFFVS *de noualibus et decimis feudalibus.* Col. 1571. 1590 Antw. 1615. 8. MARC. TOB. NEVBRONNER *de noualibus* Arg. 1654. HENR. BALTH. ROTH *de noualibus.* Ien. 1687. IO. ERN. WOLFART *de decimis noualibus.* Marp. 1727. ANT. GOELL *de decimis noualium.* Campid. 1738.

9) BOEHMER *l. c.* §. *31. 32.* PVFENDORF III, 131. Strubens Nebenſt. T. V. p. 219. ſq. EIVSDEM rechtl. Bedenk. n. 100. p. 239. ſq. n. 135. p. 319.

10) *elem. iur. brunſu. luneb.* §. 698. ſqq. C. C. *march.* V, 3. p. 343. ſqq. Magdeb. P. O. c. 45. p. 278. C. C *Culmbac.* T. II. V. I. p 214. Mecklenb Erbslandsvergl. §. 348. 349. 505. de terris *auſtr.* Werndle in adp. p. 18. Hildesh. P. O. §. 87. 88. Bayriſch. L. R. t. 28. cf. SCHOTTELIVS *c. 8 p. 229. ſqq.* Mindiſche Landsverträge p 236. Strubens Bedenken I, 222. ſq. Lippiſche Ordn. wegen

der

der Dienſte, Zehnten und Pächte 1664. Wolfenb. L. O. §. 25.

## §. 361.

Quod tandem ad *remiſſionem cenſus* ſ. *mercedis* 1) *ruſticorum* attinet; cum res non vbique legibus ſit determinata, ex analogia iuris decidenda eſt. Iam cum alii cenſus in ſolam dominii recognitionem praeſtentur, atque adeo leuiores ſint, neque proportionem cum fructibus habeant; alii vero omnino proportionem cum fructibus praedii habeant; illius quidem cenſus remiſſio ex rigore iuris peti non poteſt; bene tamen huius, ſi nempe ruſticus *ob calamitatem bellicam*, *luem pecorum*, *ſterilitatem* aliasque calamitates publicas vel nullos adeo fructus perceperit, vel adeo paucos, vt ſe familiamque inde alere vix valeat; quod eo magis aequitati conſentaneum, quia operarum praeſtatio, quibus obnoxii ſunt ruſtici, duriorem eorum prae aliis conductoribus conditionem efficiat. Secus autem dicendum, ſi *praeſtationem caſuum* ſolitorum et inſolitorum *nominatim in ſe receperit* 2); vt tamen et in hoc caſu ſicut in omni quaeſtione 3) tutius omnia arbitrio iudicis committantur 4).

1) IO. HENR. WIELAND *de remiſſione mercedis facienda conductori ob ſterilitatem.* Arg. 1648. FRID. GERDES *de remiſſione penſionis ſ. mercedis in locatione conductione.* Gryph. 1671. IO. CHR. FALKNER *de remiſſione locarii ob ſterilitatem aliosque*

*caſus*

*caſus fortuitos*. Lipſ. 1675. ENNO WILH. RVSSEL *de penſionis ob ſterilitatem remiſſione*. Helmſt. 1677. ABR. A WESEL *de remiſſione mercedis propter bellum*; in operibus. Amſt. 1701. 4. IO. BERNH. FRIESE *de mercede propter ſterilitatem remittenda*. Ien. 1720. ERN. HENR. MYLIVS *de remiſſione mercedis propter ſterilitatem in praediis ruſticis*. Lipſ. 1740. LVD. FELIC. MARCI diſſ. *de mercede ob ſterilitatem remittenda*. Arg. 1740. AVG. DE BALTHASAR *de remiſſione mercedis in locatione praediorum ruſticorum ob ingens damnum ex lue pecorum conductori contingens*. Gryph 1751. 1756. ANONYMVS: wer bey verpachteten Gärten, Aeckern und Wieſen den durch den Krieg verurſachten Schaden tragen müſſe? in den Hannöv. nützl. Samml. *1758. p. 481. ſqq.* IO. STEPH. PÜTTER ſ. reſp. WILH. HERM. RIEDESEL AB EISENBACH *de eo quod iuſtum eſt circa remiſſionem mercedis in locatione conductione ob calamitates bellicas*. Goett. 1760. Carl Gottfr. Winklers rechtliche Abhandlung von Kriegsſchäden. Leipz. 1762. 8.

2) EV. OTTO *de praeſtatione caſuum ſolitorum, inſolitorum et inſolitiſſimorum*; in Volum. *diſſ. p. 295. ſqq.*

3) conſtit. camerae regiae *hannou.* d. 26. Mai. 1758. d. 8. Sept. eod. et *haſſiac.* d. 20. Apr. 1759. vide in adpend. diſſert. Riedeſelianae p. 115. ſqq. C. C. *march.* IV, 1. p. 379. 406. 414. 438. 444. 448.

4) MEVIVS *P. 5. d. 99. P. 6. d. 46.* LEYSER *ſp. 40. m. 4. ſp. 217. m. 6.* IO. WILH. DE GOEBEL *obſeruat. de locatione et conductione* (Helmſt. 1748.) §. *157. ſqq. p. 96. ſqq.*

# TITVLVS IV.

## DE DOMINIO, CONTRACTIBVS ET EXPVLSIONE RVSTICORVM.

### §. 362.

Plerique *ruſtici olim iure hereditario vſi non ſunt* 1), licet negari non poſſit, fuiſſe iam olim, quibus eiusmodi ius hereditarium omnino competebat 2). Enimuero *cum* frequens *poſſeſſorum mutatio* ipſi *dominorum vtilitati contraria eſſe videretur*, praeſertim cum onera publica, eaque perpetua introducerentur (§. 340.): ſatius eſſe duxerunt *principes, ruſticis ius hereditarium tribuere*, quod a ſaeculo inde XVI. in plerisque prouinciis lege, pacto vel obſeruantia factum eſt 3). *Nobiles* tamen et reliqui praediorum domini, rem ſuam agi credentes, *difficillimi in tribuendo iure hereditario fuerunt*, quo factum, vt necdum ruſtici patrimoniales ſemper et vbique eodem cum ruſticis praefecturarum iure vtantur 4).

1) STRVBE c. 2. §. 1.

2) J. M. Strubens befeſtigtes Erbrecht der Stift Hildesh. Meyer p. 1. ſq. p. 74. ſqq.

3) STRVBE *c. 8. §. 1. ſqq.*

4) STRVBE *c. 8. §. 3. p. 295. ſq.*

§. 363.

§. 363.

Hoc tamen ius hereditarium ruſticis collatum non eo extenditur, vt vel omnino libera ſit eorumdem ſucceſſio, vel praedium ruſticum diuidi poſſit inter liberos 1). Cum enim ob operarum et cenſuum rationem domini maxime interſit, curiam non diuidi: plerumque *vni tantum e liberis curia cedit*, *primogenito* 2) nempe vel *minori* 3) *vel ei quem dominus elegit* 4), qua in re mores Germanorum mire variant; qui ſi nihil definiunt, ordini ſuccedendi iuris communis ſtandum eſt 5); cum fere nullibi *ſucceſſio feudalis* inter ruſticos recepta ſit 6).

1) **Magdeb. P. O.** c. 24. c. 29. §. 3. 9. GOEBEL *c. 4. §. 13. p. 225. ſq.*

2) e. g. in principatu *Cellenſi. elem. iur. brunſu.* §. 237. 245. PVFENDORF *I, 91. II, 33.* et in comitatu *hoyenſi* **Strubens Bedenken** p. 342. ſqq.

3) ita olim in ducatu brunſuicenſi. cf. MATTH. VON WICHT *de origine et cauſa ſtatuti oſtfriſici quo fratri minori ſedes paterna prae maioribus natu poſſidenda in ſucceſſione relinquitur.* Groen. 1724. CONR. ERASM. LINGIVS *de ſtatutaria fratris iunioris praedium poſſidendi praerogatiua ſ. 1. §. 3.* NOLTENIVS *de iure vill. p. 21. ſqq.* Cramer vom Minorat bey Bauergütern *P. 7.* **der Wetzl. Nebenſt.** *p. 162. ſqq.*

4) ita in terris calembergicis vſu obtinet. STRVBE *c. 8. §. 6.* PVFENDORF III, 182.

5) hinc ſi domino ius eligendi tribuitur, hoc ad eum caſum tantum reſtringendum, ſi reliqui coheredes

des poſſeſſori ius ſuum dubium reddunt, nec hic ſit idoneus. Strubens Bed. n. 4. p. 16.

6) diſſ. mea *de different praed. ruſticor. et feudor. quoad ſucceſſionem* §. 12. *ſqq.*

## §. 364.

Pleraque *ruſticorum praedia feudis* gemina *vicina*que eſſe *reputantur* 1), atque ideo Lehen, Zinslehen, Leihen, Erbleihen adpellantur 2). Ad ſimilitudinem ergo feudorum introductum eſt, vt mutato praedii ruſtici poſſeſſore aut facta contractus renouatione 3), domino, pro conceſſione praedii ſoluatur *laudemium* 4) quod Lehenwaare 5), Handlohn 6), Ehrſchatz 7), in primis autem Leihkauf, Mahlpfennig, Weinkauf 8), Herrenweinkaufsgelder, et *bona* ruſtica *laudemialia* 9) ſ. Ehrſchätzige Güter vocant. Origo et indoles huius praeſtationis falſo a *quinquageſima emphyteutica* 10) deriuatur. *Quantitas laudemii* non vbique eadem, et vel certa pecuniae quantitate, pactis, lege vel obſeruantia determinanda, vel fructibus integri vel dimidii anni aeſtimatur 11); ſimulac vero de quantitate eius legali vel conuentionali conſtat, eamdem augere non licet 12). Hereditate ad collaterales delata ſemper praeſtatur, raro tamen, ſin ad deſcendentes deuoluitur 13).

1) FRANC. CAR. CONRADI *de nominibus Germanicis* Feode *et* Lehen. Helmſt. 1733. in IENICHII *theſ. iur. feud. T. I. p. 561. ſqq.* ſed cf. cit. diſſ. mea §. 5.

2) vide

2) vide e. g. Pfälz. L. R. P. 2. t. 5. p. 276. Solm. L. R. P. 2. t. 5. Oſtfrieſ. c. 249. Hoheul. L. R. P. 2. t. 7. § 1.

3) in caſu tamen mutati domini laudemium non debetur, etiamſi forte ſemel a ruſtico ſolutum fuerit. LEVSER *ſpec. 104. m. 6.* STRVBE *acceſſ. ad ius villic. obſ. 21.* PVFENDORF obſ. II, 35. III, 36. Strubens Bed. n. 49. p. 120. ſq nec in caſu ſecundarum nuptiarum ruſtici exigi poteſt. Cramers Wetzl. Nebenſt. P. 6. p. 18. ſqq.

4) GE. FRANZKIVS *de laudemiis.* Ien. 1623. 1664. 4. tractatus variorum de laudemiis. Aug. Taur. 1629. f. PETR. PANCRAT. KRAVSS *medulla laudemiarum.* Ien. 1678. HENR. BALTH. ROTH *de laudemiis.* ib. 1679. IO. SCHILTER *de bonis laudemialibus.* Arg. 1698. ERN. TENZEL *de laudemio eiusque contra legem publicam prohibitiuam praeſcriptione.* Erf. 1725. IO. FLOR. RIVINI progr. *de iure, quod domino directo intuitu laudemii competit.* Lipſ. 1727. AVG. LEYSER *de probatione laudemii per libros cenſuales et litteras inueſtiturae.* Helmſt. 1728. ABR. KAESTNER *de laudemio.* Lipſ. 1731. IDEM *de laudemio ad caſum non extendo.* ib. 1734. GOTTL. STVRMII *praecipua laudemii capita.* Vit. 1734. IO. ERN. SCHROETER *de origine laudemiorum apud Germanos.* Erf. 1744. C. F. WALCH *de retrouenditione a laudemii onere libera.* Ien. 1761.

5) IO. CHR. PESLERI progr. *de origine vocis Lehenwaare.* Frf. 1750.

6) Interdum gallinae quoque, more Germanorum, (§. 358.) laudemii loco praeſtantur; hinc paroemia: die Henne trägt das Handlohn auf dem Schwanze HERTIVS *de paroem. I, 19.* Eiſenhart von Sprichw. p. 601. ſq.

7) GOTTL. SAM. TREVER *de ſignificatione honorum qui in feudorum conceſſione commemorantur* §. 10. in *parerg. goett. lib. I. p. 161. ſqq.*

8) Ger-

8) Germani iam olim nihil magni momenti, niſi inter pocula, peragebant. Hinc in traditione quoque villae, ad irrigandam teſtium et domini memoriam, vino opus fuit, quod poſtea cum nummis bibalibus commutatum. Inde orta diſtinctio des naſſen und trockenen Weinkaufs. IO. WILH. HOFFMANN *de iurisprudentia Germanorum ſybol.* §. *17. p. m. 26.* GOEBEL *de iur. et iud. ruſt. c. 3.* §. *36. p. 164. ſqq.* vide e. g. Solm. L. R. P. 2. t. 11. §. 3. Naſſ. P. O. p. 90. L. O. p. 9. Gerſtlacher lib. I. §. 100.

9) quae adeo non propriam bonorum ruſticorum claſſem efficiunt, cum haec adpellatio tantum non omnibus ruſticorum praediis reſpondeat. SCHILTER *l. c.*

10) SCHILTER *l. c.* §. 4. 5. C. F. Hommels acad. Reden über Maſcovs Lehnrecht c. 7. §. 32.

11) in ducatu *Bremenſi* canon totius anni ſoluitur. PVFENDORF I, 221. III, 33. alibi ſecundum quantitatem iugerum certa pecunia ſoluitur. STRVBE *c. 8* §. *17.* Schaumb. P. O. c. 28. in f. de quolibet manſo (Hufe) 4. imperiales praeſtari iubet. Magdeb. P. O c. 48. §. 3. 4 duo de centenis permittit, non autem in caſu hereditatis, niſi dominus a 30 annis ſit in poſſeſſione. In plerisque autem territoriis res omnis moribus et pactis determinatur.

12) Hohenl. L. R. P. 2. t. 8. §. 4. ſq. p. 87. ſqq. Cod. *auguſt.* T. I. p. 131. Schaumb. Sächſ. Recht P. 3. p. 211. Mindiſche Landesvertr. p. 201. *Elem. iur. brunſu.* §. *233.* Orth T. I. p. 522. SCHÖPF *de bonis vitalit. Sueuiae c. 2.* §. *9. c. 5.* §. *59. p. 117.*

13) quod v. c. iure ſaxonico, magdeburgico, hohenlohico et aliis diſerte cauetur, alibi autem vſu receptum eſſe dicitur. CARPZOVII *iurispr. for. P. II. conſt. 39. def. 21. ſqq.* Buri *p. 885. ſqq.* IGN. CHR. LORBER A STÖRCHEN *de coherede fundum emphyteuticum ſ. cenſiticum laudomialem*

 in

*in ſolidum accipiente, detracta ſua rata ad ſoluendum laudemium vel maxime obligato.* Bamb. 1756.

## §. 365.

Iam licet plerisque ruſticis, praeſertim in praefecturis Principum verſantibus, ius hereditarium obueniſſe viderimus (§ 362): *dominium* tamen inde *in ruſticum omnino non transfertur* 1). Negari quidem non poteſt, interdum ruſticis dominium, ſed vtile tantum, idque valde limitatum, competere; *plerique* tamen *ruſtici conductorum* tantum *iure cenſentur* 2). Hinc ergo *praedia* ſua *nec alienare, nec dote* aliisque oneribus *onerare poſſunt*, vt *nec teſtamento* de iisdem *diſponere* poſſint, *niſi confirmatio domini*, eiusmodi diſpoſitionem ratam habentis, *acceſſerit* 3).

1) **Eſtors** kleine Schriften T. I. p. 244. ſqq. ABR. KAESTNER *de erronea DD opinione per locationem ad longum tempus factam vtile transferri dominium.* Lipſ 1743. **Naſſ.** L. O p 31.

2) **Buri** p. 764. ſqq. p 947. ſqq. In Holſatia ruſtici conductorum iure vtentes, **Bryden**, Heuersleute, Pächter; qui dominio vtili vtuntur, **Lanſten** ſ. **Veſteleute**; qui denique omne dominium habent, **Freylanſten** ſ. Eigenthümer ſ. **Adelbonden** vocantur. **Dreyers** Abhandl T I. p. 396. ſqq.

3) **Anhalt.** L. O. t. 17 §. gleicher weis. C C. *Oldenb.* P. II. p 17. ſqq. **Gothaiſche** L O p. 182. **Beyſ.** p. 430. **Altenb** p 220. C. C. *March.* T. I. p. 327. II. p. 117. **Magdeb** P O. c. 48 *elem. iur. brunſu.* §. 240. **Maynz. Erfurt.** Ordn p. 216 334. **Hohenl.** L R p. 87. 92. 109. 113 **Naſſ.** L. O. p. 31. **Schaumb.** P. O. c. 28. p. 300. ſq.

## §. 366.

Vſu receptum eſt in multis Germaniae prouinciis, vt patresfamilias aetate decrepiti et ſenes depontani praedium ruſticum vni e liberis, cui lege vel pacto illud cedit (§. 363.) tradant, ſibique manſionem in praedio certosque e praedio reditus [Leibzucht] 1) reſeruent 2), quod Germani den alten Theil, den Auszug, das Alt- ſ. Grosvaterrecht, ſich auf den alten Theil ſetzen, adpellant. Enimuero cum haec ipſa res praediis ruſticorum et dominorum vtilitati ſaepe maximum praeiudicium inferat, praeſertim ſi paterfamilias curiae adminiſtrandae adhuc ſupereſſe queat: domini conſenſu ad hanc rem opus eſt 3), cautumque eſt in quibusdam prouinciis, ne liberis ante aetatem legitimam 4) curia a patre tradatur.

1) STRVBE *c. 3. §. 18.*

2) H. HILDEBRAND *de manſione conſtituta et reſeruata.* Alt 1702. 1712. I. F. WERNHER *de reſeruato vulgo* Auszug. Vit. 1727. IO. GOTH. KRAVSE *de iuribus et moribus reſeruatorum ruſticorum.* Vit. 1729.

3) Weſtphäl. P. O. t. 35. §. 4. Mindiſche Landesvertr. p. 240. Elem. iur. brunſu. §. 357. Gandersh. L. G. §. 24. conſt. *guelpherbyt.* d. 23. Sept. 1737. in den Braunſchw. Anz. 1746. n. 99. KRESSII *diff. iur. comm. et brunſu. p. 77.* Erfurt. Freyzinsordn. t. 7. p. m. 182. Schaumb. Sächſ. Recht. P. 3. p. 161. 162. Hildesh. P. O. §. 84.

4) ita in Marchia electorali filio ante annum 25. curia non traditur. C. C. *march.* V, 3. p. 180.

## §. 367.

Quod tandem ad *expulſionem ruſticorum* attinet, ea quidem olim, nondum introducto iure hereditario (§. 362.) magis arbitraria fuit 1). Certe etiamnum ruſtici, temporario tantum iure ad curiam vtentes, finito tempore, difficilius expelluntur 2). Qui vero bona ſua hereditario iure tenent ruſtici; ob moram in praeſtatione cenſuum commiſſam, praedii deteriorationem, eiusque inuito domino factum alienationem (§ 365.), iure ſuo priuantur 3). Enimuero cum Principum ob hodiernam tributorum conditionem maxime interſit, praedia ruſtica cultoribus, operas et cenſus haud denegantibus, non deſtitui: haec ipſa expellendorum ruſticorum licentia legibus admodum reſtricta eſt. Hinc ergo legibus cautum eſt, vt curiae cultoribus deſtitutae [wüſte Höfe] inſtaurentur 4), et pertinentiae earumdem praedio principali reuniantur 5); nec ruſticus niſi iudiciali auctoritate praedio ſuo, praecedente cauſſae cognitione [Aufholungsproceß], priuetur 6). Neque etiam nobiles, deſtituta curia, colonarios agros cum praedio nobili coniungere aut eadem a ruſticis redimere poſſunt, niſi quod interdum ob propriam indigentiam aut conſtituto vicario colono [Riegemann] haec ipſis licentia tribuatur. Sin ſecus, aduocatus fiſci ad inſtaurandam curiam recte agit 7).

1)

1) STRVBE *c. 8. §. 1. p. 290. ſq.*
2) SCHÖPF *de bonis vitalit. c. 5. §. 63. p. m. 122. ſq. c. 6. §. 81-93. p. 154-166.*
3) STRVBE *c. 8. §. 9. ſqq. p. 321. ſqq.*
4) Conſtitutiones *moguntino-erfurtenſes* vide apud SCHADENIVM **vom Erbzinsrecht** *p. 119. ſqq.* C. C. *Culmb.* T. II. P. I. p. 194. 195. C. C. *March.* IV, 3. p. 23. ſq. 60. ſqq. V, 3. p. 178. 345. 359. ſq. VI, 1. p. 399. 414. ſq. 445. C. C. *Magdeb.* III, 611. 624. C. C. *Calenb.* c. 5. p. 100. ſqq. **Celliſche P. O.** p. 746. ſqq. **Wolfenb. L. O.** p. 117. 131. **Maynz. L. R.** t. 28. §. 7. 8.
5) **Würtemb. L. R.** P. II. t. 11. 16. **Gerſtlacher** lib. I. §. 102. C. C. *Oldenb.* P. 4. p. 38. reſolut. *luneb.* d. 1686. §. 6 *hoyenſ.* 1697. §. 5. 19. **Wolfenb. L. O.** p. 117. 123. 133. **Magdeb. P. O.** c. 29. §. 3. **Gothaiſche L. O.** P. 2. c. 2. t. 13. **Hildesh. P. O.** §. 85. **Anhalt. P. O** t. 20. **Mecklenb. P. O.** p. m. 283. reſolut. *oſnabrug.* d. 1697. de principatu *Schwarzb* FRITSCH *de iure congrui c. 4. §. 5.* **Schaumburg** P. 3. p. 159. ſq. C. C. *march.* l. c. IO. WILH. ENGELBRECHT *de reunione pertinentiarum.* Helmſt. 1715. **Heſſencaſſ. Grebenordn.** t. 39.
6) **Suttinger** obſ. 45. 46. p. m. 84. ſqq. SCHÖPF *c. 5.* §. 69. 70. **Strubens Bericht vom Abmeyerungsrecht, beſ im Stift Hildesh. (Hildesh. 1730. f.)** c. 1. p. 13. ſqq. **Zell. P. O.** c. 44. §. 8. PVFENDORF III, 88. **Holſtein. Landger. ordn.** P. I. t. 3. §. 11 priuileg. *bremenſ.* general. 8. **Mindiſche Lands-vertr.** p. 198.
7) C. C. *march.* cont. IV. p. 181. ſq. conſt. *guelph.* d. 15. Aug. 1707. **Wolterecк** p. 188. NOLTENIVS *de iure villic. p. 185. 189. ſq* **Strubens Bericht** c. 3. §. 1. 2. p. 33. ſqq. Rec. *verd.* d. 30. Iul. 1593. et **Hauptcommißionsreceß** d. 1692. §. 17. PVFENDORF III, 38. **Schaumb. P. O.** c. 17. p. m. 192. C. C.

C C. *magdeb.* P. 3. p. 20. priuileg. *bremenſ.* ſpec. 7. in Pratjens verm. Abhandl. T III. p. 255. ſq. Mecklenb. Erblandsvergl. §. 334. 335. Cod. *auguſt.* P. 2. p. 11. Tyrol. L. O. lib. 5. t. 2.

## SECTIO II.

### DE SINGVLARIBVS RVSTICORVM SPECIEBVS, PRAEDIIS ET IVRIBVS.

## TITVLVS I.

### DE RVSTICIS PLANE LIBERIS S. FRI-SASSIS.

### §. 368.

Expoſitis ergo, quae de generali ruſticorum Germaniae ſtatu neceſſaria videntur, reſtat, vt de ſingulis nunc eorumdem claſſibus exponamus. Iam cum omnes ruſtici vel liberi ſint vel ſerui, liberorum autem denuo duplex ſit conditio, aliis ſcilicet in perfecta, aliis in imperfecta libertate conſtitutis, tribus ſectionibus de ruſticis liberis, hominibus propriis, et in perſonali tantum libertate verſantibus tradendum eſt.

## §. 369.

Ordinarias ruſticorum obligationes in operarum et cenſuum praeſtatione conſiſtere demonſtrauimus. Iam qui ab hisce obligationibus vel in totum vel magna ex parte liberi ſunt, *ruſtici liberi*, die Freyen, Freyſaſſen, Freymänner, Freyzinsleute, et a iudicio, cui plerumque ſubiecti ſunt, Freydingsleute 1), praedia autem Freygüter 2], Freymann-Lehnhufen, Freyzins- Freydinggüter 3) adpellantur.

1) GOEBEL *de ſingular. quibusd. praed. ruſt.* in *terr. brunſu. luneb. p. 85. ſq.* IDEM *de iure et iudicio ruſt. p. 127 ſq.*

2) Buri p. 959. ſq.

3) praedia Freydingsgüter dicta rectius meierdingicis accenſentur. STRVBE *acceſſ. ad ius villic. p. 298.*

## §. 370.

Haec ipſa *ruſticorum libertas* vel *ex priuilegio* Principis vel domini oritur, *vel ex originaria* ruſticorum *immunitate* deriuatur. Sin illud, operae vni remiſſae reliquis non adcreſcunt, cum priuilegia nemini debeant eſſe damnoſa 1); ſin hoc, ruſtico omnino probatio libertatis iniungenda eſt 2).

1) PVFENDORF *obſ. I, 121. §. 9.*

2) Buri p. 724. ſq. CHR. HENR. SENKENBERG *de probationis iniunctione* Goett 1738. *c. 2. §. 27. 33.* ENGELBRECHT *de operis §. 64. 65.*

## §. 371.

Illuſtre ruſticorum liberorum exemplum praebent *cenſitae liberi erfurtenſes* 1) [die Freyzinsleute et Freygüter im Erfurtiſchen 2)]. Hi quidem praedia ſua iure hereditario et libere poſſident et alienant quoque, ſoluta tantum officio culinario [dem Küchenamt] taxa clientelari et laudemio [Auflaß- Zuſchreibgebühr et Lehenwaare] 3). Operas non praeſtant; annuum tamen cenſum in ſignum libertatis ſoluunt magiſtro culinario [Küchenmeiſter des Erzbiſchöflichen Hofes], qui Freyzins vocatur 4); quo intra annum non ſoluto, poſt triplicem interpellationem ruſticus praedium amittit 5), quod den Fronizations- ſ. Gewährsproceß adpellant. De cetero omnes harum praediorum alienationes, non niſi, facta officio culinario denunciatione, peraguntur 6).

1) IO. MAVRIT. GVDENVS in *hiſtoria erfurtenſi lib. I.* §. *10. p. 30. 31.*

2) Churf. Maynziſche erneuerte Freyzinßordnung vor dero Stadt Erfurth. d. 13. Apr. 1718. in den Maynz. Ordnungen vor Erfurt ꝛc. *p. 177-184.*

3) Freyzinsordn. t. 9. 10. 11.

4) loco eines gewöhnlich geweſenen ſilbernen Freypfenninge ſoll 4 und einen halben Pfenning an Uſualmünze gezahlet werden. Freyzinsordn. t. 2. Deſcriptionem nummi dat Seeländers Nachricht von Churmaynz. Bracteaten p. 27. et Köhlers M. B. XII. 138. ſqq.

5) Freyzinsordn. t. 4.

6) Freyzinsordn. t. 15-18.

## §. 372.

Sunt porro *in epiſcopatu Hildeſienſi et praefectura guelpherbytana* aliquot ruſticorum familiae, quas die Freyen vocant 1). Hi quidem operas omnino non praeſtant, nec niſi exiguum canonem annuum ſoluunt, a mortuario autem, maritagio aliisque praeſtationibus cenſiticis [Baulebung, drittem Pfennig, Bedemund, Schutzgeld, Hemdlaken ſ. Vogthemd et Rauchhun] omnino liberi praeſumuntur. Praedia ſua libera poſſident, nec tamen ob ius retractus gentilitii penitus alienari poſſunt. Huiusmodi friſaſſus praedia ruſtica, de quibus gallinae [Halshüner] vel mortuarium praeſtantur, ſuo nomine poſſidere non poteſt. De cetero peculiari iudicio [Freyengericht] ſubſunt, cuius praeſes [Dinggräfe] bis a Duce brunſuicenſi, ſemel ab epiſcopo hildeſienſi conſtituitur; aſſeſſores autem iudicii [Achterleute] ipſi ſunt ruſtici liberi. Coram hoc iudicio non alienationes tantum praediorum liberorum peraguntur, verum etiam ob delicta leuiora, in ipſis liberorum aedibus commiſſa, mulcta irrogatur 2).

1) Nachricht von den ſogenannten im F. Amt Wolfenbüttel und Hildesheimiſchen Amte Peina befindlichen Freyen, ihren Gütern, und was davon jährlich entrichtet wird, ihren Priuilegiis, und Gewohnheiten, wie auch von dem Freyengerichte und deſſen Hegung, von dem Dinggrefen und den freyen Gerichtskoſten; apud NOLTENIVM *de iure villic. p. 148. ſqq.* elem. iur. brunſu. §. 207. ſqq.

 2) multi

2) multi in hunc cenſum quoque retulerunt *ſeptem villicos liberos hoyenſes* (de frien ſeuen Meyers des Stifftes tho Bücken); qui tamen maxime ab his liberis differunt, praeſtantes ſcilicet Michaeliszinſen, Pfingſtſchatz, Heringſchatz, Zinsgänſe, Zinshüner, Salzfuhren, Dienſtgeld cet nec niſi a paucis oneribus immunes ſunt (Gobkorn ſ. Gerſten et Gerichtshaber). PVFENDORF *obſ. II, 84.*

## §. 373.

Qui in epiſcopatu oſnabrugenſi, praeſertim in curia wetterana [Schulzenhof zu Wetter] occurrunt ruſtici ſ. Wetterfreye Leute 1), cum his friſaſſis omnino non commiſcendi ſunt, nec qui Peterlinge 2), Ravensbergiſche Freye 3) cet. dicuntur. Hi enim perſonali quidem libertate vtuntur, atque adeo in oppoſitione ad homines proprios liberi vocantur, de cetero autem cum reliquis ruſticis prorſus conueniunt; quid? quod tantum non omnes hominum propriorum obligationes ipſis incumbunt 4).

1) LVDOLF *P. II. obſ. 154.*

2) MASCOVII *notitia iuris oſnabrug. §. 16. ſqq. p. m. 214. ſqq.*

3) LVDOLF *P. 2. obſ. 153.*

4) Buri p. 1282. ſqq.

## §. 374.

De cetero in aliis quoque Germaniae prouinciis hinc inde exempla ruſticorum liberorum

rum occurrunt 1). Enimuero cum haec ipſa ruſticorum ab operis et cenſibus exemtio, tamquam res extraordinaria et regulis de ſtatu ruſticorum generalibus repugnans haberi debeat: merito contra eamdem, tamquam exceptionem, praeſumtio admittenda eſt, niſi ruſticus legem, priuilegium 2) vel obſeruantiam contrariam probare valeat.

1) e. g. in Marchia electorali occurrunt freye in den Amtsdörfern gelegene Güter; horum diſpoſitionem in caſu aperturae Princeps ſibi reſeruauit. C. C. *march.* VI, 2. p. 115. lites autem ſuper praeſtatione canonis camera redituum decidit. C. C. *march.* cont. 4. p. 164. 169.

2) exemplum eiusmodi priuilegii vide apud PVFENDORFIVM *Tom. II. obſ. 174.*

# TITVLVS II.

## DE HOMINIBVS PROPRIIS, EORVMQVE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS.

### I. DE DEFINITIONE HOMINVM PROPRIORVM ET LEGIBVS, QVIBVS REGVNTVR.

### §. 375.

Altera ruſticorum claſſis eſt eorum, qui ab operarum cenſuumque praeſtatione non immunes ſunt. Iam eum haec ipſa ad operas et cenſus obligatio vel perſonis cohaereat vel praediis, quae ruſtico colenda traduntur; atque adeo vel realis ſit vel perſonalis: ſequitur

tur

tur, denuo duplicem horum ruſticorum conditionem ponendam eſſe. Qui enim his obligationibus ratione praedii tantum obnoxii ſunt, atque adeo reſignato praedio ſui iuris fiunt, *ruſtici in ſenſu ſtricto* vel *imperfecte liberi* (§. 339.) dicuntur; ſin vero ratione perſonae ſuae iisdem obligationibus obnoxii ſunt, neque adeo liberam de perſona ſua disponendi poteſtatem, dimiſſis etiam praediis, nanciſcuntur: *homines proprii* 1) [Eigene, Eigenbehörige, Leibeigene, Halseigene 2)], ipſorum autem domini, die Leibherren, Halsherren adpellantur.

1) DAV. REHM *de ſtatu et iure hominum propriorum.* Brem. 1661. HIER. FRID. VOGT A BERG *de hominibus propriis.* Alt. 1664. IAC. OTTO Vorſtellung der Leibeigenſchaft. Frankf. 1680. IO. NIC. HERTIVS *de hominibus propriis.* 1682. in *opuſc. T. I. Vol. 2. p. 108. ſqq.* GIUSTO FONTANINI *delle maſnade et altri ſervi ſecundo l' uſo de Longobardi Ragionamento.* Venet 1698. et germanice apud ESTOREM in den klein. Schriften *T. II. p. 294. ſqq.* IO. ERN. VON DER LINDE diſſ. *de vindicatione hominum propriorum, eiusque praeſcriptione.* Gedan. 1698. CHR. THOMASIVS *de hominibus propriis et liberis Germanorum.* Hal. 1701. IDEM *de vſu practico diſtinctionis hominum in liberos et ſeruos.* ib. 1711. IDEM *de vſu practico diſtinctionis hominum in ingenuos et libertinos.* ib. 1711. IOA. POITGIESSER *de ſtatu et conditione ſeruorum in Germania.* Colon. 1707. 8. Lemgou. 1736 4. HERM. AD. MEINDERS *de iurisdictione colonaria et curiis dominicalibus veterum Francorum et Saxonum.* Lemgou. 1713. (vid. ſupr. §. 171. n. 5. IO. CHR. SCHACHER *de hominibus glebae adſcriptis Luſatiae ſuperioris.* Lipſ. 1715.

IO. WILH. WALDSCHMID *de hominibus propriis haſſiacis.* Marp. 1716. I. H. BOEHMER *de iure et ſtatu hominum propriorum a ſeruis Germaniae, non Romanis, deriuando et de vſu huius doctrinae.* Hal. 1716. *T. I. exerc. ad Pand. p. 735 - 809.* Juſt. Jthel. von Vink Gedanken über das Osnabrückiſche Eigenthums = oder Gutsherrnrecht. Lemg. 1721. POL. LEVSER obſ. diplom. hiſt. *de ſeruis ſeruorum, de frilingis, de litonum abſolutione, de ſeruis nobilibus.* Helmſt. 1727. IO BERNH. MOLCKENBAVR *de hominibus propriis Weſtphaliae non liberis ſed ſeruis.* Gieſſ. 1732. AVG. BALTHASAR diſſ. I - III. *de origine et conditione hominum propriorum in Pomerania.* Gryph. 1735. 1737. 1740. Joh. Ad. Kopp von den armen Mannen, genannt die Peterlinge, in Heſſen, der Wetterau und dem Vogelsberg. in KVCHENBECKERI *anal. haſſiac. coll. 9. p. 65. ſqq.* IO. GE. ESTOR *de hominibus propriis Germaniae praeſertim in Weſtphalia ſuperſtitibus. T. II.* der kleinen Schriften *p. 114. ſqq.* IDEM vom Zuſtand einiger Heßiſchen Leibeigenen l. c. *T. I p. 239.* ERN. IOA. MANZEL *de eo quod praecipue iuris eſt circa homines proprios in Megapoli.* Roſt. 1738. HENR. CHR. SENKENBERG *de conditione ſeruorum.* Gieſſ. 1743. (J. C. Palm) Entwurf des Leibeigenthumsrechts überhaupt, und inſonderheit wie ſelbiges in der Gr. Hoya und einigen andern Weſtphäliſchen Provinzen hergebracht iſt. Hann. 1747. IO. TOB. RICHTER *de marchionatus Luſatiae ſuperioris iure ſingulari homines proprios manumiſſos vindicandi.* Lipſ. 1748. ANT. HOCKAVF *de ſeruitute praecipuarum regionum Germaniae.* Lipſ. 1757. GE. CHR. GEBAVERI progr. *de dominica veterum Germanorum poteſtate.* Goett. 1757. EIVSDEM diſſ. *de libertinitate veterum Germ.* ib. 1759.

2) de variis hominum propriorum denominationibus videndus eſt PFEFFINGERVS *ad Vitriarum T. II. p. 962. ſqq.* et GRVPENIVS in *obſ. p. 1015. ſqq.*

§. 376.

## §. 376.

Ruſtici non per vniuerſam Germaniam hodie hominum propriorum iure cenſentur, neque horum eadem vbique conditio. In iis regionibus, quas Slaui Venedique habitarunt, omnium duriſſime habentur, praeſertim cum a ſaeculo inde X. Slaui tantum non omnes ſub corona venderentur 1), et nomen adeo gentis ſeruorum fieret 2). Hinc in Bohemia 3), Morauia 4), Luſatia 5), Pomerania 6), ducatu Megapolitano 7) potiſſimum dura ſeruitute premuntur. Neque multum lenior illa eſt in Weſtphalia 8), praeſertim in epiſcopatu Oſnabrugenſi 9), Monaſterienſi 10), Paderbornenſi 11), principatu Mindenſi 12), comitatibus Lippiaco 13) et Rauensbergenſi 14). Mitiori vero iure vtuntur in Bauaria 15), Haſſia 16), Sueuia 17), comitatu Hoyenſi 18), epiſcopatu Hildeſienſi 19). In reliquis Germaniae territoriis aut nulli homines proprii deprehenduntur, aut eodem fere iure cum reliquis ruſticis cenſentur 20).

1) WITICHINDVS *lib. I. p. 650.* DITHMARVS *merſeb.* apud LEIBNITIVM *T. I. p. 324. ſq. p. 346. 349. 351. 372. ſqq.* HELMOLDVS *lib. I. c. 57. 88. lib. II. c 5.* ADELBOLDVS in *vita Henrici II.* apud LEIBNIT. *T. I. p. 436.* GVNDLING in *Henrico Aucupe* §. *22 p. 150. ſqq.* BOEHMER *de ſtatu hom. propr.* §. *12. 13.* WACHTER voc. Schlav p. 1459.

2) POTTGIESSER *lib. I c. 3.* §. *57. 58.* BOEHMER *l. c. c. 1.* §. *12. p. 758. ſqq.*

3) conſtitutiones Leopoldi de 1680. et Caroli VI. iura et obligationes ipſorum determinantes exhibet Weingarten p. 448. ſq. p. 725. ſqq. Glafey von Böhmen p. 771 ſq.

4) Weingarten l. c. BECK *ſpec. II. iur. publ. auſtr. p.* 225. de ducatibus *Oppolienſi* et *Ratiborienſi* vide S. F. WILLEMBERG *de iure perſon. ducatus Oppol. et Ratibor. c. 1. p. 1-22.*

5) Oberlauſitz'ſche Unterthanenordnung in *corp. iur. Luſat. ſup. p. 381. ſqq.*

6) Suethica nempe. vide e. g. Neueſte Pommerſche Grundgeſetze p. 16. 45. 115. 132. 189. 257. 379. 410. 418. 636. 645. gemeine Bauer- und Schäferordnung d. 1673.

7) nouiſſimas de iis leges exhibet der Erblandsvergleich §. 325. ſqq.

8) de his praeter ſcriptores adlegatos omnino conferatur STRODTMANNI collectio *de iure curiali litonico*; qua continetur p. 1. Affſchrifft der Gerechtigkeit des Haues tho Lahn. p. 52. Capitular Vredenſche Hofrolle. p. 105. Hoffrechten des Haeves tho Oethmerſſen voir die Hoffmeyeren en Kemerlingen des Landts van Twenthe tha Laege, ende die Graeffſchafft van Bentheim d. 17. Mart. 1546.

9) Osnabrückiſche Eigenthumsordnung d. 25. Apr. 1722. apud LVDOLFVM *T. II. obſ. 151. p. 193-234.* IDEM *obſ. 152.*

10) P O. der Stadt Münſter c. 12. 13. 35. LVDOLF *T. II. obſ. 149. p. 163.*

11) de quibus ord. polit. paderb. adeunda.

12) Mindiſche Landesverträge p. 188. ſqq.

13) Lippiſche P O. d. 1620. rec. Lemg. 1678. t. 7. 10. 11. 14. quos exhibet LVDOLF T. II. obſ. 156.

14) Ravensbergiſche Eigenthumsordnung d. 15. Nou. 1669. apud LVDOLFVM *T. II. obſ. 150.* De cetero notandum, *in terris brandenburgicis vniuer-*

*ſis*

*ſis homines proprios ſublatos eſſe.* Dorfordn. d. 1702. §. 61. quod ad comitatum rauensbergenſem quoque extenſum edicto d. 5. Mart. 1708. apud MEINDERSIVM *de iurisd. colonaria p 175. ſqq.* Haec ipſa tamen manumiſſio, excepto iure mortuarii, quod ſublatum eſt, ruſticis parum profuit; onera enim realia ſalua manſerunt, et annuus canon in recognitionem libertatis inſuper ſoluendus. MEINDERSIVS p. 177. Sahmens Preuſſ. Rechtsgelahrth. p. 22. 28.

15) Kreitmayr ad cod. Maxim. ciuil. T. I. p. 299-318.

16) Heßiſches Eigenbuch de 1532. exſtat in WALDSCHMIDII diſſ. adlegata. cf. etiam LVDOLF *T. II. obſ. 157.*

17) e. g. in territorio *Vlmenſi.* HARPPRECHT *de iure mortuarii c. vlt.* §. *10.* de hominibus propriis *Wurtembergicis* vid. CHR. FERD. HARPPRECHT *iura priuata ſingularia germ. alpirſpacenſia* §. 4. *ſqq. p. 16. ſqq.* Hohenz. L. O. t. 42. 43.

18) *elem. iur. brunſu. luneb.* §. 212. 220.

19) LVDOLF *T. II. p. 317. ſqq.* de comitatu *leiningo-weſterburgenſi ibid. p. 322. 323.* de Holſatia cf. Dreyers Abhandl. I. 361. ſqq.

20) omnes enim ruſticos olim homines proprios fuiſſe et artibus cleri, ICtorum, expeditionibus cruciatis cet. ad libertatem eniſos eſſe, nec probatum vnquam eſt nec ſi probari poſſet, argumento a priſtina conditione deſumto, vis vlla conſtaret. (§. 340. n. 7.).

## II. DE MODO ADQVIRENDI POTESTATEM DOMINICAM.

### §. 377.

Iam quod primo ad *modos adquirendi poteſtatem dominicam* attinet; poteſt quis vel natiuitate

tiuitate vel facto in conditionem hominis proprii ſeruilem detrudi. *Naſcuntur* ergo *homines proprii, qui matre ſerua procreati ſunt* 1), quo tendit etiam paroemia: das Kind folgt der ärgeren Hand ſ. dem Buſen 2). Interdum in praemium polypaedias, ſi mulier gemellos enixa eſt, vnus ex iisdem in libertatem vindicatur 3). Si femina propria ſtuprata eſt, partus ventrem omnino ſequitur, domino tamen a ſtupratore ſatisfactio 4) praeſtanda eſt, quae Bedemund 5) vocatur.

1) MEVIVS *P. 5. d. 229.*

2) GE. LVD. BOEHMER *de impari matrimonio* §. *10. p. 32. ſqq.* **Eiſenbarth Recht der Sprichw.** p. 143. ſqq. **Oſtfrieſ. L. R.** II, 24. p. 338. **Osnabr. E. O.** c. 2. §. 2. **Pfälz. L. O.** t. 8.

3) **Oethmarſche Hofrolle** t. 22. p. m. 102. cf. etiam **Ravensb. E. O.** c. 2. §. 5. **Osnabr. E. O.** c. 4. §. 17.

4) quae ergo a mulctis ſtuprorum **Send- oder Hurenbrüchen** maxime differt. GE. LVD. BOEHMER *de multis ſtuprorum. c. 1. §. 12. p. 13. ſq.*

5) interdum tamen hoc nomine etiam deſignatur pecunia pro conceſſione conſummandi matrimonii ab homine proprio ſoluenda. PVFENDORF *de iurisd. germ. P. 2. ſ. 3. c. 1. §. 200. p. 411.*

## §. 378.

Alter modus in alterius poteſtatem perueniendi eo continetur, ſi quis, cui libera de perſona ſua diſponendi facultas competit, conſenſu vel expreſſo vel tacito alterius pote-

ſtati ſe obnoxium faciat. *Expreſſo* ergo *conſenſu* vt quis homo proprius efficiatur; ſpontanea addictione 1) opus eſt, quae plerumque ſollemni inſtrumento 2) [ein Ergebebrief] peragitur 3). *Tacita* autem *addictio* ex factis colligitur, quae tacitam libertatis renunciationem ſupponunt. Hinc ſi quis matrimonium cum ancilla ſciens volensque ineat 4); aut in iis locis, vbi aër homines proprios efficit 5) [wo die Luft eigen macht], domicilium conſtituat, et vltra annum ibidem commoratus fuerit 6): libertatis iacturam patitur 7).

1) FERD. AVG. HOMMEL *de ſeruitutis per pactum conſtitutione.* Lipſ. 1736. 10. PHIL. CARRACH *de addictione in ſeruitutem ſpontanea.* Hal. 1753.

2) LEVSERI *ius georgicum lib. II. c. 7. §. 35. p. 303.* Oberlauſ. Unterthanenordn. §. 2. Osnabr. E. O. c. 2 §. 3. Ravensb. c. 1. §. 10.

3) de pacto ſubeundae, ob non ſolutum canonem annuum, ſeruitutis vide CHR. GOTTL. RICCIVM *de pacto commiſſario circa pignora.* Ien. 1743. §. 28. p. 57.

4) huc adludunt paroemiae: die unfreye Hand zieht die freye nach ſich; vel: trifſt du mein Huhn, wirſt du mein Hahn. Eiſenharth p. 75. cf. tn. diſſ. mea *de matrimonio nobilis cum vili et turpi perſ.* §. 10. *ſqq.*

5) hoc ius obtinet in quibusdam Haſſiae praefecturis Eigenbuch §. 9. 10. WALDSCHMID *c. 3.* §. 2. in Wetterauia (in der Gegend des Huttenbergs) PISTORIVS *cent. I. par. 56.* in Algouia et tribus territorii Vlmenſis villis. HARPPRECHT *de iure mortuarii* c. *vlt* §. *10.* in reliquis autem Germaniae territoriis non praeſumitur. RICCIVS *de prae-*

*ſcriptione*

*ſcriptione Germ. c. 16.* §. *3. p. 139.* Eiſenhart p. 73. ſqq.

6) MEVIVS P. 6. d. 335.

7) POTTGIESSER V, 22.

## §. 379.

Olim quoque vſu ſaepe euenit, vt debitor, niſi calamitate publica bonis ſuis excidiſſet, ſententia iudiciali victus 1), ſin iudicatum facere nequiret, creditori ad manum addiceretur, quod Germani vocant *addictionem debitoris in manum creditoris* 2) [die Uebergebung zu Hand und Halfter]; quo ipſo debitor quodammodo creditoris ſeruus efficiebatur, et operas manuarias ipſi, donec ſors et vſurae exſtinguerentur, praeſtabat. Hodie tamen pleraeque leges ab hoc priſtini iuris rigore deſecerunt 3), et *carcerem debitorum* 4) introduxerunt [Schuldthurm]; licet quaedam leges priſtinum ius indelibatum ſeruauerint 5).

1) Interdum victus certamine ſingulari (Duell) victori tradebatur. nobile exemplum dedi in progr. *de renouat. nobilitatis* §. *5.*

2) GOTTL. VOGT *de addictione ad manus praeſertim Saxonica.* Frf. 1724. 1737. IO. RVD. ENGAV *de addictione debitoris in manum creditoris.* Ien. 1746.

3) Sächſ. L. O. P. II. conſt. 22. §. und nachdem wir. Lüneb. Stadtr. P. 2. t. 13. §. darwider. Altenb. neuerläuterte Proc. Ordn. P. I. c. 39. ſtat. *hamb.* P. I. t. 41. §. 11. 13. ENGAV. §. *18-21.*

4) IO. FRID. GEORGI *de carcere obaeratorum.* Ien. 1679. IO. GE. ZEIDTLER *de carcere debitorum.*

Alt. 1679. ABR. KAESTNER *de obligatione ad carcerem ex cauſa debiti in maſculo et femina obtinente.* Lipſ. 1723. CAR. WILH. GAERTNER *de femina debitrice ex pacto ad carceres obligata.* Lipſ. 1728. GOTH. LVD. MENKEN *de eo quod iuſtum eſt circa carceris obaeratorum poenam.* Vit. 1729.

5) Eiſen. Proc. Ordn. d. 1702. t. 29. Gothaiſche P. O. P. I. c. 20. Schwarzb. P. O. P. 4. t. 11. §. 21. 22 ſtat. *lub.* lib. I. t. 3. a. 1. Stadiſche Gerichtsordn. d. 1606. t. 24. §. 11. PVFENDORF *obſ. I, 120.* ENGAV §. 22. cf. etiam IO. FRID. KOBE *de pecunia mutuat. tuto colloc. c. 3. §. 25. p. 38. ſqq.* pro ea tamen praeſumtio non capienda, quod enim in plerisque prouinciis non diſerte abrogata ſit, nihil mouet, cum de antiquo eiusdem vſu vniuerſali et hodierna obſeruantia non conſtet; et leges alio modo debitores doloſos coerceant. cf. ſupra §. 208. n. 6.

## III. DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS HOMINVM PROPRIORVM.

## §. 380.

Si ſtatum *hominum propriorum* ſpectaueris, equidem eosdem perſonis accenſere non dubitauerim. *Ius* tamen *perſonarum* ita *limitatum eſt*, *ne in praeiudicium domini* ratione cenſuum et ſeruitiorum ipſi debitorum *exerceri* temere *queat.* Legitima ergo *matrimonia contrahunt* 1), *conſenſu* tamen *domini* impetrato 2), et ſoluta certa pecunia quam *maritagium*, *marchetam* 3), Bedemund, Klauenthaler adpellant, et *falſo ex iure primae noctis*

*ctis* 4), quod dominis olim competiiſſe ſomniant, deriuatur. Neque dubitandum eſt, ipſis *patriam poteſtatem in liberos* competere, ſaluis tamen iuribus domini. *Sibi* etiam *adquirunt*, praeſtitis quae debentur, operis et cenſibus. Interdum tamen *teſtamenta condere ſuper adquiſitis non poſſunt* 5) et domino hinc inde ius protimiſeos 6) in eiusmodi rebus competit. *Teſtes in teſtamento eſſe* legibus imperii 7) *prohibentur*, quae tamen diſpoſitio iuris peregrini rationibus vnice debetur.

1) hinc diſerte Ehelude vocantur e. g. apud STRODTMANNVM *p. 29.* ein Hoffmann, de ſick verhilckede *p. 59. 62. 63. 79. 88. 89.*

2) Osnabr. E. O. c. 4. §. 2. Palm c. 3. §. 6. Ravensb. E. O. c. 1. §. 9. 22. c. 4. §. 3. Lipp. t. 7. Mecklenb. Geſind- und Taglöhnerordn. t. 2. §. 21. Lauſitz. U. O. a. 2. Kreitmayr T. I. p. 307.

3) IO. WILH. HOFFMANNI *obſeru. iur. germ. lib. I. c. 7. p. 83. ſq.* IO. GE. KEYSLER *de mulieribus fatidicis §. 64. in antiquit. p. 484. ſqq.* vbi obſeruat, in terris mecklenburgicis Klauenthaler, alibi Frauenzins adpellari p. 487. de denominatione *cunnagii* vide H. E. KESTNERVM *de iure connagii.* In Saxonia inferiori ſaepe dicitur der Hemdſchilling ſ. Hemdlaken. MASCOVII *notit. iur. brunſu. p. 133.* In terris *guelpherbytanis* iam a. 1433. limitatus hic cenſus. ENGELBRECHT *collat. c. 2. §. 3.* In *Bauaria* conſenſus gratis dandus eſt. Kreitmayr l. c. cf. PVFENDORF obſ. II, 166.

4) turpem et anilem hanc fabulam e iure patrio proſcripſit CHR. VLR. GRVPENIVS in *vxore theotiſca c. 1.* vbi *de virginum praeguſtatoribus, iure deflorationis, iure primae noctis,* Maidenrents, *marcheta,* more ſuo h. e. ſolide exponit. *p. 1-35.*

5) Osnabr. c. 15. Ravensb. E. O. t. 1. §. 25. Lipp. t. 11. ſolum tamen ius osnabrugenſe teſtandi facultatem ſuper adquiſitis negat, et homini proprio, tamquam primo adquirenti, inter viuos tantum de adquiſitis diſponere permittit, ſed hoc exceptionem conſtituit. vide e. g. Oberlauſ. U. O. a. 1.

6) quod item iure oſnabrug. obtinet, non tamen alibi. vid. Mevius von Abfolg. der Bauer. q. 1. n. 35.

7) Notariatsordnung 1512. §. 7. de cuius tamen vſu practico vid. Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. 2. p. 21. ſqq.

## §. 381.

Cum ius domini perſonae hominis proprii inhaereat: ſequitur, hunc, vxorem, liberosque nullo modo, inſcio et inuito domino, de perſona ſua diſponere poſſe. Hinc ſi homo proprius deſerta curia ſolum mutet, vel *vrbibus* (§. 313.) aut *opificum collegiis* (§. 332.) ſe adſcribi patiatur, vel ad *militiam* 1) nomen ſuum profiteatur: *vindicari profugus poteſt* 2), quod vocant das Beſatzungsrecht, die Abforderung et Abfolgung der Leibeigenen. Vt autem domini eo ſint ſecuriores, *iuramentum adſecurationis* 3) [Erbeid] ipſis praeſtat homo proprius, quo, ſe commoda domini pro virili promoturum, operas et cenſus debito tempore praeſtiturum, neque poteſtati eiusdem dominicae vllo negotio ſe ſubtracturum eſſe, ſancte ſtipulatur.

1)

1) Mecklenb. Erblandsvergl §. 331-333. KOEHLER *de iurib. et priuil. nobil. mecklenb.* §. 23. n. 19. p. 47. Priuil. der Schwed. Pommerſchen Ritterſch. d. 1720. in adpend. delineat. ENGELBRECHT p. 70. Neueſte Pommerſche Grundgeſetze p. 16.

2) Pommerſche Grundgeſetze p. 115. 257. 379. 418. 645. Mecklenb. Erblandsvergl. §. 330. Kreitsmayr p. 310. Osnabr. E. O. c. 13. §. 13. Mevius q. 4. R. I. 1555. §. 52.

3) IO. WILH. WALDSCHMID *de iure impetrantis in ruſticos refractarios homagium inprimis denegantes.* Marp. 1726. HERTIVS *de ſubiect. territoriali* §. 15. F. W. PESTEL *de homagio.* Rint. 1752. §. 5.

## §. 382.

*Curiarum*, quibus adſcripti ſunt homines proprii, et nomen der Hofhörigen inde trahunt, *dominium* et olim et hodie *penes dominum* hominis proprii *reſidet* 1). Hic ergo praedium, ſine conſenſu domini nullo modo alienare, onerare aut diuidere poteſt. *Ius hereditarium* hominibus propriis, ſicut reliquis ruſticis (§. 361.) olim non competebat, et etiamnum in quibusdam prouinciis denegatur 2); in plerisque tamen ter itoriis nouiori aetate hoc iure aucti ſunt 3; adeoque quae de ruſticorum expulſione [Abäuſſerung der Leibeigenen] ſupra diximus, (§ 366) ſuo modo etiam ad quaeſtionem de hominibus propriis adplicanda ſunt.

1) Osnabr. E. O. t. 11. §. 15. Ravensb. E. O. t. 1. §. 25. Lipp. t. 11. Heſſ. Eigenb. §. 1.

2) Mecklenb. Erblandsvergl. §. 325. 334-336.

3) Ravensb. E. O. c. 1. §. 1. filio natu minimo curiam adiudicat. item Osnabr. c. 4. §. 1. pluribus exemplis hoc ex LVDOLFO potiſſimum demonſtrauit Buri p. 1064. ſqq. in comitatu hoyenſi filius natu maximus plerumque heres. Palm c. 9. p. 68. ſqq. cf. HERTIVS *ſ. 3.* §. 8. Liefländ. L. O. p. 61.

## §. 383.

Quod ad *operarum praeſtationem* [Leibdienſte] attinet, plerique ICti pro operis indeterminatis hominum propriorum praeſumtionem capiunt 1). Enimuero ſicuti olim non omnes homines proprii operas indeterminatas praeſtiterunt 2), ita nec hodie eosdem operis indeterminatis ſemper 3) obnoxios eſſe, inde manifeſtum fit, quod pleraeque leges vel diſertis verbis determinatas operas iis imponant 4), vel certe ad ſolitum modum easdem exigi velint 5); vt adeo hic quoque, vt in ruſticis liberis (§. 350.) *omnia ad obſeruantiam redeant.* De cetero dominis, licet iurisdictionem patrimonialem non habeant, *ius coercendi* 6) [der Dienſtzwang] competit, vi cuius poena carceris aliisque caſtigationibus hominem proprium ad legitimam operarum praeſtationem compellunt.

1) LEYSER *ſp. 416. m. 1.* PERTSCH *de operis determ. et indeterm.* §. 54.

2) BOEHMER *ſ. 1.* §. *7. p. m. 749. ſqq.* ESTOR §. *11. p. 13.*

3)

3) homines proprii leiningenſes operas indeterminatas praeſtant. LVDOLF *P. II. p. 323.*

4) v. c. in Luſatia. BOEHMER *ſ. 3. §. 17.*

5) **Osnabr.** E. O. c. 13. §. 1. ſqq. et edict. d. 29. Apr. 1660. apud LVDOLFVM *l. c. p. 231.* de rauensbergenſibus edict. d. 29. Nou. 1654. *l. c. p. 289.* **Lipp.** t. 14. l. c. p. 299. **Kreitmayr** p. 305 BALTHASAR *de ſeruitiis ſ. operis ruſt in Pomeran t. 8. §. 9. ſqq. p. 147. ſqq.* Stiſſers Landwirthſch. der Teutſchen. c. 9. ſ. 2. §. 7. p. 234. ſqq. **Liefländ.** L. O. p. 663.

6) **Kreitmayr** p. 312. SCHACHER *de hominibus glebae adſcriptis Luſat. ſup. c. 2. §. 16.* **Mevius** q. 3. n. 67. ſqq. P. 3. d. 8.

## §. 384.

Inter *cenſus* hominum propriorum, qui a perſonali ipſorum ſubiectione Leibzinſen (§. 358. n. 3.) adpellantur, eminet praeſertim *mortuarium* 1) [manus mortua 2) Baulebung 3) Leibpfennig, Hauptrecht, Trauerrecht, Geläß, Todtenzoll, Weidmal]; quo nomine denotatur omne id, quod domino ex hereditate defuncti hominis proprii debetur. In definienda qualitate et quantitate leges et mores admodum variant. Alibi enim certa pecuniae 4) vel dimidia rerum mobilium 5) portio; alibi optima veſtis [Gewandtheil], alibi res optima ab homine proprio relicta [Buttheil 6), Beſttheil] vel nobiliſſimum pecus [Beſthaupt] 7) debetur; alibi denique arbitrio domini relinquitur, quid eligere velit, quod *curmedam* 8), Curmedrecht, Köhrrecht, et praedium Curmed-

gut ſ. Leben 9) adpellatur. Si nihil definitum, pacto res definitur, quod vocant das Hauptrecht bedingen ſ. betheidigen 10). De cetero licet hoc ius mortuarii in homines proprios praeſertim exerceatur: abſolutum tamen pro ſeruitute praeſtantis argumentum inde non infertur, cum *pro onere reali* hodie merito *habeatur* 11), atque adeo de hominibus liberis quoque 12), quin nobilibus, interdum exigatur 13).

1) FERD. CHRIST. HARPPRECHT *de iure mortuario in bonis defuncti hominis proprii domino eius competente.* Tub. 1686. LVDOLF *P. 3. obſ. 273.*

2) Knorrens Anmerk. p. 353. ſqq.

3) Gedanken von dem Urſprung des Rechts Buleve; in den Braunſchw. Anz. *1757. p. 1069. ſqq.* C. C. *Calenb. c. 5 p. 80. 81.*

4) e. g. iure *darmſtadenſi et naſſouico-weilburgenſi* quinque de centenis debentur. cf. etiam SCHOTTELIVS *c. 2. §. 22. p. m. 58.* ita et iure bauarico. Kreitmayr p. 309.

5) Ravensb. E. O. c. 1. §. 19. Osnabr. c. 6. §. 1-3. iure *hoyenſi.* Palm c. 5 §. 23. ſqq.

6) Caſſelſche Grebenordn. in adp. p. 238. ſi optimus equus eligi poteſt, vocatur das Röhrpferd.

7) WICHT ad *ius Friſ. orient. p. 268. ſq.*

8) SCHOTTELIVS *c. 2. §. 14.* POTTGIESSER *l. I. c. 4. §. 39.* in dubio non domino iurisdictionis, ſed villae, debetur. C. C. *Calenb. c. 5. p. 121.* PVFENDORF obſ. III, 28. Jülich. R. O. p. 93.

9) LVDOLF *P. 3. obſ. 283.* Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. 2. p. 36. ſqq. Buri p. 813. ſqq.

10) POTTGIESSER *lib. II. c. 11.*

11)

11) STRVBE *de mortuario onere reali*; in *obſeruat. iur. et hiſt. germ. p. 244. ſqq.*

12) GVDENI *cod. diplom. T. I. p. 99.*

13) c. mea *de iurib. ex ſtat. ingen. pend. c. 1. §. 11. p. 32. ſqq.* Idem dicendum de militibus. KITTMEIERI ſpec. iur. militaris *de iure optimi caballi.*

## IV. DE MANVMISSIONIBVS HOMINVM PROPRIORVM.

### §. 385.

Quod tandem ad modos finiendi ſeruitutem germanicam attinet: poteſt homo proprius domino conſentiente vel non conſentiente ad libertatem euiti. Sin expreſſa domini voluntate libertas homini proprio titulo oneroſo vel gratuito confertur, *manumiſſio* 1) vocatur, eaque de re *charta ingenuitatis* [ein Laßbrief] 2) vtplurimum conficitur. Iam licet manumiſſio ab arbitrio domini plerumque pendeat, interdum tamen leges manumittendi dominorum licentiam in Germania quoque reſtrinxerunt 3).

1) de antiquis manumittendi modis vid. BOEHMER *ſ. 1. §. 9. p. 753. ſq.* POLACK *iurispr. germ. ant. lib. I. c. 16. p. 66. ſqq.* HEINECCII *elem. iur. germ. lib. I. t. 2. §. 48. ſqq.*

2) Palm c. 6. §. 2.

3) Ita in Pomerania non permittitur principi extero redemtio hominum propriorum, militiae cauſſa facta. Pommerſche Grundgeſetze p. 189 et conſenſu regiminis opus eſt ad manumiſſionem homi-

nis

nis proprii ad Regem ſpectantis. *l. c. p. 410.* cf. chr. thomasivs *de vſu practico doctrinae de impedimentis manumiſſionum.* Hal. 1712. avg. balthasar *de manumiſſionibus ſeruorum ſ. hominum propriorum ſecundum ius Rom. Germ. et ſpeciatim Pomeranicum.* Gryph. 1743. **Kreitmayr** T. I. p. 313. ſqq.

## §. 386.

Iam ſi *ſtatum et iura manumiſſi hominis proprii* ſpectaueris: diſtinguendum eſt, libertus curiamne ſuam relinquat, et in vrbibus vel alibi aliud vitae genus, libero homine dignum ſequatur, an vero in agris curiaque domini manumittentis reſtet. Sin illud, *manumiſſio plena* eſt, nec vlli priſtinae ſeruitutis effectus relinquuntur; ſin hoc, *manumiſſio minus plena* recte adpellatur, cum manumiſſus hoc modo non niſi perſonalem libertatem ſortiatur, de cetero autem iisdem fere cum homine proprio obligationibus obnoxius efficiatur, quod quum olim hodieque vtplurimum euenerit, facile adparet; *nec noſtra aetate, libertos multum ſupra ſeruos eſſe* 1). In quibusdam tamen territoriis in ſeruitutem recidit manumiſſus, ſi ad priſtinum domicilium regrediatur 2). De cetero *nullus apud nos iuris patronatus Romani vſus* eſt 3).

1) tacitvs *c. 25.* c. mea *de iurib. ex ſtat. ingen. pend. c. 2. §. 26. p. 73. ſqq.* gebaver *de libertinitate vet. Germ. §. 2. p. 3. ſqq. §. 6. p. 30. ſqq.*

2)

2) Heſſ. Eigenb. §. 14. Oberlauſ. Unterthanenordn. RICHTER *c.* 2. §. 9. cf. etiam STRVBE *de officio litonico* §. 4. *lib. II. parerg. Goetting. p.* 14.

3) SCHILTER *ex.* 41. §. 41. in primis autem STRVBE *de iure villic. c.* 5. §. 19. *ſqq p.* 231. *ſqq.* vbi late de proſcribenda e iure germanico doctrina de libertis Romanorum, et operis ipſorum patrono praeſtandis diſputauit.

## §. 387.

Conſenſu domini tacito et ex legis diſpoſitione libertatem homo proprius nanciſcitur, ſi dominus hominem proprium in vrbe ad ius ciuitatis adſpirare 1) (§. 313.) atque adeo libertatem hoc vel alio modo 2) praeſcribere 3) patiatur; vel denique nimia in hominem proprium ſaeuitia eo procedat, vt a iudice poteſtate ſua omnino priuetur 4).

1) vide ſupra §. 313. n. 6. 7. p. 348. ſq.

2) IO. ZACH. HARTMANN *de praeſcriptione nunc decennali nunc ſaxonica homines proprios nobilium Sleſuicenſium ac holſaticorum a poteſtate dominica liberante.* Kil. 1735. Holſt. L. G. O. P. 4. t. 5. § 15. WALCH *de homine proprio ciuitatis experte* §. 10. *ſq.* Orth T. IV. p. 591.

3) GEBH. CHR. BASTINELLERI progr. *de tacitae manumiſſionis priuilegio hominis proprii liberis ſciente domino opificium quoddam eligentibus aut artes liberales diſcentibus competente.* Vit. 1739.

4) RICCIVS *de praeſcriptione german. c.* 17. *p.* 143. *ſqq.* BOEHMER *ſ.* 3. §. 1.

TITV-

# TITVLVS III.

## DE RELIQVIS RVSTICORVM CLASSIBVS ET PRAEDIIS.

### I. DE VILLICIS, von Meiern, Meiergütern und Erbmeierſtädtiſchen Gütern.

### §. 388.

In ſingularibus ruſticorum et praediorum ruſticorum iuribus eminent villici et bona villicalia, Meier et Meiergüter 1). *Villici* vox plures habet ſignificatus 2). Hoc loco denotat conductorem, qui ſub lege annui canonis, operarum praeſtandarum, ſoluendorum onerum et tributorum, vſumfructum praedii ad certum tempus vel iure hereditario [Erbmeier] accepit, vt tamen plenum dominum penes dominum praedii remaneat. Conuentio de praedio villicali in ruſticum conferendo, *contractus villicalis* 3) [Meier-contract] charta autem, quo dominus conceſſionem factam eſſe teſtatur, *inſtrumentum villicale* 4) [Meierbrief] adpellatur. Haec bona villicalia et villici in *terris Brunſuico-Luneburgicis*, *Hildeſienſibus*, *Eichsfeldia et vicinia potiſſimum deprehenduntur.*

1) Vniuerſam de iure villicorum doctrinam tractauerunt: IVSTVS HAHNIVS in *concluſionibus de iure colonario ſ coloniae perpetuae* Helmſt. 1654. 1659. 1678. germanice vertit et inſigniter auxit ANT. KAP-

PELIVS, praeſcripto elogio: vom Erbmeyerrecht. Frankf. 1690. 8. DAV. GE. STRVBE *de iure villicorum.* Hildeſ. 1720. 1735. et P. I. *acceſſionum.* 1739. 4 EIVSDEM gründlicher Bericht vom Abmeyerungsrecht. Hildesh. 1730 Briſchw. 1738 f. RVD AVG. NOLTENIVS *de iure villicorum et conſuetudinibus circa villicos* Brunſu. 1738. IO. CHR. CLAPROTH *de praediis ruſticorum.* in den Samml. *P. I p. 63-104* C. J. Mühlpfort Nachricht von den Streitigkeiten über das Meyerrecht im Stift Hildesheim. Hildesh. 1748. Jul. Melch. Strube befeſtigtes Erbrecht der Stift Hildesheimiſchen Meyer. Hann. 1752. 4. Gedanken von dem Verfall vieler Meierhöfe; in den Hann. Anz. *1752. p. 1101. ſqq.* FRID. CARSTENS liber ſingul. *de ſucceſſione villicali in ducatu Luneburgico.* Goett. 1763. Diſſ. mea *de differentiis praediorum ruſticorum et feudorum, praeſertim quoad ſucceſſionem.* ibid. 1765.

2) *elem. iur. brunſu.* §. *241.*

3) STRVBE *c. 2* §. *11.*

4) quod etiam in vxorem ſponſamque dirigitur. STRVBE *c. 3.* §. *17.* ob diuerſitatem religionis toleratae (§. 211) ſponſae non denegatur. STRVBE in *acceſſ. p 78* Villico ſecundas nuptias ineunte nouo inſtrumento pro ſponſa opus eſt, licet laudemium hoc caſu non ſoluatur (§. 363.). Cramers Wetzlar. Nebenſt. P. 7. p. 18. ſqq.

## §. 389.

*Villici*, etiam nobilium 1), hodie *iure hereditario plerumque vtuntur* 2) [§. 362]; *dominium* tamen *nullo modo in eos tranſit.* Hinc nec faciem fundi mutare, nec praedium alienare, aere alieno onerare, nec dotem ex eo conſtituere et ne inter liberos quidem de eo diſponere 3), poſſunt 4), cum conductorum tantum iure vtantur.

vtantur. Arbores tamen turbine deiectae 5), [Windbrüche] ſicuti reliqua praedii emolumenta, ordinaria et extraordinaria, quae ſibi dominus non expreſſe reſeruauit, recte iisdem vindicantur.

1) excepta regione Goettingenſi. STRVBE in *acceſſ. p. 49. 50.*

2) STRVBE *c. 8.* hinc villicus debita patris expungere obligatur, etiamſi pater forte expelli potuiſſet. conſt. d. 8. Ian. 1691. Strubens Bedenk. *n. 150. p. 353. ſq.*

3) PVFENDORF *obſ. I, 223.*

4) elem. iur. brunſu. §. 240. 246. GOEBEL *de iure ruſt. c. 3 §. 3. p. 248. ſqq* STRVBE *c. 3. §. 1-21.* PVFENDORF *obſ. II, 96. 97. III, 211.*

5) GE. HENR. AYRERI diſſ. *de iure ſibi habendi arbores in fundo villatico turbine deiectas.* Gott. 1755.

## §. 390.

*Mercedem* [Meierzins] praeſtat villicus lege 1), pacto, obſeruantia definitam, quam ſi non ſoluit, bona eius excutiuntur 2), niſi ob damna fatalia *remiſſionem* impetrauerit (§. 360.). Augere hunc cenſum aut qualitatem praedii villicalis mutare, omnino non licet 3) *Operae* tantum non omnium villicorum *determinatae* ſunt 4); neque in praeſtationes pecuniarias conuerti poſſunt, vt ne quidem longiſſimi temporis praeſcriptio admittatur 5). *Tributa* denique et onera publica villicus ſoluit 6).

1)

1) vide e. g. conſt. guelpherbyt. d. 25. Ian. 1597. Wolterect p. 34.
2) STRVBE *c. 4. p. 139. ſq.*
3) vide e. g. conſt. guelph. d. 9. Mart. 1737. in IAEGERI diſſ. *de emphyteuſ. ſalinaria c. 1. §. 11. p. 47. ſqq.*
4) *elem. iur. brunſu. §. 227. ſqq.*
5) STRVBE *c. 5. §. 20. ſqq.*
6) STRVBE *c. 6. p. 249. ſqq.*

## §. 391.

*Expellitur* demum *villicus* (§. 367.) ob moram in ſolutione penſionis commiſſam, deteriorationem praedii, pactum arbitrariam expellendi facultatem domino reſeruans; alicubi ob alienationem et oppignorationem praedii villicalis; ob intermiſſam alibi renouationem contractus villicalis; ob propriam domini indigentiam; interdum etiam ob villici inhabilitatem, et reſolutum ius locatoris 1). Ipſa tamen expulſio [Abmeierung] cauſſa iudicialiter cognita 2) fieri debet, et pretium aedificiorum inſtrumentorumque ruſticorum, itemque impenſae in villam factae reſtituendae ſunt villico 3).

1) STRVBE *c. 8. §. 9. 10. p. 321. ſqq.*
2) villicorum dominicorum expulſio camerae redituum regiae reſeruata eſt. *Elem. iur. brunſu. §. 607.* ita et iure luneburgico C. C. *Cell.* V, 2. nec adpellatio a decreto camerae admittitur. C. C. *Cell.* c. 2. p. 673.

3) STRVBE *c. 8. §. 11. p. 365. ſqq.* GOEBEL *obſeruat. de locat. conduct. §. 129. p. 69.*

## §. 392.

In *Weſtphalia*, praeſertim in ducatu *Iuliacenſi* 1), comitatu *Rauensbergenſi* 2) et vicinia occurrit ſpecies praediorum villicalium 3), quae vulgo, licet perperam, bona emphyteutica ſ. Erbzinsgüter rectius Erbmeierſtädtiſche Güter adpellantur, quorum priſtini poſſeſſores homines proprii fuiſſe et manumiſſi eſſe dicuntur; eorumque iura et obligationes iis, quae de villicis modo diſſeruimus, exacte reſpondent.

1) in *ord. polit. Iuliac. p. m. 69. (p. 56. edit. nou.)* vocantur **Sadell- Schatz- und Dienſtgüter**, ad quem locum ordinatio pragmatica rauensb. prouocat.

2) **Pragmatiſche Sanction wegen der Erbmeyerſtättiſchen Güter in der Gr. Ravensberg** de 15. Iun. 1705. apud LVDOLFVM *T. III. p. 190. ſqq.* et antiquior apud MEINDERSIVM *de iurisd. colonaria p. 125. ſqq.*

3) *ſanctio pragmatica Meinderſiana* §. 5. eos diſertis verbis Erbmeyer adpellat. **Braunſchw. Anzeigen** 1745. p. 1938. ſqq.

### II. DE MEIERDINGIS **von Meierdingsleuten und Gütern.**

## §. 393.

Adfinia praediis villicalibus ſunt *praedia meierdingica* 1), quorum mentio in principa-

tu

tu guelpherbytano, epiſcopatu Hildeſienſi et vicinis praefecturis occurrit 2), et quae nomen a placito villicali, quod mox deſcribemus, ſortiuntur. Dominus praedii Oberzins- ſ. Meierdingsherr adpellatur 3). Villico dominium vtile competit 4), ſed legibus durioribus prae reliquis villicis obnoxius eſt, ad praeſtationem maritagii [Bedemund] 5) gallinae 6) [Leibhenne] et mortuarii 7) [Baulebung] et ſolutionem annui cenſus obligatus, quibus obligationibus qui ſe obnoxium reddere non vult, praedium meierdingicum adquirere non poteſt 8), niſi colonum vicarium [treue Hand, Treuenhänder] ex ipſis Meierdingis conſtituat 9).

1) IO. WERNH. GERIKE in SCHOTTELIO *illuſtrato et continuato c. 2.* DAV. GE. STRVBE *de bonis meierdingicis;* in calce *acceſſ. ad ius villic. p. 169. ſqq.* IO. WILH. GOEBEL ſ. reſp. RVD. AVG. NOLTENIVS *de ſingularibus quibusdam praediorum ruſticorum, quae ſunt in terris brunſuico-lunebur-gicis et vicinia.* Helmſt. 1728. Buri Erl. des Lehnrechts p. 1165. ſqq. FRANC. CAR. CONRADI *de iure retractus in bonis meierdingicis praeſertim ad Reu. Dn. Praepoſ. et capitul. cathedr. eccl. hildeſ. ſpectantibus.* Helmſt. 1747. quod ſcriptum quibusdam acceſſionibus auctum in den Braunſchw. Anz. *1747. p. 1377.* D. MEIERI *deductio iurisd. meyerdingicae, eccleſiae cathedralis Hildeſienſis capitulo et praepoſito competentis.* Hildesh. 1758. f.

2) STRVBE *§. 2. p. 273.*

3) CONRADI *§. 12. not. b. p. 32.* STRVBE *§. 2. 42.*

4) EIVSD. *§. 3. p. 7. ſqq.*

5) CONRADI §. *3. not. e. p. 11.* STRVBE §. *13. p. 206.*

6) EIVSD. *l. c. not. i. p. 10.* de cetero meierdingi operas ex regula non praeſtant. STRVBE §. *14. 15. p. 208. ſqq.*

7) EIVSD. *not. k. p. 11.* STRVBE §. *12. p. 204.*

8) hinc meierdingos hominibus propriis accenſet BVRI *l. c.* hodie tamen liberi quoque homines ad eorum poſſeſſionem admittuntur. STRVBE §. *11. p. 201. ſqq.*

9) CONRADI §. *13.* qui eos prouaſallis comparat.

## §. 394.

Praedia meierdingica ab aliis, quam meierdingis, poſſideri nequeunt 1). Introductus hunc in finem eſt *retractus meierdingicus*, vi cuius ante factam in placito villicali inueſtituram praedium alienatum, oblato eodem pretio, vindicari poteſt (a) a proximis agnatis (b) a domino meierdingico (c) a colono vicario [Treuenhänder] (d) a proximo vicino; (e) a domino pignoris praedium colente; et nec hoc praedium petente (f) a quolibet homine meierdingico 2).

1) STRVBE §. *23. p. 240. ſqq.*

2) CONRADI §. *8. ſqq. p. 22. ſqq.*

## §. 395.

Cauſſae haec praedia concernentes in *placito villicali* 1) [Meierding] diſcutiuntur, quod abſoluitur commiſſario domini, et adiunctis qui-

quibusdam adſeſſoribus qui ex ipſis hominibus meierdingicis deſumuntur 2), iisque in terris brunſuico-luneburgicis plerumque praefectus aliquis adiungitur 3). Coram hoc iudicio reſignationes quoque praediorum meierdingicorum fieri ſolent, et in codice iudiciali [Meierdingsbuch] deſignantur. Iam ſi villicus in ſententia lata adquieſcere nolit, ipſi integrum eſt, prouocatione ad *placitum villicale ſuperius* 4) [das hohe Meierding] h. e. ad ipſum dominum, certare; vt tamen vlterior adpellatio non permittatur. Qui iurisdictionem huius iudicii detrectare dolo malo audet, praedio meierdingico priuatur 5).

1) de placito villicali röſſingenſi vide Strubens Bedenk. p. 332. ſqq. de ſollemnitatibus placiti villic. cf. GERIKE *Schottel. illuſtr. et contin. c. 3. §. 4.*

2) qui inde Dingsgenoſſen, Genoten, Noten adpellantur.

3) STRVBE *§. 32. p. 275. ſqq.*

4) STRVBE *§. 37. p. 282. ſq.* et IDEM *de officio curiali litonico §. 6. lib. II. parerg. goett. p. 17. ſq.* vbi notat, illud plerumque Amt vocari. PVFENDORF *T. I. obſ. 100.*

5) de hac aliisque priuationis cauſſis cf. Buri p. 1176. ſqq.

## III. DE LANDSIDELIIS ET BONIS LANDSIDELIACIS von Landſiedeln und Landſiedelleihen.

### §. 396.

*Colonia prouincialis ſ. Landſidelia* 1) [Landſiedelleihe] eſt 2) ſpecies locationis, qua colono praedia ruſtica ad certum tempus [Temporalleihe] vel in perpetuum ſub penſione annua et promiſſione fidelitatis, praeſtatione promiſſi cenſus et operarum vtenda fruenda conceduntur, ſcriptura vtplurimum deſuper confecta 3), quae bona praeſertim in *Haſſia*, *Wetterauia*, praeſertim in comitatu *Solmenſi*, *Naſſouico*, caſtri *Fridbergenſis* agris et vicinia deprehenduntur.

1) IO. OTTO TABOR *de contractu et iure colonario prouinciali*, **von Landſiedelleihe und Landſiedelrecht**. Gieſſ. 1622. 1662. *T. I. opp. p. 938. ſqq.* NIC. CHR. LYNKER *de iure et contractu colonario.* Ien. 1696. ABR. KAESTNERI progr. *de iure colonario.* Lipſ. 1732 CHR. FRID. AYRMANNI *obſeruationes ad contractum et ius colonarium*, Landſiedelleihe *et* Landſiedelrecht. in KVCHENBECKERI *anal. haſſ. P. IV. p. 101-116.* Joh. Ulr. von Cramer Gedanken von der im Oberfürſtenthum Heſſen üblichen Landſiedeley. Marp 1740. *T. II. opuſc. p. 99. ſqq.* EIVSDEM rechtlich Gutachten die Heßiſche Landſiedeley betreffend. 1740. *l. c. T. II. p. 121. ſqq.* STEPH. SIGISM. WLOEMEN *vindiciae iuris Landſideliae.* Gieſſ. 1740. C. L. Hombergk offenbarer Ungrund der ſogenannten vindiciarum iuris Landſideliae haſſiacae. Marp. 1741. J. J. Reinhard von den Landſiedeleyen, beſonders in Heſſen, dem Naſſauiſchen und Solmiſchen; in den

klein.

Klein. Ausführ. *T. I.* (1745. 8.) *p. 207-264.* J. U. von Cramer vom Unterſchied der Heßiſchen und Burgfriedbergiſchen Landſiedeley; in den Wetzlar. Nebenſt. *P. III. p. 12. ſqq.*

2) eſt definitio POTTGIESSERI *lib. I. c. 4. §. 33.*

3) ſcriptura tamen (Leihbrief) non eſt abſolute neceſſaria. Buri p. 1004. vid. e. g. Hanauer Landbrauch in adp. iur. Solmenſ. p. 14. et Ordn. Bornheimer Feldbergs l. c. p. 35.

## §. 397.

Si naturam *Landſideliae* ſpectaueris, in *temporariam* et *perpetuam* illa deſcribitur; quae vero in dubio praeſumenda ſit, admodum diſputatur. *Ius Solmenſe* quidem, quod omnium ampliſſime de hoc iure exponit, et in vicinis quoque regionibus obſeruatur 1) [§. 106.], *ius hereditarium Landſidelio* diſertis verbis *denegat* 2), *praxis* vero *Haſſiaca* 3), *Naſſouienſis* et vicinarum regionum plerumque 4), vt in reliquis ruſticis [§. 361.], *in alia omnia iuit*, et Landſidelios ratione expulſionis [§. 367.] reliquis ruſticis aequiparauit 5). Dominium vtile vero nec *ex iure Solmenſi* nec *ex contractibus*, naturam negotii determinantibus, colligitur; vt veritati magis conſentaneum videatur, *Landſidelio non niſi vſumfructum tribui* oportere. De cetero expulſo *Landſidelio meliorationes reſtituuntur* 6).

1) vide tamen quae de naeuis eius diſputauit REINHARDVS *p. 241. ſqq.*

2) Solm. L. R. P. 2. t. 6. 7. p. m. 156. ſqq. praeſertim t. 7. §. 2. Buri p. 1003. ſqq.

3) quod AYRMANNVS, CRAMERVS, HOMBERGKIVS, REINHARDVS inuictis argumentis oſtenderunt. cf. etiam LVDOLF P. 3. obſ. 217. Buri p. 1020. ſqq. cf. Hanauer Landbrauch p. m. 15. init.

4) de Landſideliis tamen ad caſtrum Friedbergenſe pertinentibus diſſentit CRAMERVS l. c. der Nebenſt.

5) diſſentit REINHARDVS *l. c. p. 233.* praeſertim ob vſum vocis einen Hof verthun, quae tamen nihil aliud quam conceſſionem curiae, Verleihung des Hofes, denotat. Certe ſi vel maxime, quod vult litteratiſſimus REINHARDVS *vendere* ſignificet, nihil inde probatur; cum et vſusfructus hereditario iure vendi poſſit ruſtico. Buri p. 1013. ſq.

6) Solm. L. R. P. 2. t. 7. §. 18. Buri p. 1047. ſqq.

## IV. DE SOLIDIS ET BONIS SOLIDORVM von Schillingshauern und Schillingsgütern.

## §. 398.

*Bona ſolidariorum* 1) ſunt curiae villicales, quarum traditio et reſignatio interueniente ſolido 2) [Schilling] peragitur. Poſſeſſores, qui Schillingshaure 3) dicuntur, meri conductores ſunt, vt villici, et circa praeſtationem operarum et cenſuum, ius de praedio diſponendi, ius hereditarium et expulſionem iisdem fere cum villico iuribus vtuntur 4). De cetero *in principatu* tantum *Luneburgico* et vicinis eidem praefecturis occurrunt. Expul-

ſo ſolidario meliorationes reſtituuntur [er darf ſeinen Staken abbrechen] 5).

1) SCHOTTELIVS *c. 17. p. 371. ſqq.* IO. CHR. WAITZ *de bonis ſolidorum brunſuicenſium et luneburgenſium, eorumque eſſentialibus et naturalibus.* Ien. 1738.

2) qui Topſchilling eſt veterum Germanorum. DREYER *de arrhis emtionum diff. I. not. q.* Praedia Landſideliaca quoque ſimiliter conceſſa leguntur mit zwein Schillingen Penningen; ume eynen Schillinge Pennige zu Vorhure. Reinhard p. 218. 219.

3) de voce Hauer ſ. Heuer vid. Reinhard l. c. not. e. p. 219. ſq. et GARL. SILLEM *de cenſu habitationis* §. *29. p. 22.*

4) Lüneb. P. O. c. 44. §. 4. 5. 9. C. C. *Calenb. c. 2.* p. 663. Buri p. 1221. ſqq.

5) PVFENDORF *obſ. III, 131.*

## V. DE HAEGERIS ET BONIS HAEGERICIS
### von Hägerleuten und Hägergütern.

## §. 399.

*Bona haegerica* 1) ab Hagen ſ. iudicio dicta ſunt 2), vt, ſi nomen ſpectaueris, nihil aliud denotent quam praedia ruſtica peculiari iudicio ſubiecta. Quod ad ipſam eorum naturam attinet, haegerus [Häger, Köhrmann] praedii plenum habet vſum, et domino [Oberhäger, hägeriſcher Junker] certas operas et cenſus [Hägerzins] praeſtat: de cetero autem cu-

rias ſuas nec diuidere nec alienare, inuito domino, poſſunt. Hereditario tamen iure, adquirens eiusque poſteri et collaterales adeo vtuntur, iisque ius retractus gentilitii ideo tribuitur, modo nouus poſſeſſor intra 4. hebdomadas inueſtituram petat, et laudemium ſoluat [die Köhr bezahlen]. De cetero in cauſſis praedium ſpectantibus iudicio haegerico [Hägergericht] ſubiectus eſt, cuius iurisdictionem ſi detrectat, vel obligationibus ſuis haud ſatisfaciat; praedium ſuum amittit 3). *Sedes horum praediorum eſt in principatu guelpherbytano et epiſcopatu hildeſienſi.*

1) naturam horum praediorum optime illuſtrant: Form des Hägergerichts zu Langenholtenſen in ES. PVFENDORFII *proc. ciuil. brunſu. p. 786-792.* Confirmation der hägeriſchen Gerichtbarkeit und der den Gutsherren der hägeriſchen Güter zuſtehenden Gerechtſamen d. 18. Nou. 1711. apud GOEBELIVM *de ſingul. praed. ruſt. p. 153.* Confirmation der dem Cloſter Amelunxborn über die um und vor der Stadt Oldendorf liegenden Hägergüter zuſtehenden Gerechtſamen d. 12. Iun. 1713. apud NOLTENIVM *de iure villic. p. 132.* et protocollum iudicii haegerici *l. c. p. 106.*

2) GOEBEL *de iure et iud. ruſt. c. 8. §. 16. p. 324. ſqq.*

3) eleganter haec expoſuit laudatiſſimus BVRI *p. 960. ſqq.*

VI. DE LASSIS ET BONIS LASSORVM von Laſſen und Laßgütern.

§. 400.

*Laſſus* ſ. latus 1) [laſſe, late, laete] generatim denotat ruſticum in ſeruitute reali h. e. obli-

obligatione ad operarum et cenſuum praeſtationem conſtitutum, et interdum, licet rarius, hominem proprium. *Bona* autem *Laſſorum* 2) [Laßgüter, Laetgut] ſunt praedia ruſtica, quorum poſſeſſores ſub obligatione operarum et cenſuum [Laßzins] 3), hereditatio iure vtendi fruendi vtuntur, et iurisdictionem *iudicii latici* 4) [Laßgericht, Hofsgedinge, ſ. Laetbänke] agnoſcere coguntur. Deprehenduntur potiſſimum in Saxonia, epiſcopatu Hildeſienſi 5), ducatibus Cliuenſi et Iuliacenſi, et in Wetterauia 6).

1) Buri p. 1050. ſqq. GOEBEL *de iure ruſt. c.* 2. §. 6.

2) GOEBEL *cit. diſſ. c.* 6. *p.* 101. *ſqq.* ANT. FLOR. RIVINVS *de praediis, quae vulgo* **Laßgüter** *adpellantur.* Vit. 1735.

3) videndus omnino eſt RICCIVS in *ſpicil. p.* 725. *ſq.*

4) GOEBEL *de iure ruſt. c.* 8. §. 15. *p.* 324. *not. e.* Jülich. und Berg. Rechtsordn. p. 134. ſqq.

5) in MSS. exſtat MELCH. MARTINGII liber: **des Latengerichts des Amts Winzenburg Recht und Gewohnheiten.** GOEBEL *c.* 2. §. 6. *n.* 8. *p.* 72. editus a NOLTENIO *p.* 134. *ſqq.*

6) vide e. g. Buri p. 1394. ſq.

## VII. DE PROBSTINGIS ET PRAEDIIS PROBSTINGICIS, von Probſtingsleuten und Gütern.

### §. 401.

*Bona probſtingica* 1) ſunt praedia, iudicio praepoſiti [dem Probſtding] ſubiecta, quae *in epiſco-*

*epiſcopatu hildeſienſi et quibusdam regionibus principatus guelpherbytani* deprehenduntur. Origo nominis incerta, eiusdem tamen originis et indolis cum reliquis ruſticis dotalibus (§. 344.) videntur probſtingici homines, niſi quod hic obligatio ad agnoſcendam eccleſiae iurisdictionem accedat. Hoc iudicium in coemeteriis vel in ipſa adeo aede ſacra habetur. Ruſtici probſtingici prorſus ſunt liberi, neque operas praeſtant, niſi quatuor diebus per annum; iure hereditario praedia ſua tenent, eorum tamen alienatio conſenſu domini facienda eſt. Cenſum annuum ſoluunt, et praeſtationi quoque laudemii, mortuarii et gallinarum obnoxii habentur. Ratione expulſionis cum reliquis ruſticis fere conueniunt 2).

1) goebel *cit. diſſ. ſ. 5. p. 94. ſqq.* **Buri** p. 1199. ſqq.

2) haec omnia egregie illuſtrantur ex ſcripto: Confirmirte ſtatuta des Probſtings zu Olsburg im Amt Lichtenberg d. 20. Dec. 1600. apud noltenivm *de iure villic. p. 84. ſqq.*

VIII. de bonis vitalitiis, **von Leibhöfen, Leibgedingegütern ſ. Fall- und Schupf-lehen.**

## §. 402.

*Bona vitalitia* 1), quae in Sueuia, Auſtria 2) et Bauaria 3) potiſſimum occurrunt, ſunt praedia ruſtico ſub lege meliorationis et prae-

ſtationis

ſtationis annuae [jährliche Zieler, Hofgült, Zielfriſten, Beſtand oder Kaufgeld] ad dies vitae conceſſa; quae quum mortuo poſſeſſore vel finito, ad quod conceſſa fuerunt, tempore, ad dominum deuoluantur, ab eiusque arbitrio omnino pendeat, an heredes poſſeſſoris denuo ad poſſeſſionem admittere velit: Fallgüter, Leibhöfe, Leibgedingsgüter, Fall- und Schupflehen, itemque Gnadengut ſ. Gnadengütiges Hofgut, Leiblehen, Leibfällige Beſtandgüter, Schuppaß dicuntur 4). In ducatu Wurtembergico operas indeterminatas praeſtant 5). In reliquis momentis, ratione laudemii, cenſuum, iuris alienandi cet. eadem ipſorum, quae reliquorum ruſticorum, conditio deprehenditur 6).

1) WOLFG. AD. SCHÖPF *de bonis vitalitiis Sueuiae* ex edit. 2. Tub. 1747. 8. Würtemb. L. R. P. 2. t. 9. L. O. t. 16. §. 1. Gerſtlacher lib. I. §. 93.

2) vbi nomine der Fallgüter occurrunt. ERTEL *praxis aurea*, von der Niedergerichtbarkeit *lib. II. c. 35.*

3) vid. e. g. Bayriſche L. O. d. 1554. lib. 3. t. 15. p. 77. vbi: von Freyſtiftern, Leibgedingern und Erbrechten.

4) SCHÖPF *l. c. c. 1. §. 5. ſqq. p. 22. ſqq.* de nomine Hobsgüter vid. Cramers Wetzl. Nebenſt. P. 9. p. 123.

5) SCHÖPF c. 4. §. 43. p. 87. ſqq.

6) Buri p. 1221. ſqq. De cetero in Bauaria praedia ruſtica ad precarium conceſſa, veranlaitete Freyſtift, oder Herrengunſt dicuntur; bloſſe Freyſtift; oder Beſtandgüter vero praedia ruſtica ſimplici conductionis lege ruſtico conceſſa nominantur. Buri p. 1240, ſq. Codex Maxim. *Bau.* P. 4. c. 7.

### IX. DE CVRIIS CENSITICIS, von Grunderbgütern, Hofgütern *vel* Gulthöfen.

## §. 403.

In Auſtria 1) et vicinis regionibus occurrit ſpecies praediorum ruſticorum, quae Hofgüter, Gülthöfe, Erbgründe, Grunderbgründe 2) dicuntur; quorum dominium vtile a domino [dem Grundherrn] plerumque iure hereditario, ruſtico [dem Dienſtmann] ſub obligatione operarum et cenſuum confertur; quibus obligationibus ſi intra triennium non ſatisfaciat ruſticus, praedio ſuo, non tamen niſi accedente iudiciali cognitione 3) [durch Niederſetzung eines ordentlichen Grundrechts] priuari poteſt.

1) FINSTERWALDER *obſ. II, 37.*

2) Orth T. II. p. 424.

3) IO. BALTH. SVTTINGERI *obſ. pract. ad ſtylum iudicii prouinc. Auſtriae intra Onaeſum adcommodatae. obſ. 45. 46. p. 84. ſqq.* Niederöſterr. Ordn. de rebus incorp. t. 4 §. 23.

### X. DE BONIS CENSITICIS zu Waldrecht CONCESSIS.

## §. 404.

Sunt in *Haſſia* eiusque vicinia *praedia ruſtica* quamplurima, quae *iure ſiluatico ſ. nemorali conceſſa*, Waldrechtlehensgüter 1) dicuntur 2). Horum dominium vtile in vaſallum [Waldrechtlehnsmann] tranſit iure hereditario, quod tamen cum ſolis deſcendentibus, non

autem

autem cum collateralibus communicatur 3). Alienationes praedii aut mutationem faciei fundi conſenſu domini fieri oportet 4). Ruſticus annuum cenſum domino ſoluit, eoque per triennium non ſoluto, praedio priuatur, non tamen ob ſolam domini indigentiam 5).

1) IO. WILH. WALDSCHMIDT *de bonis* zu Waldrecht *conceſſis.* Marp. 1717. IO. GE. ESTOR *de emphyteuſi* zu Waldrecht *dicta*, in KVCHENBECKERI *anal. haſſ. P. III. p. 146. ſqq.* Buri *p. 1269. ſqq.*

2) vide e. g. Beſchreibung des Waldrechts nach Inhalt des Homburgiſchen Stadtbuchs; in LVNIGII *corp. iur. feud. germ. T. III. n. 51. p. 717.*

3) hinc vaſallus datis reuerſalibus domini iura ſe ſancte tuiturum eſſe promittit. exempla habet LVNIGIVS *l. c. n. 50. 52. 53. p. 715. 717. ſq.*

4) Homb. Waldrecht §. 1. 4.

5) Homb. Waldrecht §. 6. 7.

## XI. DE HVBARIIS ET HVBERIS, von Hubengütern, Hubern ſ. Hübenern ET CVRIIS DOMINICALIBVS ſ. Dinghöfen.

## §. 405.

In Alſatia, electoratu Moguntino et vicinis Germaniae regionibus frequens fit mentio *Huberorum*, der Hüber, Hübener et praediorum huberiorum, der Hufen- oder Hubengüter 1). Hi quidem ratione cauſſarum praedia ſua concernentium peculiari iudicio, cuius ipſi tamen adſeſſores ſunt, ſubeſſe ſolent, quod *curiam dominicalem* 2) [Dinghof] 3) adpellare ſolent. Ruſtici curiae huic ſubiecti

[Ding-

[Dinghofsleute, Urbarsleute] 4) domino [dem Hub- ſ. Dinghofsherrn] iuratam fidem promittunt [den Hubereid ſchwören]; annuum cenſum operasque praeſtant; ex mortui hubarii hereditate domino mortuarium praeſtatur; qui cenſus iuſto tempore non ſoluit, praedio expelli poteſt.

1) Buri p. 971. ſqq. Heſſencaſſ. Grebenordn. tit. 39. §. 1. et Verordn. d. 28. Aug. 1750.

2) io. vlr. dürrivs *de curiis dominicalibus.* Arg. 1648. io. schilter *de curiis dominicalibus, vulgo* **von Dinghöfen.** Arg. 1691. rec. Hal. 1738. in adp. p. m. 35. exſtat **Hubrecht zu Haſelache.** p. 38. ſqq. **Dingrotul zu Capel**, quae dicta egregie illuſtrant.

3) schilter *§. 11. p. m. 11.*

4) vicarius domini ſ. primus inter huberos, **Hochhuber**: ruſticus villam, vbi iudicium habetur, inhabitans, **der Dinghofsmeyer**; ſimplices autem et nudi hubarii **Urbarsleute** dicuntur.

## XII. De rvsticis et bonis amanvatis, von Behandigungsleuten und Gütern.

### §. 406.

Praedia quae amanuata ſ. Behandigungsgüter dicuntur et in Weſtphalia, archiepiſcopatu Colonienſi et vicinia deprehenduntur, ſunt bona cenſitica, quibus duo ſemper vaſalli inueſtiuntur [ſie werden auf zwo Hände eingegeben]; ita tamen, vt verus poſſeſſor eadem iure hereditario ad proximum heredem transferat, eiusque familia demum exſtincta, ſimultanee inueſtitus praedium nanciſcatur. Mortuo vno

vno ex inueſtitis alius ſimultanee inueſtiendus eſt [ſo oft eine Hand verſtirbt, muß eine neue Hand gewonnen werden]. De cetero haec praedia praeſtationibus laudemii, curmedae, cenſuumque obnoxia ſunt; nec niſi conſenſu domini alienari, aut aere alieno onerari, diuidique poſſunt 2).

1) Buri p. 779. ſq.

2) optime rem omnem expediuit Cramer von der wahren Natur und Eigenſchaft der Hobs = und Behandigungsgüter P. 9. der Wetzl. Nebenſt. p. 119-172. Knorrens Anmerk. p. 356.

## XIII. De bonis ivri revolvtionis obnoxiis, von Stockgütern.

### §. 407.

In ducatu *Iuliacenſi ac Montium* et vicinia ſpecies quaedam praediorum ruſticorum exſtare dicitur, quae vulgo Stockgüter 1) adpellantur; quorum hoc ſingulare ius eſſe perhibetur, quod, adſcendentibus et deſcendentibus exſtinctis, ſemper ad eam lineam regrediantur, vnde peruenerunt; quae ſuccedendi ratio licet legibus harum prouinciarum omnino conformis eſſe videatur 2), ad praedia tamen ruſtica, quae non adeo liberam habent ſucceſſionem, easdem non adcommodauerim 3).

1) voce Stock ſaepe ſtirps, et praedium auitum legibus intelligitur vid. e. g. Churcölln. Rechtsordn. P. 6. § 5. p. m. 11. ibi Stock = und Stammgüter.

2) Jülich. und Berg. Rechtsordn. c. 80. p. m. 73.

 3) Buri

3) Buri p. 1241. io. iac. sorber *de iure reuolutionis ſ. recadentiae.* Marp. 1755. § *10. ſqq. p. 13. ſqq.* cf. tn. voetz *de iure reuolut. c. 4. n. 23.*

XIV. De bonis mellicidarvm, von Zeidelgütern.

§. 408.

Vltimo denique loco *bona mellicidarum* 1) ſ. Zeidlergüter commemoro. Mellicidae ſ. Zeidler ſunt ruſtici, qui in foreſtis imperii prope Norimbergam apes alendi et mellicidii exercendi facultatem ſoli exercent, et ſimul vi praediorum, a ſenatu Norimbergenſi ipſis conceſſorum, conſeruationi foreſti regii inuigilare obligantur 2). De praediis ſuis certos cenſus [Honiggeld] ſoluunt 3), certas operas praeſtant. In bonis ſuis iure hereditario vtuntur, et in cauſſis eadem ſpectantibus iudicio peculiari Norimbergenſi [Zeidelgerichte] ſubſunt 4), cuius iurisdictionem ſi detrectant, vel inueſtituram Norimbergae declinent, foreſti conſeruationi haud inuigilent, praediis ſuis omnino priuantur 5).

1) chr. schevrl a defersdorf *de iure mellicidii.* Alt. 1690. chr. gottl. schwarz *de butigulariis.*

2) Buri p. 1302. ſqq.

3) Buri p. 1301. ſq.

4) Woelker ad reform. noric. T. I. p. 555.

5) Buri l. c. cf. Stiſſers Forſt- und Jagdhiſtorie c. 9. §. 33. ſqq. et adpend. docum. p. 50.

Liber

# Liber II.
## DE IVRIBVS PERSONARVM IN STATV CONNVBIALI, PATRIO ET TVTELARI.

## Capvt I.
### DE IVRIBVS CONNVBIORVM GERMANIAE.

## Sectio I.
### DE MATRIMONIO CONTRAHENDO ET CONSVMMANDO.

## Titvlvs I.
### DE FAVORE LEGALI MATRIMONII, CAELIBATV ET IVRE HAGESTOLZIATVS.

§. 409.

Expoſitis nunc, quod ſatis eſt, perſonarum in Germania diuiſionibus et iuribus, transeundum eſt ad iura earumdem in *ſtatu domeſtico*, qui quum triplex eſſe deprehenda-

tur, *connubialis* 1) nempe, *patrius* ac *tutelaris*: de ſingulis etiam ſigillatim trademus, et vniuerſam huius rei tractationem a ſtatu connubiali, tamquam fonte reliquorum, ordiemur.

1) HACHENBERGII *German. med. in diſſ. V. p. 105. ſqq.* praeter ſcriptores de iuribus feminarum ad §. 193. n. 1. adlegatos de iuribus connubiorum in Germania generatim conſulendi: SAM. STRYK *de iuribus ſingularibus connubiorum in Germania.* Hal. 1709 CHR. THOMASIVS *de vſu practico tituli Inſtit. de nuptiis.* Hal. 1713. GE. HENRICVS AYRERVS *de iure connubiorum apud veteres Germanos ſ. I. de ſponſalibus.* Goett. 1738. *ſ. II. de ritu nuptiarum formaque matrimonii.* ib. eod. 10. HEVMANNVS *de fontibus legum connubialium*; in *exercit. iur. vniu. T. II. diſſ. II.*

## §. 410.

Cum reipublicae admodum interſit, numerum ciuium augeri 1): mirandum non eſt, Germanos etiam matrimonia magno, et tantum non nimio, fauore proſequutos eſſe. Hinc eſt, quod caelibatum magno odio habuerint 2), aetatemque legitimam praeſtituerent, intra quam quis matrimonium inire teneretur 3), quae plerumque quinquaginta annis abſoluebatur 4). Iam ſi quis, elapſa haec aetate, caelebs moreretur, *fiſcus iure hageſtolziatus* 5) *in hereditatem defuncti ſuccedebat*; quod tamen nouiori aetate in quibusdam territoriis abrogatum 6), et licet in aliis ter-

territoriis adhucdum retentum ſit 7), *prae-ſumtio tamen pro hoc iure non militat*, quum numquam in vniuerſa Germania obtinuerit, atque adeo fiſco probatio obſeruantiae merito iniungatur 8).

1) HEVMANNI *initia iur. polit.* §. 58. *ſqq.*

2) IAC. FRID. LVDOVICI *de caelibatu poenae nomine impoſito*. Hal. 1703. SAM. FRID. WILLENBERG *de poena caelibatus impoſiti*. Gedan. 1723.

3) CONR. PHIL. HOFFMANN *de aetate iuuenili contrahendis ſponſalibus ac matrimoniis idonea, vt et de annis, quibus quis ſub poena matrimonium inire tenetur*. Regiom. 1743.

4) SCHOTTELIVS *c. 1.* §. *10.*

5) IO. BALTH. WERNHER *de iure hageſtolziatus*. Vit. 1724. in *enunc. fori hodiern. P. 2. p. 252. ſqq.* IO. GE. SCHERZ *de iure circa hageſtolzios*. Arg. 1726. IO. PAVL. KRESS *de iure hagenſtolziatus praecipue in ducatu guelpherbytano*. Helmſt. 1727. IO. PETR. DE LVDEWIG *diſſ. iur. Rom. et germ. in hagenſtolziatu exule in Germania*. Hal. 1727. IO. PAVL. KRESSII *repetitio diſſertationis ſuae occaſione hageſtolziatus a Dn. Canc. de Ludewig ipſo hoc brumali et ad iter inopportuno tempore in exilium apud Venedos dati*. Helmſt. 1728. (IO. PHIL. ODELEM) *animaduerſiones ad Ludewigii diſſert.* Brunſ. 1728.

6) e. g. in terris *brandenburgicis*. C. C. *march.* VI, 2. p. 395. 419. cont. III. p. 184. et in terris *brunſuico-luneburgicis*. C. C. *Cal.* c. 6. p. 133. **Brem. L. O.** T. I. p. 83. Priuil. der Heinrichſtadt p. 228. **Odelems** curiöſe Rechtshandel P. I. p. 228. ſqq. ENGELBRECHT *collatio c. 9.* §. *6.* HARTMANN *de felicit. ſubiect. elector. brunſu. c. 3.* §. *1. 2.* PVFENDORF *obſ. I, 92. II, 58.*

7) Churpfälz. L. O. t. 5. p. 57. ſq. de territorio monaſterii *alpirſpacenſis* C. F. HARPPRECHT *iura germ. priuata ſingul. alpirſpac.* §. *10 ſqq. p. 43. ſqq.* Osnabr. Hausgenoſſenrecht c. 6. §. 1. de terris *hohenzolleranis* HARPPRECHT *l. c. p. 49.*

8) BOEHMER *T. II. P. I. reſp. 654. 655.* WERNHER *T. III. P. 3. obſ. 81.* Kreitmayr T. I. p. 102.

## §. 411.

Hic ipſe tamen fauor legalis matrimonium rite ſollemniterque contractum ſupponit. Ex quo enim auctoritas concilii tridentini 1), et aliae rationes politicae 2) effecerunt, vt matrimonium, niſi copula ſacerdotalis acceſſerit, effectus ciuiles haud nanciſcatur: omnes omnino coitus extra matrimonium prohibentur 3), vt nec *concubinatus* 4), qui olim maxime frequentabatur, et ſi a copula ſacerdotali diſceſſeris, matrimonio morganatico exacte reſpondet, legibus permittatur, aut a poenis adeo caelibatus liberare valeat.

1) Seſſ. 24. c. 1.

2) GOTH. BAVER *de matrimonii ſanctitate.* Lipſ. 1736.

3) P. O. 1530. t 33. 1548. t. 15. §. 1.

4) CHR. THOMASIVS *de concubinatu.* Hal. 1714. GE. ZACH. WINKLER *genuinus concubinatus ex mente legum Romanarum conceptus.* Lipſ. 1736.

## §. 412.

De cetero ex dictis facile intelligitur, *conditionem ſi non nupſerit*, legibus Romanis 1) aeque

aeque ac germanicis eſſe contrariam, ſiue pactis illa, ſiue vltimis voluntatibus adiiciatur. Inter illuſtres tamen familias vſus eius non plane nullus, in quibus nempe, ob ſplendorem familiae conſeruandum, matrimonia, poſtgenitorum praeſertim, ſaepenumero reſtringuntur 2).

1) de his videnda eſt IO. AVG. BACHII diſſ. *de lege Iulia Miſcella eiusdemque vſu hodierno.* Lipſ. 1750.

2) IO. SAL. BRVNNQVELLII diſſ. *de conditione ſi non nupſerit, vltimis voluntatibus adiecta.* Ien. 1728. **Knorrens** rechtliche Entſcheidung der Frage: ob eine Jungfrau, welche ſich verheyrathet, die Erbſchaft oder das Vermächtniß verliere, ſo ihr unter der Bedingung, daß ſie im jungfräulichen Stande bleiben ſolle, hinterlaſſen worden; in den **rechtl. Anmerk.** *p. 237. ſqq.*

## TITVLVS II.

### DE SPONSALIBVS ET CONSENSV CONNVBIALI.

### §. 413.

Simul ergo ac duae perſonae de iuſto inter ſe matrimonio ineundo conuenerunt 1): ſollemnis eam in rem pactio interuenire ſolet, quam *ſponſalia* 2) [**das Verlöbniß**] adpellant, *eaque mentione* 3) *et repromiſſione futurarum nuptiarum continetur.*

1) **Kreitmayr** T. I. p. 103.

2) SAM. STRYK *de diſſenſu ſponſalitio.* Francof. 1699. IDEM *de concurſu ſponſaliorum.* ib. 1681. IO. SAM. STRYK *de natura ſponſalium et diuiſione.* Hal. 1710. IDEM *de probatione ſponſaliorum.* 1711. IDEM *de obligatione ſponſaliorum et diſſolutione* 1711. CHR. THOMASIVS *de pactis futurorum ſponſaliorum.* Hal. 1712. IVST. HENN. BOEHMER *de diuerſo ſponſalium et matrimonii iure.* ib. 1718. CHR. GOTTL. VINHOLD *de fauore iuris circa modum contrahendi ſponſalia.* Lipſ. 1734. J. G. Scopp *de iure ſponſaliorum,* vom Recht der Eheverlöbniſſe. Nürnb. 1756. 8. SAM. REICHEL *de ſponſaliorum ex iure nat. ciuili ac germanico differentias.* Lipſ. 1761.

3) hinc paroemia: Anwerbung macht keine Verbindung. Eiſenhart p. 93. ſq.

## §. 414.

Sponſalia ſua natura ſolo paciſcentium conſenſu conſiſtunt. Sunt tamen variae ſollemnitates, quae vel ſolo vſu vel ex legis diſpoſitione accedere ſolent. Ad illas refertur potiſſimum *permutatio annulorum* 1) [die Wechslung der Ringe]. Annuli datio olim ſymbolum promiſſae fidei coniugalis firmiſſimum fuit, atque adeo ipſi ſponſaliorum probationi inſeruiebat 2). Enimuero licet etiamnum deſponſati ſibi annulos dare ſoleant, haec tamen ſollemnitas ſubſtantiam negotii non ingreditur; neque etiam, niſi reliquae, quas lex vel obſeruantia requirit, ſollemnitates adſint, obligatio ſponſalitia inde efficitur 3). Idem quoque de *ſponſalitia largitate* 4) ſ. donis,

nis, quae deſponſati ſibi inuicem dare ſolent, dicendum eſt.

1) BARTH. LEONH. SCHWENDENDÖRFER *de annulis.* Vit. 1670. PETR. MÜLLER *de annulo pronubo,* vom Jawort und Trauring. Ien. 1672. FRID. AVG. IVNIVS *de annulo Romanorum ſponſalitio.* Lipſ. 1746.

2) hinc paroemia: iſt der Finger beringet, ſo iſt die Jungfer gedinget. Eiſenharth p. 96. ſqq. IO. W. HOFFMANN *de iurispr. germ. ſymb.* §. 5.

3) BOEHMER in *iur. eccleſ. Proteſt. lib. IV. t. 1.* §. *102.*

4) BVRC. BARDILI *de ſponſalitia largitate.* Tub. 1675. NIC. WOLPMANN *de ſponſalitia largitate.* Gieſſ. 1677.

## §. 415.

Cum reipublicae interſit, ſponſalia ſeria deliberataque mente celebrari, nec ſubditos quadam animi leuitate ad eadem contrahenda accedere: in plerisque prouinciis Germaniae legibus cautum eſt, vt non omnia *ſponſalia*, ſed *publica tantum*, *obligationem producant*; *clandeſtina* 1) autem h. e. quae, non obſeruata forma ſollemni a legibus praeſcripta, fiunt, etiamſi concubitus acceſſerit, *nulla habeantur* 2). Hinc eſt, quod *praeſentia* duorum pluriumque *teſtium*, itemque *agnatorum* 3) vel *cognatorum* in plerisque Germaniae territoriis requiratur 4).

1) hinc paroemia: heimlich Verlöbniß ſtiftet keine Ehe. Eiſenharth p. 98.

2) Kreitmayr T. I. p. 107. in Saxonia electorali demum teſtes requiruntur, ſi parentes non adſunt. Churſächſ. Eheordnung in Cod. *auguſt.* T. I. p. 1020. Churbrandenb. Verlöbn. Ordn. d. 15. Dec. 1694. C. C. *march* I, 2. p. 118. p. 313. 318. elem. iur. *brunſu.* §. 263. Churcölln. Rechtsordn. t. 8. §. 1. WOELKER ad reform. *noric.* T. I. p. 412. ſq. Hohenl L. R. P. I t. 1. §. 2. Naſſauiſ. L. O. p. 76. C. C. *Oldenb.* T. I. p. 74. Schlesw. Holſt. K. O. p. m. 33. et C. C. *Holſat.* T. I. p. 381. ſq. Gothaiſch. L. O. P. I c. 8. Hanauiſche Hof-und Eheger. Ordn. p. 140. ſq. Henneb. L. O. lib. 3. t. 1. §. 3. Heſſencaſſ. Eheedict d. 18. Ian. 1723. et Reformat Ordn. c. 10. p. 419. Danske Lov. III, 16. Schaumb. P. O. t. 5. p. m. 43. Roſtock. Stadtr t. 4. §. 1. ius *lub.* lib. I. t. 4. §. 4. iura *mecklenb.* p. 246. et Mecklenb. K. O. p. 133. a. Hildesh. P. O. a. 24. 25. Nördling. Stadtr. P. 3. t. 3. §. 1. Solm. L. R. P. 2. t. 19. §. 33. 34. p. m. 232. ſq. Mühlhäuſ. Stadtr. lib. 3. a. 2. §. 1. 2. p. 251. ſq. C. C. *Culmbac.* T. I. P. I. p. 585. 703. Pfälz. L. R. t. 22. §. 1. 2. p. 286. Baden L. R. P. 3. t. 8. p. 119. ſq. Böhmiſche L. O. M. 27-30. p. 340. ſq. Erfurt. Ordn. p. 311. cf. TOB. IAC. REINHARTH *de diſtinctione ſponſaliorum in publica et clandeſtina.* Erf. 1729. IO. FLOR. RIVINI progr. *de ſponſalibus clandeſtinis et ſine conſenſu parentum initis, etſi concubitu firmatis, pro nullis et irritis declarandis.* Lipſ. 1738.

3) HENR. CHR. GERDES *de propinquorum in ſponſalibus conſenſu neceſſario.* Gryph. 1703.

4) pleraeque tamen leges *ſumtus conuiuii ſponſalitii* valde reſtringunt. Gottl. Aug. Jenichen von den durch die teutſchen Geſetze gar ſehr eingeſchränkten Verlöbnißmahlzeiten und hochzeitlichen Gaſtmahlen. Leipz. 1746. HEVMANNI *initia c. 22. p. 232. ſqq.*

§. 416.

## §. 416.

Ad euitandam clandeſtinitatis notam in primis opus eſt *conſenſu perſonarum*, quarum poteſtati quis ſubiectus eſt. *Hinc patris* 1) *et matris* 2) *conſenſus* primo loco requirendus eſt, *quo non impetrato liberi*, inuitis parentibus, nuptias contrahentes *in quibusdam prouinciis legitima*, *vel tota* 3) *vel parte eius* 4) *priuari poſſunt*, quod tamen, *niſi ſpecialis lex adſit*, *haud praeſumitur*. Parentibus tamen conſenſum ſine cauſſa denegantibus, Princeps vel conſiſtorium, cauſſa cognita, eumdem ſupplet 5). *Curatorum* 6) conſenſus vbique neceſſarius eſt. *Milites* matrimonium inituri codicillis [Trauſchein] officialium ſuorum inſtrui debent 7). *Miniſtri aulae Principis conſenſum*, magis tamen, vt videtur, ex rationibus decori, quam legis neceſſitate *requirunt* 8). De ruſticis (§. 365.) et hominibus propriis (§. 380.) ſupra dictum. Tandem ex ſpeciali quorumdam locorum obſeruantia *ſacri antiſtitis* 9) vel *propatrum* 10) [Gevattern] conſenſum requiri oportet.

1) IO. IOACH. SCHOEPFER *de neceſſitate conſenſus parentum in nuptiis liberorum*. Roſt. 1698. ANDR. GOETSCHE *de ſubſtantiali paterni conſenſus ad nuptias filiorum familias requiſito*. Hal. 1700. CHR. WILDVOGEL *de differentiis conſenſus ſponſalitii et matrimonialis*. Ien. 1720. IO. PETR. DE LVDEWIG *diff. iur. Rom. et Germ. in connubiali imperio conſenſuque parentum*. Hal. 1721. HERM. AD. GROLLMANN *de neceſſario parentum et curatorum conſenſu*

*ſenſu in nuptiis liberorum in ducatu Cliuenſi.* Gieſſ. 1722. GE. LVD. BOEHMER *de neceſſario parentum conſenſu in nuptiis liberorum cum legitimorum tum legitimatorum.* Hal. 1740. CAR. OTTO. RECHENBERG progr. *quousque nuptiae liberorum ſine parentum auctoritate celebratae effectus ciuiles matrimonii ſortiantur.* Lipſ. 1740. DAN. IENQVEL *de nuptiis ſine conſenſu parentum contractis.* Arg. 1744. IO. PHIL. HAHN *de vſu moderno circa inſignem effectum conſenſus parentum in nuptias liberorum.* Mog. 1747. IOH. EBERH. SIEGLER *de aequitate iuris ſtatutarii francofurtenſis circa validitatem matrimonii ſine conſenſu parentum contracti.* Gieſſ. 1750.

2) IO. PETR. DE LVDEWIG *diff. iuris R. et. G. in conſenſu connubiali extra patrem; matris, tutorum, conſanguineorum, ſacri antiſtitis, principis ſ. imperatoris, domini feudi, ordinum prouinciae, propatrum, magiſtratus militaris, villaris dynaſtae.* Hal. 1722. REINHARTH *ad Chriſt. III, 29. V, 22.* PVFENDORF *obſ. I, 72. III, 42.*

3) Ita ſancitum in Holſatia. C. C. *holſat.* T. II. p. 152. ſq. C. C. *oldenb.* P. I. p. 74. iure *naſſouico* idem obtinet, ſi nuptiae cum perſona infami initae fuerint. Naſſ. L. O. p. 73. de iure *ſaxon. elect.* cf. *cod. aug.* T. I. p. 1020. Schaumb. Einleit. P. I. p. 81. Böhmiſche L. O. M. 27. p. 339. ſq. conſt. *auſtr.* de 22. Febr. 1614. apud WALTHERVM *de conſuet. auſtr. p. 818.* Läneb. Stadtr. P. 4. t. 3. §. 2. ius *lub.* lib. I. t. 4. a. 2. Gothaiſche L. O. P. I. c. 8. t. 1. Münſteriſche P. O. t. 7. Würtemb. L. R. II, 31. reform. *Noric.* t. 29. §. 3. C. WILDVOGEL *de ſing. cauſſa exheredandi liberos in ducatu Magdeb.* Ien. 1711. plura habent CHR. THOMASIVS *de Noricorum cauſſis adimendi legitimam* §. 46. M. H. GRIEBNER *de exheredatione liberorum ſine parentum conſenſu ſponſalia nuptiasue contrahent.* §. 9. et IO. BERNH. HOFFER *de quibusdam cauſis exheredationis.* Alt. 1757. §. *16. p. 44. ſqq.*

4)

4) e. g. iure *bauarico*, de quo cf. Kreitmayr T. I. p. 106. ſq. iure *brunſuico-luneb.* electorali *exheredatio ad dimidiam legitimae* obtinet, de quo vid. FRID. AVG. W. DE WITZENDORF *de exheredatione liberorum ſine conſenſu parentum nuptias contrahentium.* Goett. 1757.

5) AD. BALTH. WERNHER *de iniuſtis cauſſis diſſenſus parentum a nuptiis liberorum.* Frf. 1709. ERN. TENZEL *de parentum conſenſus per magiſtratum circa ſponſalia liberorum ſuppletione.* Erf. 1710. SAM. FRID. WILLEMBERG *de conſenſu parentum ſupplendo in nuptiis liberorum.* Gedan. 1719.

6) GOTTL. AVG. IENICHEN *de neceſſario tutorum ſ. curatorum conſenſu in ſponſalibus minorum*, in *obſeruat. ſelect. ad* LEYSERVM *p.* 25. *ſqq.*

7) AVG. RVD. IES. BVNEMANN *de codicillis indulti connubialis militum ſ.* vom Trauſchein. Stade 1736. Gnügens Kriegsr. c. 15. §. 238. ſqq. conſtit. *Caſſel.* d. 18. Aug. 1707.

8) CASP. ACHAT. BECK *de iure principis circa connubia miniſtrorum et vaſallorum.* rec. Ien. 1754. cf. e. g. Moſers Hofrecht T. II. p. 166. ſqq.

9) PVFENDORF *obſ. I*, 74. 75.

10) LVDEWIG *de conſenſ. conn. extra patrem diff.* 8. *p.* 45. *ſqq.*

## §. 417.

Quod tandem ad *obligationem et diſſolutionem ſponſaliorum* 1) attinet, ea quidem omnis ex regulis iuris communis diiudicanda eſt. In quibusdam tamen territoriis legibus cautum eſt, vt a ſponſalibus publicis rite celebratis non niſi conſiſtorii conſenſu 2) interueniente

ueniente recedi poſſit, et dona ſponſalitia 3) vel parti innocenti cedant omnia, vel ſi vterque contrahens eadem diſſolui velit, eadem committantur, et piis vſibus deſtinentur 4).

1) IO. SAM. STRYK *de obligatione ſponſaliorum et diſſolutione.* Hal. 1711.

2) G. F. DEINLEIN *de mutuo diſſenſu ſponſalitio absque conſiſtorii cognitione et auctoritate valido.* Alt. 1743.

3) ERN. TENZEL *de reſtitutione arrhae et ſponſalitiae largitatis morte ſponſi vel ſponſae interueniente.* Erf. 1730. CHR. LVD. CRELL *de arrha a ſponſae heredibus reſtituenda.* Vit. 1753.

4) Hohenl. Landr. P. I. t. 1. §. 5.

## TITVLVS III.

### DE PACTIS NVPTIALIBVS S. DOTALIBVS.

### §. 418.

Celebratis ſponſalibus deſponſati plerumque conuentiones de rebus ab vtraque parte 1) in matrimonium inferendis, iuribus ſingulorum durante matrimonio et de futura vtriusque coniugis ſucceſſione facere ſolent, quas *pacta nuptialia ſ. dotalia* 2) ſ. Eheberedung, Ehezärter, Heirathsnotul adpellant, et prout illae initae eſſe deprehenduntur vel non, matrimonia verdingte vel unverdingte Ehen nuncupantur.

1)

1) de *pactis dotalibus Iudaeorum.* vid. Beck vom Judenrecht c. 6. p. 62. ſqq. et PVFENDORF *obſ. I, 97.*

2) CASP. BITSCHIVS *an conuentiones de futura ſucceſſione vel hereditate, quae in pactis dotalibus fiunt, ratae ſint.* Arg. 1627. IO. LINDENER diſſ. *de pactis dotalibus* Arg. 1639. ANDR. KOHL *de pactis dotalibus et ſucceſſione coniugum.* Lipſ. 1650 1671. Frf. 1731. ERID. GERDES *de pactis dotalibus.* Gryph 1683. *T. III. oper. p. 443. ſqq.* CHR. THOMASIVS *de pactis dotalibus ad ſtat. hamb. P. 2. t. II. §. II* Hal. 1695. IOA. H. SIBRAND *de pactis dotalibus.* Roſt 1707. IO. WILH WALDSCHMID ſ. reſp. IO GE. WERNHER *de pactis dotalibus* Hut bey Schleyer und Schleyer bey Hut. Marp. 1714. 1742. IO. CHR. HARTMANN *de pactis dotalibus in vim contractus initis.* Erf. 1716. IO. LAVR. FLEISCHER *an pacta dotalia a marito quidem, non vero ab vxore, ſubſcripta ſint valida.* Hal. 1716. IO. FLOR. RIVINVS ſ. reſp. ANDR. FLOR. RIVINVS *de pactis dotalibus; in quantum ſtatutis derogent vel minus.* Lipſ. 1723. IO. BALTH. WERNHERI *obſeruat. forenſes ex materia de pactis dotalibus aliisque iuris capitibus.* Vit. 1723. SAM. FRID. WILLEMBERG *de pactis antenuptialibus.* Gedan. 1727. IO. ZACH. HARTMANN *de efficientia clauſulae pactorum dotalium* längſt Leib längſt Gut. Kil. 1730. IO. RICHEY *de pactorum dotalium mutatione ob fauorem bonor. hered. reſtricta.* Vltr. 1732. IVST. HENN. BOEHMER *de ſucceſſione hereditaria coniugum ex pactis dotalibus.* Hal. 1734. *T. IV. exerc. p. 667. ſqq.* AVG. DE BALTHASAR ſ. reſp. IOACH. GOTTH. SPARMANNI diſſ. I. II. *de praerogatiua iuris germ. prae Romano in materia pactorum dotalium.* Gryph. 1739. SIM. PETR. GASSER *de lucro dotis marito in pactis dotalibus conceſſo portionem ſtatutariam non excludente.* Hal. 1740. HENN. BVERING *de valore pactorum dotalium, quibus communio bonorum ſtatutis introducta tollitur aut reſtringitur.* Gieſſ. 1740. ANDR.

RIESCH *non dari pacta dotalia per teſtamentum vnius coniugis inuito altero reuocabilia.* Alt. 1745. AM. CHR. DORN *de pactis dotalibus ſuper bonis adquiſitis tantum confectis absque proximorum cognatorum conſenſu iure hamburgenſi validis.* Kil. 1748. IO WIEGER *de modis pacta dotalia legitime conſtituendi.* Arg. 1753. IAC. HENR. BALEKE *de pactis coniugum ſucceſſoriis maxime ſecundum iura roſtochienſia.* Roſt. 1753.

## §. 419.

Cum leges ſingulorum Germaniae territoriorum ſubditis ius concedant, pactis ſuis ſtatuto vel legi prouinciali derogandi (§. 55.), atque adeo *pactis* etiam *dotalibus ſtatuto* omnino *derogari queat*: ſequitur, pacta nuptialia, legibus prouincialibus contraria, omnino valere 1), atque adeo ex intentione paciſcentium vnice interpretanda eſſe 2).

1) Riccius von Stadtgeſetzen p. 430.
2) RIVINVS *l. c.* §. *11.* GASSER *l. c.* §. *43.*

## §. 420.

Quod ad *formam pactorum nuptialium* attinet, cum in nuda conuentionum natura ſubſiſtant: ſequitur, eadem ſolo paciſcentium conſenſu rite legitimeque declarato abſolui. Melioris tamen probationis aut publicae vtilitatis cauſſa plerumque ſcriptura, teſtes et confirmatio accedere ſolent. Si *ſcripturam* pri-

primo ſpectaueris, ea quidem in quibusdam prouinciis ex legis auctoritate 1), praeſertim in pactis nuptialibus ruſticorum, requiritur; plerumque tamen ex ſola partium conuentione pacta in ſcripturam rediguntur, eaque non ſequuta res in tractatibus ſubſtitiſſe cenſetur 2), niſi aliunde de voluntate paciſcentium conſtet 3). De cetero pacta dotalia litteris conſignata verbriefte Gedinge, reliqua unverbriefte nuncupantur 4).

1) Solm. L. R. P. 2. t. 18. §. 4. Hohenl. P. I. t. 3. §. 1. Naſſ. L. O. p. 78. ius *hamb.* P. 2. t. 11. §. 11.

2) arg. *ord. notariat.* §. 10. 11. GOTH. MASCOVII *electa dotalia* §. 23.

3) BOEHMER *l. c. c.* 2. §. 8. LEYSER *ſp.* 307. *m.* 3. 4.

4) vide e. g. Würtemb. L. R. p. m. 263. ibi: verbriefte oder unverbriefte, doch erweisliche Gedinge. ſtat. brem. a. 68. mit Handfeſtinge oder mit Tügen. de qua voce vide CASP. A RHEDEN *de iure handfeſtario bremenſi c. 1.* §. 2. 3. *p.* 2.

## §. 421.

Eodem quoque pertinet adhibita *teſtium* 1) corona, quos item pactorum natura non omnino deſiderat, adhiberi tamen praeſtat ob faciliorem pacti probationem. Vſu vero receptum eſt, vt *agnati* et cognati, potiſſimum teſtes aduocentur, praeſertim cum hi de rebus, quas deſponſati ſibi promittunt, optime iudicare valeant, et ipſorum etiam maxime interſit, nihil, vnde praeiudicium ipſis

inferri queat, pactis dotalibus inſeri, quod *inter nobiles praeſertim* vſu venit, eaque de cauſſa ipſorum etiam conſenſum ſaepenumero requiri ſupra obſeruauimus [§. 415.] 2).

1) LEYSER *ſp. 308. m. 12.* vide e. g. Naſſ. L. O. p. 78.

2) GERDES *l. c.*

## §. 422.

*Confirmatio* denique *iudicialis* pactorum nuptialium in omnibus Germaniae prouinciis neceſſaria eſt, ſi de rebus immobilibus in iisdem diſponatur, quod infra pluribus exponetur. Publicae tamen vtilitatis cauſſa in quibusdam territoriis 1) omnia omnino pacta dotalia, praeſertim ruſticorum 2), hac confirmatione indigent, adeoque iudici clauſa offerri nequeunt 3). Ratione pactorum nuptialium inter nobiles celebratorum confirmatione opus non videtur, cum hic agnatorum, vt infra videbimus, conſenſus ſufficiat.

1) C. C. *march.* I. p. 327. II. p. 117. Anhalt. L. O. t. 17. §. gleicher weis. de quo cf. Heineccii verm. Anmerk. p. 280. ſqq. C. C. *oldenb.* T. II. p. 17. ſq. Gothaiſche L. O. p. 182. et Beyfug. p. 430. Altenb. L. O p. 220. Naſſ. L. O. p. 78. Zell. Stadtr. t. 16. p. 43. LEYSER *ſp. 310.* C. C. *Holſat.* II. 1040.

2)

2) C. C. *Cal.* c. 1. p. 807. c. 5. p. 53. Wolfenb. L. O. a. 15. PVFENDORF *obſ. I, 95.* Magdeb. P. O. *t. 38. §. 3.*

3) LEYSER *ſp. 310. m. 5. 6.*

## §. 423.

*Materia pactorum nuptialium* in duobus potiſſimum momentis verſatur, determinatione nempe rerum ab vtroque deſponſato in matrimonium inferendarum et futura vtriusque coniugis ſucceſſione. Vtraque in cauſſa conuentiones partium denuo variant, prout matrimonium vel improle ſit vel prole ditatum 1), praeſertim ſi ob diuerſitatem religionis coniuges de educatione ac religione liberorum paciſcantur.

1) huc ſpectat paroemia iuris germanici: Kinderzeugen bricht Eheſtiftung, qua ſignificatur, ea, quae in caſum matrimonii improlis ſanciuntur, ceſſare, ſi liberi ſequuntur. HERTIVS *de paroemiis I, 14.* Eiſenharth von Sprichw. p. 136.

## §. 424.

Si deſponſati ſunt *diuerſae religionis* 1), pactis nuptialibus plerumque definiri ſolet, cuiusnam religionis initiis liberi imbuendi ſint, quae conditiones pactis adiectae pro turpibus neutiquam haberi poſſunt 2). *Si pactis nihil definitum, liberi religionem patris ſequuntur* 3). His tamen ſi ad *annos diſcretio-*

*nis* [Unterſcheidungsjahre] peruenerint, eamdem mutare integrum eſt. De cetero inter Catholicos annus ſumtae ſacrae coenae, inter Proteſtantes vero annus 18. ideo praefinitus eſt 4).

1) FRID. BENED. CARPZOVIVS *de eo quod iuſtum eſt circa nuptias perſonarum diuerſae religionis.* Vit. 1735. Neue Staatscanzley IV. 316. ſqq.

2) FRID. LVD. HVNEFELD *de iuribus et poteſtate parentum, eorumque auctoritate et officio circa religionem liberorum.* Ien. 1701. FRID. VLR. PESTEL *num pacta dotalia quibus cautum, vt maſculi patris feminae matris religione imbuantur, ſint ſeruanda.* Rint. 1752. IO. WILH. SCHELLHAS *utrum conditio, qua certa religio in ſubiecto requiritur, pro turpi vel honeſta ſit habenda.* Erf. 1753.

3) ESTOR *delineat. iur. publ. eccleſ. Proteſt. c. 14. §. 16. p. 187.* Exempla habet Schauroth concluſ. corp. euang. T. I. p. 32. 318. 319.

4) Steck von den zur Religionsänderung erforderlichen Unterſcheidungsjahren; in den Abhandl. aus dem deutſchen Staats- und Lehnrecht. Halle 1757. *p. 1. ſqq.*

## §. 425.

Altera pactorum nuptialium pars in determinanda *futura coniugum ſucceſſione* verſatur (§ 423). Licet enim ex ſententia iuris peregrini pacta ſucceſſoria, qualia conuentionibus hisce continentur, reprobentur; in alia omnia tamen apud Germanos legislatores diſceſſerunt. Cum enim leges et obſeruantia ſubditis

ſubditis ius pacto ſuo legibus derogandi indulgeant, idque diſertis verbis circa pacta dotalia adfirment (§. 55. 419.): facile colligitur, pacta nuptialia, licet pactum ſucceſſorium contineant, omnino obſeruari oportere 1).

1) TITIVS ad LAVTERBACHIVM *obſ. 774.* LVDOLF *P. 3. obſ. 274. p. 186.* PVFENDORF *T. I. obſ. 209.*

§. 426.

Introducto autem in Germaniam iure peregrino, cum Iureconſulti hanc pactorum nuptialium partem iuris Romani placitis contrariam eſſe intelligerent, omne negotium ad normam iuris Romani exigendum rati, eiusmodi pacta nuptialia de futura coniugum ſucceſſione per modum vltimae voluntatis coram 5 teſtibus iniri voluerunt, eaque de cauſſa *pacta dotalia mixta* 1) dixerunt, ſcilicet quia pactis huiuscemodi forma teſtamenti Romana admiſcebatur. Hinc mutationi eadem, vt omnes vltimas voluntates, obnoxia reddiderunt, quartae trebellianicae deductionem admiſerunt 2), et quae ſunt huius generis alia. Quae vero pacta hanc teſtamenti formam adiectam non habent, neque adeo de futura ſucceſſione diſponunt, cum ſimplicem contractus formam ſeruent, *pacta dotalia ſimplicia* dicta ſunt.

1) PHIL. IAC. GRAV *de mixtura incongrua iuris Romani et germanici in practicorum diſtinctione pactorum dotalium in ſimplicia et mixta.* Marp. 1744. AEM. LVD. HOMBERGK *de origine atque indole diſtinctionis pactorum dotalium in ſimplicia et mixta, eorumque recta interpretatione.* ib. 1749.

2) IO. GOTH. BAVER *de quarta trebellianica in pacto nuptiali exule.* Lipſ. 1731.

## §. 427.

Iam quod ad *vſum huius diſtinctionis* attinet, hoc quidem manifeſti iuris eſt, *omnia pacta* atque adeo nuptialia quoque ſua natura, ex intentione paciſcentium et ex legum auctoritate eſſe *irreuocabilia*, atque adeo vniuerſam hanc de pactis dotalibus mixtis doctrinam, negotium vnilaterale reuocabile et bilaterale irreuocabile miſere miſcentem naturae contractuum, paciſcentium intentioni et legibus prorſus eſſe contrariam 1). Iam cum (a) tota diſtinctio perpaucis 2) tantum legum compilationibus nitatur; (b) reliquae leges ſubditis hoc ius de futura ſucceſſione paciſcendi diſerte tribuant, et pacta ſancte obſeruari velint 3); (c) tota diſtinctio a priuatis, non a legislatoribus, inuenta fuerit; (d) obſeruantia eius et vſus fori nec probata ſit 4), nec probari queat, et (e) pleraque adeo pacta dotalia iudicialiter confirmentur, ſequitur, *omnia pacta dotalia vim contractus habere, neque inuito altero* paciſcente pacto vel teſtamento

ſtamento *mutari* oportere 5), atque adeo vniuerſam hanc diſtinctionem, futile pragmaticorum quorumdam inuentum, e libris iuris et foro recte proſcribi.

1) GRAV *l. c.* §. *46. ſqq. p. 66. ſqq.*

2) Solm. L. R. p. 207. ref. *Frf.* P. 3. t. 2. §. 4. 5. Orth T. III. p. 16. Schaumb. P. O. c. 18. Sächſ. L. O. P. II. c. 43. Pfälz. L. R. p. 322. Anhalt. L. O. t. 36. §. wenn Ehepacten. GRAV §. *48. p. 69.* Böhmiſche L. O. P. 3. p. 386. confirmationem requirit ad pactum de ſucceſſione reciproca.

3) Hanauer Landbr. p. 25. ſq. Heſſiſche L. O. P. 2. t. 10. 11. Naſſ. L. O p. 78. Corp. iur. *Frideric.* P. I. lib. 2. t. 4. §. 8. p. 65. C. C. *Culmbac.* T. II. P. I. p. 203. p. 211. §. 7. Ref. *noric.* t. 28. §. 2 Woelker T. II. p. 482. ſqq. Würtemb. Landr. p. 263. Gerſtlacher lib. I. §. 114. MANZELII *ius mecklenb. I, 77. IV, 83.* ſtat. *hamb.* II, 11, 11. Churcölln. Rechtsordn. t. 2. §. 2. in f. C. C. *magdeb.* I, 33. III, 277. 192. C. C. *holſat.* T. I. p. 155. C C. *oldenb.* P. 2. p. 17. ſq. Hohenl. L. R P. I. t. 3. p. 8. ius *lubec.* lib. I. t. 5. a. 1. Böhmiſche Novellen p. 76. ſq. Trier L. R. c. 6. § 1 2. Gothaiſche L. O. P. 2. t. 12. p. 114. *elem. iur. brunſu.* §. 261. 280. Roſtock. Stadtr. lib. I. t. 3. § 5 6. Hildesh. P. O. §. 24. Nördl. Stadtr. P. 3. t. 6. Mühlhäuſ. Stadtr. lib. 5. a. 23 §. 8. p. 469. a. 30 p. 482. ſq. COCHII *ius brem. p. 214.* Jülich. und Berg. R. O. c. 94. p. 86. ſq. Wormſ. Stadtr. lib. 5. t 1. verſ. es wäre dann. p. 141. a. Baden. L. R. P. 6. t. 5. princ. p. 274 Kreitmayr ad ius bau. T. I. p. 158. ſqq. Würzb. Landger. ordn. t. 100. Erfurt. Ordn. p. 167.

4) quam non probant plauſtra DD. apud GOSW. AB ESBACH ad CARPZOVIVM P. 2. l. 43. d. 10. 11.

5) RICHEY l. c. HEINECCIVS *de teſtamenti factione apud Germanos arctis limit. circumſcr.* §. *11. ſqq.*

## §. 428.

De cetero *ſi parentes confectioni pactorum dotalium* a liberis celebratorum *conſenſerunt*, liberisque communionem bonorum vniuerſalem inire permiſerunt, *legitima* ipſorum *pactis* hisce *dotalibus excluditur* 1), quod ſecus tamen videtur, ſi vel communio bonorum vniuerſalis non probata fuerit, vel de conſenſu parentum legitimo non conſtet 2).

1) IO. ANDR. BENZ *de legitima parentum ob communionem bonorum in foro Zittauienſi exule.* Erf. 1738. GE. HENR. AYRER *de legitima parentum pactis dotalibus liberorum excluſa.* Goett. 1748.

2) LEYSER *ſp. 309. m. 4.* REINHARTH *ad Chriſt. I, 72.* PVFENDORF *obſ. III, 116.*

# Titvlvs IV.

## DE MATRIMONIO INAEQVALI ET MORGANATICO.

## §. 429.

In contrahendo matrimonio magna Germanorum cura ab antiquiſſimis inde temporibus in aequalitate natalium et conditionis verſabatur, praeſertim cum matrimonia inaequalia 1) [Mißheirathen] magno odio proſequerentur.

rentur. Qua tamen in re magnum ſemper diſcrimen inter verum *diſparagium* ſ. *matrimonium vere inaequale* [ungleiche Ehe], quod inter ingenuos et perſonas ſeruilis conditionis contrahitur et *matrimonium ex ratione ſtatus inaequale* [unſtandesmäßige Ehe], quod a perſonis ingenuis quidem, ſed imparis conditionis ac natalium initur, interceſſit, quod ſtatim pluribus demonſtrabitur.

1) HENR. SALMVTH *reſponſum pro matrimonio principis cum nobili virgine.* Ien. 1660. GERH. FELTMANN *de impari matrimonio.* Brem. 1691. 8. CASP. MATTH. MÜLLER *de matrimonio nobilis cum ignobili.* Roſt. 1707. SAM. FRID. WILLEMBERG *de matrimonio imparium.* Gedan. 1717. 1734. IO. CHR. SCHROETER *diſſ. iur. Rom. et germ. circa connubium impar.* Ien. 1731. IO. GE. ESTOR diſſ. *exhibens veſtigia iuris germ. in iure canonico et quidem c. 1. x. de ſponſal. de odio in matrimonia inaequalia et reſtricto iure nobilitatis germanicae quoad connubia.* Ien. 1740. 1750. LVDIGER DE MANNSBACH *de matrimonio principis, comitis liberique domini cum virgine nobili inito.* Wetzlar. 1750. IO. GOTH. BAVERI progr. *de matrimonio inaequali.* Lipſ. 1750. IO. MICH. DAHM *de matrimonio aequali et inaequali perſonarum illuſtrium in Germania.* Mog. 1751. IGN. CHR. LORBER A STOERCHEN ſ. reſp. HENR. SONDINGER *de nobili immediato cum perſona ruſtica nuptias contrahente nobilitate ſua et feudis ante iam habitis ſecundum iura germanica in perpetuum priuato.* Bamb. 1755. d. mea *de matrimonio nobilis cum vili et turpi perſona, praeſertim ruſtica.* Goett. 1755. GE. LVD. BOEHMER *de impari matrimonio et iure liberorum ex eo natorum circa ſucceſſionem feudalem.* Goett. 1755. Dav. Ge. Strube von ungleichen Ehen; *T. V.* der Nebenſt. *p.* 232-262. *et p.* 560-564.

## §. 430.

Quod primo ad *ius Germanicum antiquum* attinet, non alia *matrimonia* quam *ingenuorum et perſonarum ſeruilis conditionis inaequalia* dicuntur 1); ingenuorum autem matrimonium coaequale [ebenbürtig] dicitur, eique omnes effectus legitimi et aequalis matrimonii tribuuntur. Liberi autem ex inaequali matrimonio procreati hereditatis incapaces erant et a beneficiis adeo excludebantur 2).

1) LL. *Wiſigoth.* III, 2, 3. V, 7, 18. edict. Theod. R. c. 65. Lex *Burgund.* t. 35. c. 1. 2. decret. Thaſſilon. c. 9. Lex *Alem.* t. 15. c. 1. t. 57. L. *Friſion.* t. 6. L. *Sal.* t. 14. c. 6. L. *Ripuar.* t. 58. c. 15. 16. L. *Longob.* t. 9. c. vlt. POLACK *lib. I. c. 7.* §. 5. *p. 26. ſq.*

2) BOEHMER *l. c.* §. 5. *p. 14.*

## §. 431.

*Ius germanicum medium* cum antiquo amice conſpirat. Neque enim in conſtitutionibus Imperatorum 1) et aliis legum compilationibus 2) aliud matrimonium inaequale dicitur, quam ingenuorum et perſonarum ſeruilium. *Illuſtrium matrimonia cum nobilibus* multa deprehenduntur 3); licet plerique ob conditionem miniſterialium (§. 267.) ab iisdem abhorruerint 4). *Nobiles* etiam *cum perſonis ciuicis* matrimonia ſaepe contraxerunt 5), nec vmquam eiusmodi nuptiae pro diſparagiis habitae

bitae ſunt, aut liberis ſucceſſio denegata eſſe legitur 6). Poſteriori tamen aetate nobiles ob ludos equeſtres, beneficia eccleſiaſtica aliasque nobilitatis auitae praerogatiuas (§. 259. ſqq.) ab hisce nuptiis ſibi temperarunt, licet numquam vere inaequales dicantur 7).

1) conſtitutionem Henrici IV. habet GOLDASTVS *T. III. p. 363.*

2) I. P. S. I, 5. gloſſa ad lib. I. a. 17. III, 12. 73. I. P. A. c. 322. 392 Locus ADAMI BREMENSIS in *hiſt. eccl. I, 5.* hauſtus eſt ex MEGINHARTHO *de miraculis S. Alexandri c. 1* in SCHEIDII *bibl. hiſt. goett. p. 3.* de quo quid ſentiendum ſit, eleganter expoſuit BOEHMERVS l. c.

3) Scheid vom Adel p. 115. et MANNSBACH l. c.

4) Strube l. c. §. 10. p. 259. ſqq.

5) lib. meus *de iuribus ingenuor. p. 149.* hinc v. c. in ſtatuto Vindobonenſi de 1198. nuptiae nobilium cum ciuibus prohibentur in WOLFG. LAZII *Vienna Auſtriae lib. II. p. 74.* Francofurtum ad Moenum eadem de cauſſa priuilegium ab Henrico VII. impetrauit. cf. priuilegia der Stadt Frankf. p. 2. et IO. THOMAS KLVMPF *de priuilegio Henrico VII. ciuibus francofurtanis de filiabus libere elocandis olim data.* Gieſſ. 1720.

6) quod paroemia quoque: Ritters Weib hat Ritters Recht, oſtendit. HERTIVS *de paroem. II, 6. 7.* PISTORIVS *cent. I. par. 76.* Eiſenharth p. 117. ſq.

7) paroemia ergo: die Kinder folgen der ärgern Hand, non alias nuptias quam perſonarum ingenuarum cum ſeruilibus concernebat. BOEHMER *l. c. §. 10. p. 32. ſqq.*

§. 432.

§. 432.

In *iure* tandem *nouiſſimo germanico* lex vniuerſalis non deprehenditur, qua, quid ſit matrimonium vere et ratione ſtatus inaequale, definiatur. Capitulatio quidem Imperatoris 1) liberos ex matrimonio notorie inaequali natos a ſucceſſione excludit, et Imperatoris circa nobilitatem iisdem conferendi poteſtatem arctis limitibus circumſcribit 2): quae vero matrimonia ſint notorie inaequalia, in medio relinquit 3). Inter illuſtres tamen et nobiles plerumque pactis familiae cauetur, ne quis niſi nobilem et natalibus ſibi aequalem ducat 4). Iure etiam brandenburgico 5), electorali colonienſi 6), et nobilitatis immediatae franconicae 7), quaedam hac de re diſpoſita ſunt, quae tamen legem vniuerſalem non efficiunt. Neque etiam obſeruantia ſummorum imperii tribunalium certa eſt, ſed adeo varia, vt nihil inde probari queat 8). Ex his ergo manifeſtum eſt: (a) nec hodie verum eſſe diſparagium, niſi inter ingenuos et perſonas ſeruiles; (b) reliqua matrimonia ratione ſtatus inaequalia omnino eſſe valida, nec liberis ſucceſſionem poſſe denegari, niſi lex prouincialis, pactum familiae aut contraria obſeruantia adeſſe doceatur 9).

1) Cap. nouiſſ. a. 22. §. 4.

2) IO. HEVMANN *de reſeruato Imperatoris dignitates largiendi.* §. 29. 30. T. I. *exercitat. p.* 234. *ſqq.*

3) Moſers

3) **Moſers Staatsrecht** T. 19. p. 238. ſqq. IDEM in den Anmerk. über K. Carl VII. Wahlcapitul. P. I. p. 123. ſqq.

4) e. g. ſtat. gentis Bunauienſ. a. 16. PETR. MÜLLERI *ſingularia illuſtrium Bunauiorum ſtatuta*. Ien. 1688. f. 1. th. 1. **Strube** T. V. p. 242. 245. ſqq. cf. etiam des Hauſes Sachſen Bericht wegen des Herrn H. Ant. Ulrichs mit Phil. El. Zeſerin erzeugten Kinder (1745. f.) p. 7. ſq.

5) C. C. *magdeb.* P. 3. p. 471. et corp. iur. *Frideric.* P. I. lib. II. t. 2. §. 21. in f.

6) **Fränkiſche Ritterordn.** P. I. t. 2. de qua dixi in diſſ. *de matrim. nob. §. 16. p. 33. ſqq.*

7) **Churcölln.** Rechtsordn. t. 6. §. 8. ſqq. p. m. 12. cf. etiam Oeſterr. Ritterſtandsregeln §. 4. in LÜNIGII Landesritterſch. I. 390.

8) HORN *iurispr. feud. c. 6. §. 10.* WERNHER *P. 8. obſ. 466.* **Riccius** vom Landſ. Adel P. II. c. 52. **Moſer** T. 19. p. 322. BOEHMER §. 20. **Strube** l. c.

9) *diſſ. mea §. 19.* **Kreitmayr** T. I. p. 179. ſqq. Cod. Max. bau. P. I. c. 6. §. 45.

## §. 433.

Speciem quamdam nuptiarum imparium exhibet *matrimonium ad legem Salicam* 1), *ad morganaticam* 2) ſ. **die Ehe zur linken Hand**; quo intelligitur matrimonium perſonae illuſtris cum inferiori ea lege initum, vt vxor et liberi a ſucceſſione, dignitateque patris excluſi portione, quae ipſis in pactis dotalibus adſignata eſt, contenti viuant; quod ad conſeruationem ſplendoris familiae contrahi

trahi vtplurimum ſolet, ne nempe numeroſa nimis liberorum ex aequali matrimonio procreatorum familia iteratis partitionibus territoriorum ſplendori nobilitatis officiat.

1) II. F. 29.

2) IO. PHIL. PRIOR *de matrimonio ad morganaticam.* Arg. 1671. H. LINK *de matrimonio lege ſalica ſ. morganaticam contracto ad II. F. 29.* Alt. 1676. GABR. SCHWEDER *de matrimonio ad morganaticam.* Tub. 1684. HENR. COCCEIVS *de lege morganatica.* Frf. 1695. IO. BERNH. FRIESE *de conuentione morganatica.* Ien. 1697. PETR. MARC. RICCIVS *de matrimonio ad morganaticam donationem contracto.* Arg. 1703. IO. BARTH *de concubinatus et matrimonii ad morganaticam conuenientia et disconuenientia.* Arg. 1733. IO. HENR. WOLFART *de matrimonio ad morganaticam eiusque ſpeciebus.* Hann. 1736. DAN. NETTELBLADT *an et quatenus matrimonium ad morganaticam pacto tale licitum ſit?* Hal. 1748. WILH. PHIL. SEYFRIED *de incongrua matrimonii ad morganaticam ad ſtatum noſtrum Germanicum adplicatione.* Gieſſ. 1749.

## §. 434.

*Ius ineundi matrimonium ad legem morganaticam* a multis ſoli illuſtrium ordini vindicatur 1), alii vero nobilibus quoque ex rationum ſimilitudine hoc ius tribuendum eſſe contendunt 2). Praxis hac in re variat. Alibi enim expreſſum priuilegium ideo nobilitati datum eſt 3), alibi ſine conſenſu principis tale matrimonium contrahere non licet 4), in reliquis prouinciis nihil nec lege nec obſeruantia

uantia deciſum 5). Conſultius tamen eſt, conſenſum principis requirere.

1) CRAMER *de iurib. nobil. auitae c. 4. §. 6. p. 238. ſqq.*

2) HENR. LINK *l. c. c. 3. §. 1.* IO. CAR. NAEVIVS in diſſ. *an matrimonium ad morganaticam a principibus et perſonis illuſtribus tantum, an etiam a nobilibus rite contrahi poſſit?* Vit. 1729.

3) Tale priuilegium Erneſtus archiep. Colonienſis nobilibus ducatus Weſtphaliae d. 29. Apr. 1597. dedit apud LVNIGIVM von der Landſ. Ritterſ. T. II. p. 1566.

4) Ita ſancitum in terris brandenb. Renov. Conſtitut. von Verlöbn. und Ehen §. 13. C. C. *march.* 1, 2. p. 120.

5) hinc in dubio nobilibus omnino hoc ius indulgendum eſt, cum eadem ratione, vt inter illuſtres de ſplendore familiarum conſeruando ſolliciti eſſe debeant. ERN. WILH. STRECKER *de ſplendore familiarum illuſtrium conſeruando.* Erf. 1747. §. 1. 2.

## §. 435.

Quod tandem ad *iura vxoris morganaticae et liberorum* ex ea natorum attinet, hoc quidem manifeſti iuris eſt, vxorem in vero eſſe matrimonio liberosque adeo eſſe legitimos 1), vt tamen numquam titulum dignitatemque patris nanciſcantur, neque ad ſucceſſionem admittantur 2), quae omnia pactis dotalibus curate determinantur 3).

1) cocceii ſ. 6. §. 24.

2) knipschild *de fideic. famil. c. 6.*

3) ivst. henn. boehmer *de ſecundis nupt. perſonar. illuſtr. ſ. 2. §. 28.* Kreitmayr T. I. p. 182. ſq.

# Titvlvs V.

## De consvmmatione matrimonii et conscensione thori.

### §. 436.

Conſtitutis ſic per pacta nuptialia futuri coniugii iuribus et conditionibus matrimonium ipſum conſummatur, qua in re mores Germanorum a ſententia iuris Romani et canonici mire diſcrepant. *Iure* enim *Romano* cum ſolus *conſenſus faciat nuptias*, *inde* etiam et a domum deductione *terminus a quo effectuum ciuilium matrimonii initium capit* 1). Iure *canonico* ſola *copula ſacerdotalis* matrimonio effectus etiam ciuilis tribuit 2); *iure* vero *germanico*, antiquo praeſertim, *conſcenſio thori* 3), et quibusdam in prouinciis ipſa adeo *corporum commixtio* 4) pro fine matrimonii reputabatur.

1) elem. mea *antiquit. iur. Rom.* §. 440. 441.

2) petr. müller *de hierologia ſ. copula ſacerdotali.* Ien. 1680.

3) IO. GOTH. BAVER *de concubitu matrimonii perfectione ante copulam ſacerdotalem.* Lipſ. 1725. IO. FLOR. RIVINVS *de conſcenſione thori ad obtinendam ſucceſſionem coniugum iure elect. ſax. neceſſaria.* Lipſ. 1726. CONR. PHIL. HOFFMANN *de die ac nocte nuptiali.* Regiom. 1731. CHR. FRID. HARPPRECHT *de conſcenſione thori coniugalis, et eius effectibus iuridicis tam quoad perſonas illuſtres quam priuatas.* Tub. 1735. IO. CAR. HENR. DREYER *de termino effectuum ciuilium matrimonii a quo.* Kil. 1749. RÜTG. NIC. SLÜTER *de variis matrimonii perfectionibus earumque effectibus.* Goett. 1753.

4) quod moribus Friſiae quoque obtinere ait FRID. A SANDE in *deciſ. Friſ.* (Leow. 1639. 4.) *lib. II. t. 5. def. 1. p. 122.* Erörterung der Frage: ob unter der Beſchreitung des Ehebettes der würkliche Beyſchlaf zu verſtehen, und was mit ſelbiger verknüpft ſey? in den Bemühungen der prüfendn Geſellſchaft *P. II. obſ. 3. P. III. obſ. 1.*

## §. 437.

Ipſa haec *thori conſcenſio* [die Beſchreitung des Ehebettes, der Bettſprung 1)] inter Principes et illuſtres perſonas, quae plerumque abſentes 2) matrimonia contrahunt, *per procuratorem* 3), ſicuti ipſa per copulam ſacerdotalem coniunctio, 4) fieri ſolet; quo facto matrimonium pro plene perfecto conſummatoque habetur, omniaque locum inueniunt, quae in pactis dotalibus conuenta eſſe deprehenduntur.

1) DREYER *de vſu iuris Anglo-Saxon. §. 4. n. 14. p. 97.*

2) PETR. MÜLLERI diſſ. *de matrimonio abſentum.* Ien. 1685. 1745.

3) IO. PETR. DE LVDEWIG *de matrimonio Principis per procuratorem.* Hal. 1724. 1736.

4) Moſers Hofrecht T. I. p. 537. ſqq.

## §. 438.

De cetero haec ipſa *thori conſcenſio inſignes* olim *effectus produxit*, neque matrimonium ante pro perfecto et vere conſummato habebatur. Certe etiamnum in quibusdam Germaniae territoriis et vrbibus communio bonorum 1), ſucceſſio coniugum 2) portioque ſtatutaria 3), communicanda cum vxore dignitas mariti 4) et morgengabae praeſtatio inde pendent. In plerisque tamen prouinciis Iuris canonici principia praeualuerunt, atque adeo *in dubio effectus ciuiles matrimonii non a conſcenſione thori, ſed benedictione ſacerdotali proficiſcuntur* 5).

1) REINHARTH *ad Chriſt. I, 65. p. 181.* GE. LVD. BOEHMER *de iur. et obligat. coniug. ſuperſt. ex commun. bonor. vniuerſ.* §. 10. *Iure lubecenſi* demum incipit communio, ſi vxor grauida facta fuerit. Steins Einleit. zur Lüb. Rechtsgel. p. 73. AMAND. CHR. DORNII progr. *quaenam ſit ratio, vt communio aeris alieni inter coniuges exiſtat, ſi matrimonium prole dilatum; nulla, ſi ſit improle.* Kil. 1738. Roſtock Stadtr. lib. I. t. 5. §. 5. hinc paroemia: Iſt das Bett beſchritten, ſo iſt das Recht erſtritten; et: wenn die Decke über den Kopf iſt, ſo ſind die Eheleute gleich reich. Eiſenharth p. 120. ſqq. RIVINVS *l. c.* §. 43.

2) quod

2) quod v. c. *iure Saxoniae electorali* obtinet. Sächſ. L. D. P. 3. c. 19. RIVINVS *l. c.* §. 7.

3) Solm. L. R. P. 2. t. 28. §. 1. Ref. *francof.* P. 3. t. 3. p. 350. Pfälz. L. R. P. 4. t. 11. Würtemb. L. R. P. 4. t. 2. p. 431. SLÜTER *l. c. c.* 2. §. 10.

4) ex I. P. S. III, 45. Die Frau wird des Mannes Genoßin und trit in ſein Recht, ſo bald ſie in ſein Bett trit.

5) CHR. GOTH. HOFFMANNI progr. *de effectibus benedictioni ſacerdotali perperam adſcriptis.* Frf. 1730. cf. etiam IO. FRID. KAYSERI *origines benedictionis ſacerdotalis.* Gieſſ. 1735. et LEYSER *ſp.* 292.

## SECTIO II.

## DE IVRIBVS MATRIMONII CONSTITVTI.

### I. DE IVRIBVS MATRIMONII CONSTITVTI INTER ILLVSTRES ET NOBILES.

## TITVLVS I.

### DE DOTE, ADPARATV MVLIEBRI FILIARVM ILLVSTRIVM ET NOBILIVM ET DONATIONE PROPTER NVPTIAS.

### §. 439.

Vidimus, quae circa matrimonia Germanorum contrahenda conſummandaque legibus vſuque Germaniae obtinent. Reſtat ergo,

go, vt de iuribus, quae conſtituta rite ſocietate coniugali inter ipſos coniuges locum inueniunt, exponamus; qua in re quum iura nobilium ciuiumque inſigniter differant, de ſingulis etiam ſigillatim commentabimur.

## §. 440.

Quod ergo primo loco ad illata et inuecta *mulierum nobilium et illuſtrium* attinet, hoc quidem certiſſimum eſt, ipſas olim *nullam omnino dotem* 1) *habuiſſe*, et ab omni adeo ſucceſſione excluſas fuiſſe 2), cum ob ſumtus militiae, ab omnibus ingenuis faciendae (§ 229. 234. 238.), cuius incapaces erant feminae, ipſae ad poſſeſſionem praediorum non vocarentur, e quibus ſumtus militiae praeſtari debebant; quod olim in omnibus ingenuis obſeruatum, poſtea vero ſolis illuſtribus et nobilibus, militarem gloriam ad poſteros transferentibus, proprium reputabatur (§. 234).

1) IO. PETR. DE LVDEWIG *diff. I. R. et G. in dote et donatione propter nuptias.* Hal. 1721. EIVSDEM *differentiae I. R. et G. in dote mariti.* ib. 1721. NIC. HIER. GVNDLING *de emtione vxorum, dote et morgengaba.* Hal. 1722. Lipſ. 1731. GOTH. LEONH. BAVDIS progr. *de dote iuris germanici.* Lipſ. 1738. GE. CHR. GEBAVERI progr. I. II. *de dote mariti et indole connubiorum Germ.* Goett. 1736. 1741. CHR. GOTTL. BVDER *de dote et vitalitio filiarum illuſtrium et nobilium monialium.* Ien. 1754.

2) J. J. Reinhard vom Erbfolgsrecht der Töchter c. 1. §. 7. ſqq. p. 9. ſqq. IO. PHIL. HAHN *de excluſione*

*cluſione filiarum illuſtrium ab allodio c. 2. p. m. 18. ſqq.*

## §. 441.

Neque tamen putandum eſt, filias nobilium Germaniae olim omni omnino pecunia caſſas et illocabiles exſtitiſſe. Sicuti enim res non eſt ſine exemplo, ipſis ampliſſimam interdum dotem contigiſſe 1), ita praeſertim nouae nuptae ad inſtruendam maritalem oeconomiam, licet parata pecunia non data eſſet, multis rebus, veſtitu, ſupellectile iocalibusque 2) inſtruebantur, quod olim *Vaderphium* 3) poſtea vero *adparatum et inſtructum muliebrem* 4) [die Ausſteuer] nominauerunt; qui adparatus etiamnum quotidie obuius dotis loco haberi omnino debet, niſi ex pactis dotalibus et intentione paciſcentium, ipſum a dote diſtingui, adpareat 5).

1) Strubens Nebenſt. T. V. p. 270. ſqq.

2) PETR. MÜLLER *de iocalibus.* Ien. 1686. GOTTL. ARN. SPIES *de mulierum ornamentis.* Alt. 1743.

3) CHR. HENR. BREVNING *de vaderphio veterum Germanorum.* Lipſ. 1752.

4) IO. GE. ESTOR *de adparatu et inſtructu muliebri nuptarum praeter dotem pactis dotalibus promiſſo.* Marp. 1744. HENR. GOTTL. PIEHER *de differentia dotis et inſtructus muliebris.* Lipſ. 1761.

5) PVFENDORF *T. I. obſ. 206.* in primis autem hac de re notanda eſt copioſa diſputatio GRVPENII von der jungfräulichen Ausſteuer, als einem Paraphernalgute, und (a) von Jngedomte, (b) von

Kiſtenpfande; *c. 3. vxoris theotiſcae p. 49. ſqq.* in primis §. *26. p. 118. ſqq.* Strubens Bedenken T. I. n. 53. p. 133. ſqq.

## §. 442.

Introducto autem iure Romano, cum indignum ICtis videretur, filiam nobilem ſine dote in matrimonium collocari: *a ſaeculis* inde *XIII. et XIV. filiabus* etiam *illuſtrium et nobilium dotes* in ſenſu iuris Romani *conſtitui coeperunt* 1); quas vulgo, licet ſalſo, *legitimam filiarum nobilium* 2) adpellant.

1) io. ioach. schoepfer *de alimentis et dote filiarum nobilium.* rec. Ien. 1746.

2) io. sam. frid. boehmer *de ſpuria filiarum nobilium a ſucceſſione excluſarum legitima.* Hal. 1735. io. iac. moser *de legitima S. R. I. ſtatuum liberorum vtriusque ſexus tam legitimorum ſ. ex aequali ſ. ex inaequali matrimonio procreatorum quam naturalium.* Frf. 1738. et in eivsdem *ſelectis iur. publ. et priuat. p. 182-238.*

## §. 443.

Ad elocandas quidem *illuſtrium* filias ſubditis maritagii collecta imponi ſolet, ad conferendam feminae Principi *dotem*, quam vulgo Fräulein- ſ. Prinzeßinſteuren 1) adpellant, cuius tamen rationes ex iuris publici principiis rectius diiudicantur. Iam licet in plurimis Germaniae territoriis ſaecularibus haec dos ex obſeruantia vel pactis debeatur, iuſta tamen

men eorum videtur ſententia, qui hanc collectam, obſeruantia vel pacto non exſtante, ſubditis non imponi debere contendunt 2).

1) AHASV. FRITSCH *de dotatione filiae principis et de collectis maritagii.* Ger. 1671. CASP. ZIEGLER *de iure exigendi collectas ad elocationem filiarum illuſtrium.* Vit. 1686. PETR. MÜLLER *de onere dotandi filias illuſtres patrum apanagiatorum.* Ien. 1689. ANT. LVD. SEIP *de libertate ſtatuum prouincialium circa dotationem filiarum illuſtrium, potiſſimum apanagiatorum.* Goett. 1747. GE. HENR. HINÜBER *de iure ſtatuum S. R. G. I. dotis ſubſidia filiarum illuſtrium a ſubditis exigendi per obſeruantiam ſtabilito.* Frf. et Lipſ. 1756.

2) NEVMANNI *inſtit. iuris princ. priuati lib. II. t. 12. §. 289. p. 311. ſq.*

## §. 444.

Si *dotem filiarum nobilium* ſpectaueris, haec quidem primario ex allodiis praeſtatur, his vero non ſufficientibus ex feudo quoque exigitur 1). *Quantitas eius* non vbique eadem. In plerisque familiis vel pactis familiae aut obſeruantia determinatur, vel patris, fratrum et agnatorum arbitrio relinquitur 2). In quibusdam tamen territoriis lege definita 3) eſt, idque cautum, ne vltra certam pecuniae ſummam quidquam filiabus praeſtetur, nec fratres nimio dotis grauamine onerentur.

1) CARPZOVIVS *dec. 172.* MEVIVS *P. 3. d. 367.*

2) LVDOLF *P. 3. obſ. 247.*

3) Iure Colonienſi 2 - 5000. Rthlr. imperiales (nebenſt den mütterlichen Kleinodien und Leibsſchmuck- und ehrlichen hochzeitlichen Ausrüſtung). Churcölln. Rechtsordn. t. 6. §. 2. 4. In *Pomerania brandenb.* quarta pars pretii praediorum. **Hinterpommerſche** Lehnsconſtit. tit. 3. §. 1. ibique SCHWEDERVS p. 33. ſqq. In *Marchia brandenb.* varia quantitas cf. *march.* P. II. ſ. 5. p. 102. 130. et C. G. **Knorrens** rechtl. Bedenken von dem Pflichttheile der Töchter und Schweſtern, beſonders in der Churmark Brandenburg; in den **rechtl. Anmerk.** *p. 130-165.* In principatu *mindenſi* 4000. imperiales. **Mindiſche** Landesvertr. p. 275. De terris brunſu. luneb. cf. *elem. iur. brunſu.* §. 597. PVFENDORF *obſ. I, 68.* **Woltereck** p. 174. **Strubens** Bed. p. 145. ſqq. de Saxonia elect. **Schaumburg** P. 3. p. 147. ſq. Plerumque arbitraria quantitas vid. e. g. **Pommerſche** Grundgeſetze p. 7. 12. 13. **Mecklenb.** Aſſec. Revers d. 1621. §. 31. p. m. 31. **Holſtein.** L. G. O. P. 4. t. 5. §. 11. p. m. 92. de Bauaria **Kreitmayr** T. I. p. 130. **Anhalt.** L. O. t. 15. **Brem.** Ritterr. t. 1. 2.

## §. 445.

Introducta ergo dote *donatio* quoque *propter nuptias* 1) [Gegenvermächtniß ſ. Steuer, Gegenwidme, Wiederlage ſ. Kehrung, Zugeld] Romana ſimiliter probabatur, eademque etiamnum in ſingulis fere pactis nuptialibus nobilium commemoratur. Enimuero alia eius jn Germania, quam apud Romanos, ratio, cum non tam ob ſecuritatem dotis ſed alimentorum vxori in caſu viduitatis praeſtandorum ſecuritatem praeſtari ſoleat 2). Hinc

feminae etiam indotatae eadem hodie augentur; nec ad quantitatem dotis in eiusdem determinatione reſpicitur, cum dote maior minorque eſſe poſſit; eademque de cauſſa vxori, etiamſi dotem ſaluam habeat, donationis propter nuptias *vſusfructus ſaluus manet* 3). *Tacita hypotheca* intuitu huius donationis vxori non competit, niſi lege prouinciali diſerte tribuatur 4).

1) CHR. GOTTL. HOFFMANN *diſſ. iur. R. et G. in donatione propter nuptias.* Frf. 1727. Lipſ. 1736. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de vxore per propter nuptias donationem de alimentis ſecura tantum.* Hal. 1740.

2) HOFFMANN *l. c.* §. *6. p. m. 32. ſqq.*

3) PVFENDORF *T. II. obſ. 39. III, 121.* GEBAVER in *ord. Inſtit. II, 7. p. 56.*

4) quod factum iure ſax. electorali CARPZOVIVS *P. II.* C. 16. d. 1. et Lüneb. P. O. c. 24. PVFENDORF II, 39. §. 27. p. 183. cf. TOB. IAC. REINHARTH *de vxore in donatione propter nuptias neque dominium neque hypothecam habente.* Erf. 1729. cf. Holſt. L. G. O. P. 4. t. 5. §. 9. p. m. 92.

## TITVLVS II.

## DE MORGENGABA.

### §. 446.

Cum feminae nobiles a ſucceſſione excluſae exigua dote contentae eſſe debeant (§. 440.): maritus ad alimenta ipſis praeſtan-

 da

da obligabatur, et hinc non ineunte tantum matrimonio dono matutino 1) noua nupta excipiebatur verum etiam conſtituto vidualitio de alimentis in caſu viduitatis ipſi proſpicitur.

1) morgengabae et dotalitii vſus praeſertim inter nobiles obtinet, licet in quibusdam regionibus etiam ciuibus morgengabae datio placuerit. CRELL *de iure connub. Luſat. ſup.* §. 7.

## §. 447.

Quod ad *morgengabam* 1) primum attinet, haec quidem denotat donum, quod nouus maritus nouellae coniugi primo mane poſt noctem nuptialem facere ſolet. Illud quidem ab antiquiſſimis inde temporibus vſu inualuit 2), et aliis praemium ereptae virginitatis 3), aliis vero donum eſſe videtur, quod in ſignum adprehenſae poſſeſſionis thori exhibetur 4), quorum opinio probabilior eſt, cum viduis etiam morgengaba dari ſoleat 5).

1) Ge. von Rothſchütz von der Mitgift, Leibgeding und Morgengab. Leipz. 1604. IO. GE. LVPIN *de donatione matutina ſ. morgengaba.* Alt. 1671. ANDR. MYLIVS *de morgengaba Zittauienſi.* Lipſ. 1684. DAV. NEHRMANN *de dote, ſpeciatim morgengafwa.* Vpſal. 1742. SAM. REICHEL *de origine ac definitione morgengabae.* Lipſ. 1757.

2) L. *Longob.* II, 4, 1. *Alemann.* t. 56. §. 2. POLACK *lib. I. c. 9. §. 8. p. 36.*

3) GVNDLING *c. 3. §. 14. ſqq.*

4) dreyer *de termino effect. ciu. matrim.* §. 5. ayrer *de iure connub. t.* 2. §. 9. pvfendorf *obſ. II*, 198.

5) gvndling *c.* 4. §. 26. iure *bauarico* morgengaba viduae data dicitur eine Vertrauung, nec tacitam hyp. tribuit Kreitmayr T. I. p. 141. §. 16. n. 2.

## §. 448.

*Arbitrarium munus eſt morgengaba.* Hinc maritus ad eius conſtitutionem compelli non poteſt, niſi pacto eius ſolutionem receperit. *Quantitas* admodum variat; plerumque et haec arbitrio mariti relicta eſt; in quibusdam tamen territoriis vſu vel lege determinata eſt 1). De cetero *vxor plena morgengabae domina eſt*, vt adeo de ea pro arbitrio diſponere poſſit. Marito ergo eamdem nec oppignorare nec alienare licet 2), et ſi vxor viuo marito fructus morgengabae non perceperit, mortuo marito iidem ab heredibus mariti ſupplentur 3).

1) *iure bauarico* tertia pars illatorum Kreitmayr T. I. p. 142. in *Pomerania Suethica* de ſingulis millibus dotis 50. debentur chr. nettelblatt *de vidua nob. mecklenb.* §. 29. *p. m.* 35. Iure *bremenſi* curia villicalis ad dies vitae vſufructuario iure datur. Brem. Ritterr. t. 7. p. m. 25. 26. In *neo-marchia* de 1000. Rthlr. decem ducati. C.C. *march.* V, 2. p. 148. Alibi quantitas arbitraria. vid. e. g. de terris *mecklenb.* nettelblatt *l. c. p.* 34.

2) gvndling *c.* 4. §. 4. Iure Bauarico vxori tacita hypotheca tribuitur. Kreitmayr l. c. alibi non datur

tur hypotheca niſi promiſſa. C. C. *Culmb.* T. II. P. I. p. 215. Cod. *Frid.* P. 4. t. 9. claſſ. 1. §. 45. p. m. 512.

3) PVFENDORF obſ. III, 119. §. 5. MEVIVS P. 6. d. 245.

## TITVLVS III.

### DE DOTALITIO S. VIDVALITIO.

### §. 449.

Potiſſima autem mariti cura in eo verſatur, vt vxori de alimentis, finito matrimonio, praeſtandis proſpiciatur, quod ab interpretibus TACITI 1) *dos mariti* 2) adpellatur. Complexus autem omnium rerum a marito vxori ad ferenda futurae viduitatis onera conceſſarum, *dotalitium* 3) *vidualitium*, Witthum, Wittibenſitz, et quia ad dies vitae ordinarie conceditur, *vitalitium*, Leibgeding ſ. Leibzucht 4) adpellatur.

1) *Germ. c. 18.* ibique DITHMARVS *p. 106.*

2) LVDEWIG *de dote mariti* §. *4. 5. 6.*

3) IAC. SCHVLZ *de dotalitio.* Lipſ. 1604. IO. OTTO TABOR *de dotalitio.* Arg. 1644. CHR. PHIL. RICHTERI diſſ. I. II. *de dotalitio.* Ien. 1644. 1650. GE. WERNER *de iure dotalitiorum.* Helmſt. 1654. NIC. HENELIVS *de iure dotalitii.* Frf. 1660. IO. THEOD. SPRENGER *de dotalitio.* Frf. 1668. 12. GE. HEINZ *de lucro dotis et dotalitii.* Lipſ. 1673. LÜD. MENKEN *de quantitate dotalitii praecipue ſaxonica.* Lipſ. 1706. GUIL. FRANC. LE JEUNE *de dotali-*

*tio*

*tio Gallis du douaire.* Arg. 1713. chr. henr. de berger *ſelecta iuris dotalitii capita.* Vit. 1723. io. vlr. crameri progr. *de aequitate quantitatis dotalitii viduarum illuſtrium.* Marp. 1733. *T. II. opuſc. p. 626. ſqq.* ge. frid. deinlein *de vidua vaſalli ab vſufructuaria cautione intuitu dotalitii immuni.* Alt. 1735. io. ge. estor *de dotalitio propter ſecundas nuptias ceſſante.* Ien. 1736. 1742. io. ge. scherz *de dotalitio.* Arg. rec. Ien. 1739. henr. chr. senkenberg *de dotalitio prioris matrimonii durantibus ſecundis vxorum votis ipſis relinquendo;* in *Volum. meditat. ex iure et hiſt.* (Gieſſ. 1740. 8.) *p. 42-114.* frid. vlr. pestel *de dotalitio ob abuſum non tollendo.* Rint. 1741. henr. nettelblatt *de dotalitio.* Roſt. 1746. io. ge. estor *de iuribus quibusdam viduarum mulierum equeſtrium ratione amittendi vitalitii, dotalitii, item de vera notione vocis* Leibzucht, *de donatione propter nuptias, portione ſtatutaria et adquaeſtu connubiali.* Marp. 1748. io. frid. eisenharth *de dotalitio viduarum ſummorum in Germania praeſulum proteſtantium.* Helmſt. 1748. chr. henr. brevning *de dotalitio ob ſecundas nuptias non ceſſante.* Lipſ. 1754. J. G. Strube vom Urſprung des teutſchen Wittums und Leibgedings; *T. V.* der Nebenſt. *p. 270-291.* J. U. von Cramer: ob ein Leibgeding, ſo ſimpliciter oder pure conſtituiret, durch Verrückung des Witwenſtuhls verloren geht; P. IX. der Wetzlariſchen Nebenſt. *p. 1-14.* Eſtors neue kleine Schriften T. I. p. 313. ſqq.

4) car. otto rechenberg progr. *de vero ſignificatu verborum* Leibzucht *et* Leibgeding. Lipſ. 1745.

## §. 450.

Omnes mariti nobiles ex rationibus aequitatis, pudoris et legum adeo ad alimenta viduis

duis praeſtanda obligantur, recteque adeo dicitur, *omnem vidualitii conſtitutionem eſſe neceſſariam* ſiue dos illata fuerit, ſiue non 1). Si tamen vidua intuitu dotis illatae maius forte et lautius dotalitium exigat, probanda omnino eſt dotis illatio; alias viduali-tio, quod ipſi ex pacto vel obſeruantia debetur, contenta eſſe iubetur. Licet ergo *quaeſtio, an dotalitium debeatur* 2)? *ex lege* omnis proficiſcatur; *quale* tamen *praeſtari debeat*, ex pactis nuptialibus, vel his deficientibus, agnatorum, et iudicis adeo arbitrio determinatur.

1) LYNKER reſp. 145. BOEHMER *T. I. P. II. conſ. 110. 114.* REINHARTH *ad Chriſt. VI, 25. p. 65.* Brem. Ritterr. *t. 8.*

2) NETTELBLATT *c. 2. §. 19.*

## §. 451.

*Conſtituitur dotalitium ex allodio*; hoc autem non ſufficiente, *in ſubſidium ex feudo* 1), ſiue dotata fuerit vxor, ſiue non. Sin ex feudo conſtituitur, in quibusdam territoriis conſenſu domini directi et agnatorum opus eſt 2). Agnatorum conſenſus in dotalitio quoque allodiali, ſi praedium ſit auitum, omnino requirendus eſt, ne mortuo marito, vxori negotium temere faceſſant 3); ſecus eſt, ſin in praediis adquiſitis, a libera poſſeſſoris diſpoſitione pendentibus, conſtituatur 4).

1)

1) IO. PAVLL. KRESS *de debitis ex feudis praecipue Pomeraniae ſoluendis c. 1. §. 9. ſqq. p. 14. ſqq.*

2) J. A. Kopp von Verwiedemung der Lehengüter ohne Lehnsherrlichen und der Agnaten Conſens *T. I.* der Lehensproben *p. 187. ſqq.* Culmbach. Lehnsgew. §. 4. Magdeb. P. O. *c. 8. §. 38.* Pommerſche Grundgeſetze p. 7. 13. C. C. *march.* II, 1. p. 22. VI, 1. p. 224. Cod. Maxim. *bauar.* P. 3. c. 10. §. 19. P. 4. c. 18. §. 27. Kreitmayr T. I. p. 137. de *Luſatia* ſup. LVNIG *corp. iur. feud. germ. T. II p. 690.* de ducatu *magdeb.* l. c. II, 981. *mecklenb.* II, 1603. 1634 de principatu *anhaltino* II, 1825. De cetero hic conſenſus non vbique requiritur. BOEHMERI *princip. iur. feud. §. 324.*

3) SENKENBERG *de dotalitio et conſenſu agnatorum ei adhibendo §. 5-8. in Volum. medit. p. 440. ſqq.*

4) NETTELBLATT *c. 2. §. 28. p. 39.* SENKENBERG *§. 7. p. 414. ſq.*

## §. 452.

*Quantitas dotalitii* non vbique eadem fuit, ſed pro ratione dignitatis et opum vel integrum praedium vel certi ex eodem reditus, vel determinata tantum pecuniae ſumma conſtituebatur 1). Introducto autem iure Romano cum dotibus augerentur filiae nobiles, et donatio propter nuptias quoque conſtitueretur: orta eſt noua ICtorum quorumdam doctrina, qui contendebant, dotalitii nomine *quadruplicatas dotis illatae vſuras* 2) praeſtari oportere, quam opinionem auctoritati ICtorum ſaxonicorum potiſſimum debemus 3). Nullibi tamen legibus confirmata eſt,

eſt, atque adeo quantitas dotalitii ad hunc vsque diem arbitraria videtur 4).

1) PVFENDORF *I, 22. §. 2. p. 36. II, 39. §. 23. ſqq. p. 180. III, 120. §. 3. 331.*

2) LÜDER MENKEN et CRAMER l. c.

3) Schaumburg Sächſ. Recht P. I. p. 102. Barth von der Gerade p. 476. ſqq. de iure brandenb. IDEM in adp. p. 334.

4) LVDOLF *de iur. fam. illuſtr. p. 111.* Moſers Staatsr. T. 22. p. 35. ſqq. Kreitmayr T. I. p. 138. ſq.

## §. 453.

Cum omnes mariti vxoribus, etiam non dotatis, alimenta viduitatis praeſtare debeant: ſequitur, *in quaeſtione, an dotalitium debeatur? ad dotis* conſtitutionem et *illationem reſpici non oportere.* Enimuero alia hac in re *iuris ſaxonici* ratio. Cum enim in Saxonia dotalitii nomine plerumque quadruplicatae dotis in rem mariti verſae vſurae praeſtari ſoleant (§. 449.): omnino etiam *illatio dotis probanda* eſt, quae probatio non ſemper ſola confeſſione mariti abſoluitur 1), ſed *iuramento ſuppletorio* plerumque facienda 2); facta autem probatione illationis verſio omnino praeſumitur. *Integrum* etiam *eſt vxori* in Saxonia ad impetrandas quadruplicatas vſuras, *dotem* promiſſam et nondum illatam, poſt mortem mariti *cum vſuris adhuc inferre* 3). De cetero optio eidem datur vt vel dotem et donationem

nationem propter nuptias auſerre, vel dotalitium eligere queat 4); quae tamen omnia extra Saxoniam non praeſumuntur 5).

1) wernher *P. I. obſ. 341.*

2) Schaumburg P. I. p. 103. Cod. *Frid.* P. 4. t. 9. §. 78. 79.

3) Deciſ. elect. 55. sam. stryk *de iuribus viduar. nobil. in Saxon. c. 1. §. 22.*

4) Sächſ. L. O. P. 2. c. 44. ibique carpzovivs.

5) nettelblatt *c. 3. §. 37. p. 53. ſqq.*

## §. 454.

Nata inde eſt noua ICtorum pragmaticorum quaeſtio: *an dotalitium* h. e. quadruplicatae dotis vſurae, *dotem abſorbeat?* qua in re ad paroemiam: Leibgut ſchwindet Hauptgut 1) prouocatur. In Saxonia quidem res dubio non caret. Aequitati enim conſentaneum eſt, et legibus quoque ibidem firmatum, vt ſi vidua, ob praeſumendam dotis in rem mariti verſionem, quadruplicatas vſuras, loco dotalitii, perceperit, ipſa etiam dos, mortua vidua, in praediis mariti remaneat, nec ab heredibus viduae repetatur 2). Extra Saxoniam vero nec lex nec obſeruantia adeſt, qua, dotem a dotalitio abſorberi, euincatur, vt adeo ei, qui ad hanc doctrinam prouocat, merito probatio iniungatur 3).

1) HERTIVS *de paroem.* II, 17. Eiſenbarth p. 134. ſq.

2) Sächſ. L. O. P. II c. 42. CARPZOV *lib. 4. reſp. 26.*

3) SCHOEPF dec. 177. LAVTERBACH Vol. 2. conſ. 163. HARPPRECHT Reſp. 70. REINHARTH Vol. I. obſ. 40. *elem. iur. brunſu.* §. 287. Strubens Rebenſt. T. V. p. 288.

## §. 455.

Iam licet *vxor nobilis ratione dotis* illatae *hypothecam* legalem cum iure praelationis *in bonis mariti* omnino *habeat*, eademque adeo, ſi dotalitium dotem abſorbet, (§. 454.) recte eidem tribuatur: *generatim* tamen haec *hypotheca ratione dotalitii non competit* 1), niſi ſpecialis lex adſit 2) vel expreſſa hypotheca pacto nuptiali conſtituta fuerit, licet magnum ceteroquin alimentorum in iure germanico fauorem eſſe haud negauerim. In quibusdam tamen prouinciis viduae, donec plene eidem ſatisfactum fuerit, *ius retentionis* tribuitur 3).

1) MEVIVS *P. I. d. 173.* cf. tamen Barth c. 6. §. 49. 50. p. 528. ſqq.

2) Brem. Ritterr. t. 4. §. 3. not. b. p. m. 22. PVFENDORF I, 22. § 5. p 37. ſq. Iure *boruſſico* requiritur, vt haec hypotheca codicibus publicis inferatur. *Cod. Frid.* P. 4. t. 9. §. 69. p. m. 519. ſq. iunct. §. 78. p. 521. C. C. *Culmbac.* T. II. P. I. p. 215. de iure bauarico cf. Kreitmayr T. I. p. 139. ſecundum hoc et ius culmbacenſe et ſaxonicum ob donationem propter nuptias hypotheca expreſſe denegatur.

3) Säch. L. O. P. 3. c. 33. Caſſelſche Proceßordn. t. 44. p. m. 15. Idem de *Pomerania, Megapoli* et *Marchia* probat NETTELBLATT *c. 3. §. 41. p. 59. ſq.* cf. GOTH. NIC. ITTIG *de vidua, vsque dum ipſi ſatisfiat, ex mariti bonis ſuſtentanda.* Lipſ. 1698. Vit. 1748.

## §. 456.

Ratione *iuris viduae in dotalitio competentis* magnae denuo pragmaticorum diſſenſiones exſiſtunt 1). Iam ſi parata tantum pecunia vel fructus praedii, etiam feudalis, dotalitii loco conſtituantur: dubium non eſt, pleno iure eos in viduam doariam tranſire 2). Sin vero integrum praedium eo nomine adſignetur: *verior* videtur *eorum ſententia, qui ſolum vſumfructum* h. e. ius omnia emolumenta ordinaria ex fundo percipiendi, *viduae tribuunt* 3); cum particula proprietatis, vtputa pars iuris alienandi, cum dominio vtili alias coniuncta, in viduam non tranſeat. *Cautionem* tamen *non praeſtare debere videtur* 4) vidua, cum quia conſenſu agnatorum conſtitui ſolet dotalitium (§. 451.), tum quia vidua, ius reale in bonis mariti ob dotis fauorem habet, (§. 455.) atque adeo ſufficientem ſecuritatem heredibus mariti praeſtet 5). Certe in Saxonia omnes vſufructuarii ab onere ſatisdationis liberi praedicantur 6). Inde etiam quaeſtio *de dotalitio ob abuſum non tollendo* 7) omnis deciditur.

 1) ERN.

1) ERN. MART. CHLADENII diſſ. *ius viduae doariae an ſit merus vſusfructus.* Vit. 1751.

2) I. W. TRIER *de transmiſſione fructuum feudalium in heredes allodiales.* Frf. 1719. GOTH. CASP. SEGNITZ *de allodialitate fructuum feudi et de competentia iudicis ordinarii in rebus eo pertinentibus.* Alt. 1754.

3) Barth c. 6. §. 50. p. 530. ſqq.

4) DEINLEIN l. c. diſſentit Barth c. 6. §. 51. p. 532. ſq.

5) CHR. LVD. CRELLII diſſ. *actionem realem qua res immobilis petitur, ad ſubterfugiendum onus ſatisdationis actori prodeſſe* § 15. p. 24.

6) I. P. S. III, 76. 77. Sächſ. L. O. P. I. c. 5. Sächſ. P. O. t. 13. cf. C. C. *march.* II, 5. p. 146.

7) PESTEL *l. c.*

## §. 457.

*Secundis nuptiis* viduae *an dotalitium ceſſet*, quaeſtio eſt inter interpretes admodum agitata, aliis eamdem adfirmantibus, aliis autem negantibus 1). Iam ſi rem ex primaeua dotalitii indole inſpiciamus, idque ſola viduitatis alimenta, ſine reſpectu ad illationem dotis, contineat: ſecundis nuptiis omnino tollitur 2). Sin vero, vt in Saxonia, lege, obſeruantia vel pacto dotalitium in compenſationem dotis illatae praeſtetur, atque adeo dotem abſorbeat (§. 451.): ſecundis nuptiis exſtingui non poteſt, cum hoc caſu non ſimplicia viduitatis alimenta contineat, et ratio praeſtationis, prohibita nempe dotis, in rem primi mariti

mariti verſae, repetitio adhuc perduret 3). Ob *adulterium* 4) viuo marito aut intra annum luctus commiſſum ex ſententia tantum non omnium ICtorum omnino tollitur.

1) ad quam quaeſtionem ESTORIS et SENKENBERGII adlegatae commentationes conſulendae ſunt. cf. NETTELBLATT *c. 4. §. 58. p. 82.*

2) Brem. Ritterr. t. 7. §. 4. p. m. 28. Mecklenb. Aſſec. Revers a. 1621. § 28. p. m. 30. Hinterpommerſche Lehnsconſt. t. 7. §. 18. Kreitmayr T. I. p. 140. C. C. *march.* II, 1. p. 251. II, 5. p. 146.

3) Cramers Wetzl. Nebenſt. t. 9. p. 1-14.

4) I. H. BOEHMER *de priuatione dotis et ſucceſſionis teſtamentariae ex capite adulterii.* Hal. 1722. Barth c. 6. §. 79. ſq. p. 581. ſqq. PVFENDORF *obſ. III, 122. 123.*

## §. 458.

Mortua tandem in viduitate coniuge doaria, *meliorationes* fundi doarii heredibus ipſius omnino reſtituuntur. *Fructus* vero naturales, in quos impenſae a defuncta iam factae ſunt, ipſius heredibus cedunt, quod de ciuilibus quoque pro rata temporis dicendum eſſe videtur 1).

1) Barth p. 520. ſqq. HENR. CHR. SENKENBERGII proluſio *ad II. F. 28. §. his conſequenter* von Theilung der Lehensfrüchte im Sterbjahr. Goett. 1737. Churcölln. Rechtsordn. t. 8. §. 7.

# Titvlvs IV.

## De portione statvtaria vidvarvm nobilivm, cibariis ſ. Mußtheil et svpervita ſ. Eingeſchneitel.

### §. 459.

Viduae nobiles licet ob ſingularem praediorum auitorum indolem ad eorumdem ſucceſſionem admitti non poſſint: in quibusdam tamen prouinciis praeter dotalitium ipſis aliqua certe ſucceſſio competit, de qua nunc paucis exponendum.

### §. 460.

In *Saxonia electorali* 1) viduae nobili, cui dotalitium pacto nuptiali non conſtitutum eſt, ius competit, vel dotalitium et reliqua viduae nobilis ſaxonicae iura exigendi, vel *portionem ſtatutariam* viduarum ciuicarum eligendi. Conſtituto autem dotalitio, hoc repudiato ad portionem ſtatutariam prouocare non licet 2).

1) Sächſ. L. O. P. 3. c. 37. Schaumburg P. III. p. 128. ſqq.

2) carpzovivs *P. II. c. 44.* Barth c. 6. p. 66. 67. p. 563. ſqq. sam. stryk *de iure viduae nobilis Saxonicae.* Frf. 1681.

## §. 461.

Si non elegit portionem ſtatutariam, praeter dotalitium ipſa cibaria et ſuprauitam nanciſcitur. *Cibaria* ſ. Mußtheil denotant dimidiam portionem omnium rerum comeſtibilium 1) et poculentorum, quae poſt diem triceſimum a morte mariti ſuperſunt, ex iuris ſaxonici diſpoſitione 2) viduae nobili ex defuncti mariti hereditate debitam. Si intra annum et diem vidua haec cibaria non petiit, praeſcripta cenſentur 3); maritus tamen de iisdem in fraudem vxoris diſponere nullo modo poteſt.

1) Sächſiſche L. O. P. 3. c. 37. 33-36. Schaumburg P. 3. p. 128.

2) Brem. Ritterr. t. 8. §. 1. 2. p. 1. 2. p. m. 28. ſq. in terris brunſu. luneb. abrogata ſunt. mein Beweis vom Gebrauch des Sachſenr. in den B. L. Landen §. 5. idem factum in Marchia electorali. C. C. *march.* VI, 1. p. 18. 35. 48. 55. 109 159. excepta Neomarchia C. C. *march.* II, 1. p. 44. f. 5. p. 148. ſqq.

3) Barth c. 6. m. 4. p. 631. ſqq.

## §. 462.

A cibariis differt *ſuperuita* 1), ſuprauita ſ. Eingeſchneitel, qua ſignificatur complexus eduliorum et alimentorum neceſſariorum, quae praeter dotalitium, adſcripta qualitate et quantitate, ex pactis dotalibus, viduae nobili ſingulis annis in Saxonia praeſtantur. Haec qui-

dem ſuperuita pro onere allodiali, non feudali, habetur et vidua ſecundas nuptias celebrante omnino amittitur 2).

1) CHR. WILDVOGEL diſſ. *de ſuperuita* Eingeſchneidel *viduis praeſtanda*. Ien. 1713. CAR. OTTO RECHENBERGII progr. *de cibariis*. Lipſ. 1746.

2) GOTH. MASCOVIVS *in corollariis ad calcem electorum dotalium*. Goett. 1739. *n*. 1-6. Barth p. 658. ſqq.

## §. 463.

In *Holſatia* viduae nobiles iure admodum ſingulari vtuntur, quod *ius faſciae capillaris* ſ. Huvenbandsgerechtigkeit 1) adpellant. Mortuo enim marito vidua per annum et diem (quod *annum gratiae*, das Gnadenjahr, dicunt) omnes reditus omnium praediorum percipit; dimidiam pecorum, pecuniae paratae et rerum mobilium durante matrimonio adquiſitarum capit, ſimulque illata et donationem propter nuptias [Gegenvermachung und Zugabe des Mannes, ſo ihr zum Leibgeding verſchrieben iſt] pleno iure adquirit. Sin vero praedia non habeat maritus, vſurae annuae omnis pecuniae foenebris ipſi adiudicantur 2).

1) IO. LEOP. RANZOVIVS *de iure coniugum in bona; ſpeciatim de praecipuo quod viduis nobilium in ducatibus Sleſuicenſi et Holſatico ex iure faſciae capillaris competit, vulgo* von der Huvenbandsgerechtigkeit. Kiel 1714.

2) Holſt. Landger. Ordn. P. 4. t. 5. p. m. 89. ſqq.

## §. 464.

In ducatu *Megapolitano* 1) vidua nobilis dimidiam omnium bonorum mobilium partem, quae in bonis mariti poſt eius mortem, eſſe deprehenduntur 2), excepta tamen numerata pecunia [die Baarſchaft ausgeſchloſſen, welche bey des Mannes Lehnsfolgern bleiben ſoll], lucratur; quocum etiam *iura Marchiae electoralis* 3) fere conueniunt. In ducatu *Pomeraniae* 4) et *Bremenſi* 5) denique annus gratiae praeter cetera dotalitii et morgengabae lucra introductus eſt.

1) Mecklenb. P. O. p. m. 255.

2) TORNOVIVS *de feudis mecklenb. c. 3. ſ. 1. §. 40.* NETTELBLATT *de vidua nob. mecklenb. §. 5. p. 7. §. 19. ſq. p. 21. ſq.*

3) C. C. *march.* II, 5. p. 99. 125. ſq. 137. ſq. 144. ſqq. cf. KOHL *ad conſt. Ioach. I. de ſucceſſ. p. m. 201. ſqq.* HOFFMANN ad eamd. conſtit. *p. m. 32. ſqq.* in primis autem *p. 45. 46.*

4) Wollin L. A. 1569. COTHMANN *Vol. 2. reſp. 92.* KRESS *de debitis feudalib. ex feudis Pomeran. praeſtandis c. 5. §. 35.* NETTELBLATT *l. c. §. 31. p. 37.* ENGELBRECHT *delineat. ſtatus Pomeran. p. 206.*

5) Brem. Ritterr. t. 4.

## II. DE IVRIBVS MATRIMONII CONTRACTI INTER CIVES ET RVSTICOS ET SVCCESSIONE CONIVGVM.

## TITVLVS I.

### DE POTESTATE MARITALI.

### §. 465.

Feminas in plerisque Germaniae territoriis etiamnum perpetuae tutelae ſubiectas eſſe ſupra demonſtrauimus (§. 195. n. 3). Conſummato ergo matrimonio vxor in tutelam *curamque maritalem* 1) [eheliche Vormundſchaft des Mannes] tranſibat, atque adeo maritus tutor et curator vxoris legitimus 2) [Ehevogt] reputabatur.

1) ERN. TENZEL *de cura maritali.* Erf. 1720. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de marito tutore et curatore vxoris legitimo.* Hal. 1734. *T. II. operum p. 819-880.*

2) quod ex priſtina vxorum emtione deriuandum eſſe putant viri docti. AYRER *de iure connub. ap. Germ. ſ. 1. §. 13. p. 50. ſqq.*

### §. 466.

*Effectus poteſtatis maritalis* vel perſonam vel bona vxoris concernunt. In *perſonam* vxoris marito omnino competit imperium, quod principiis iuris naturalis exacte reſpondet 1). Quod autem ad *bona vxoris* 2) attinet,

net, iure quidem ſaxonico 3) maritus vi poteſtatis maritalis eadem vniuerſa adminiſtrat, quod extra Saxoniam non dicendum 4), niſi quod ad contractum vel teſtamentum condendum mariti conſenſus alicubi requiratur 5). In *cauſſis iudicialibus* denique maritus vi huius poteſtatis nomine vxoris agit, nec ſpeciali mandato opus habet 6).

1) IO. STRAVCH *de iure maritorum in vxores resque vxores.* Ien. 1671. *ſ. 3.* § 2. *ſqq.* IO. CHR. KOENIGK *de officio mariti erga ſuam vxorem.* Lipſ. 1693. *c. 3.* §. 2. *ſqq.*

2) SAM. STRYK *de iure mariti in bona vxoris.* IDEM *de iure vxoris in bona mariti.*

3) I. P. S. I, 31. Sächſ. L. O. P. II. C. 15. ibique CARPZOVIVS, HEINECCIVS *c. 2.* §. *23.* GAERTNERI diſſ. *iure germ. inter dotem et paraphern. non diſtingue* §. *6.* Würtemb. L. R. P. 1. t. 16. *hamb.* III, 6, 9.

4) ius *lub.* II, 1, 14. *hamb.* II, 8, 1. III, 11, 14.

5) HEINECCIVS *c. 2.* §. *24.*

6) PVFENDORF I, 12. III, 180.

## §. 467.

Haec quidem de maritali poteſtate doctrina olim vniuerſali Germaniae iure celebrabatur, et ſi imperium mariti in perſonam vxoris ſpectaueris, hodiedum indelibata permanſit. Ratione adminiſtrationis bonorum autem poteſtas maritalis, introducto iure peregrino, in plurimis territoriis euanuit, vt qui

hodie

hodie ad eamdem prouocet, probationem conſeruati iuris maritalis ex legibus vel obſeruantia facere obligetur 1).

1) STRYK in *vſu mod. Pand. III, 1, 5.* MEVIVS *P. 4. d. 99.* HEINECCIVS *c. 2. §. 19.*

## Titvlvs II.

### DE IVRIBVS ET SVCCESSIONE CONIVGVM EX COMMVNIONE BONORVM VNIVERSALI.

### §. 468.

Cum iura et obligationes coniugum pendente matrimonio admodum varient, prout inter eos communio bonorum 1) ſiue vniuerſalis ſiue particularis inita fuerit, vel non: de vtraque quidem iurium coniugalium forma ſigillatim exponemus.

1) NIC. HENEL *de communione bonorum inter coniuges.* Frf. 1660. IO. FRID. ZWEIFEL *de periculo rerum in ſocietatem coniugalem illatarum.* Tub. 1669. IO. EICHEL *de communione bonorum inter coniuges.* Helmſt. 1669. ABR. A WESEL *de connubiali bonorum ſocietate et pactis dotalibus.* Amſt. 1674. Colon. 1720. IO. HEESER *de bonorum in primis acquaeſtuum coniugalium communione ac diuiſione.* Frf. 1678. HENR. THEOD. KOCH *de perutili tam conuentionalis quam connubialis ſocietatis materia.* Duisb. 1679. BARTH. LEONH. SCHWENDENDÖRFER *de communione bonorum coniugali.* Lipſ. 1688. FERD. CHR. HARPPRECHT *de communione*

*nione lucrorum coniugalium inter coniuges ſeparatos.* Tub. 1697. IO. BÜTTNER *de prutenica bonorum inter coniuges ſocietate.* Regiom. 1700. FRANC. ERN. VOGT *de communione bonorum inter coniuges eiusque effectu.* Kil. 1722. CHR. GOTH. HOFFMANN *de communionis bonorum coniugalium natura atque principiis* Frf 1730. AMAND. CHR. DORNII progr. *quaenam ſit ratio, vt communio aeris alieni inter coniuges exiſtat, ſi matrimonium prole ditatum, nulla, ſi ſit improle.* Kil. 1738. IO. MAVR. WEYER *de communione bonorum inter coniuges eorumquue diuiſione inter liberos demortui coniugis et ſuperſtitem parentem.* Lemg. 1739. GE. LVD. BOEHMER *de iuribus et obligationibus coniugis ſuperſtitis ex communione bonorum vniuerſali.* Goett. 1748. IAC. HENR. BALEKE *nonnulla quaedam de communione bonorum a coniuge ſuperſtite cum liberis continuata.* Roſt. 1752. von Cramer Wetzlar. Nebenſt. P. 21. p. 62. ſqq.

## §. 469.

*Communio* ergo *bonorum connubialis* 1) eſt condominium vtrique coniugi in alterius bonis pro indiuiſo competens, quod condominium ſi ad vniuerſa vtriusque coniugis bona porrigitur, *communio bonorum vniuerſalis* 2); ſi non ad omnia bona pertinet, *communio particularis* adpellatur, eaque denuo vel determinatam bonorum partem, vel ea quae pendente matrimonio communi vtriusque coniugis induſtria ex omnibus bonis adquiſita ſunt, complectitur quod *adquaeſtum coniugalem* [die eheliche Errungenſchaft] vocant.

1) HOFFMANN l. c. §. 1. GE. LVD. BOEHMER §. 3.

2)

2) communio bonorum vniuerſalis his potiſſimum legibus comprobatur: Hohenl. L. R. P. I. t. 4. C. C. *Culmb.* T. I. P I. p. 203. ſqq. in ducatu *guelpherbytano* conſt. d. 26. Aug. 1689. ENGELBRECHT *collat. iur. comm. et brunſu. c. 10. §. 4.* Heinrichſtädt. ſtat. p. 104. de comitatu *hoyenſi* PVFENDORF obſ. II, 65. §. 2. 3. III, 25. et *diepholtano.* MASCOVII *notit. p 36.* cf. etiam *elem. iur. brunſu. §. 274. ſqq.* de epiſcopatu *bambergenſi* VERACII *conſuet. bamb. P. 2 q. 1. ſqq.* et LVDOLF P. II. obſ. 171. de *fuldenſi* LVDOLFI *collect. ſtatut. p. 612.* In *marchia electorali* ſucceſſio coniugum eadem, quae ex communione vniuerſali, de ipſa tamen communione dubitatur. HOFFMANN ad *conſtit. Ioach. I. de ſucceſſ. p. 22. ſqq.* de ducatu *cliuenſi* et comitatu *marcano* LVDEWIG *de ſucceſſ. coniug. et diſſort. lib. c. 5. §. 3.* ſtat. *brem.* P. 3. t. 3. §. 1. CASP. A RHEDEN *de ſucceſſ. coniug. ſec. ſtat. brem.* ſtat. *mindenſ.* lib. I. t. 13. a. 6. H. E. KESTNER *de communione bonor. inter coniuges mindenſ.* ſtat. *hamb.* P 3. t. 3. § 3. ſqq. BROCKES et ELERS in diſſ. *de comm. bonor. inter coniuges hamb.* ſtat. *lubec.* lib. I. t. 5. a. 5. lib. II. t. 2. a. 12. ſqq. ibique MEVIVS et STEINIVS, et CONR. FRID. ZERRANVS *de comm. bon. inter coniuges ſecund. ius lubec* et MANZEL *de vidua vel vxore lubec. per ceſſionem illatorum ſe ſuaque futura bona ſaluante.* de *Suſato* vid. EMMINGHAVS *memorab. ſuſat. p 247.* Hildesh. G. O. de 1649. tit. wie Eheleute einander ohne Teſtam. erben et BOEHMER l. c. §. 7. de *auguſta vindel.* FRIESE *de ſucc. coniug. ſec. mor. auguſtan* Mühlhäuſ. ſtat. lib. 4. a. 20. §. 1. ſtat. *noric.* t. 28. SCHVCHARDT *de ſucceſſ. coniug. ex commun. bon. vniu. norica.* Ulm. Stadtr. P. I. t. 2. ENGAVII progr. *de bonorum inter coniug. Vlmenſ. commun.* Schweinf. Stadtr. ſ. 4. t. 54. Lüneb. Stadtr. P. II. t. 1. Roſtock. Stadtr. lib. I. t. 5. p. 21. ſqq. Bentheimer Gerichts- und Landsordn. d. 1691. P. 4. t. 2. Münſterſche L. O. c. 5. Würzb. Landgerichtsordn. P. 3. t. 104.

t. 104. de epiſcopatu *paderbornenſi* cf. KOTHE *de commun. bonor. inter coniug. Paderb.* Nördling. Stadtr. P. 2. t. 7.

## §. 470.

Si coniuges in prouinciis et vrbibus, vbi communio bonorum vniuerſalis obtinet, matrimonium ſine pactis nuptialibus inierunt: communioni bonorum ſe ſubieciſſe praeſumuntur, eaque tum vocatur *legalis* 1); ſin vero in prouincia aliqua vel plane non obtinet, vel coniuges eamdem alia ratione, quam legibus conſtituta eſt 2), determinauerint: *pactitia* ſ. *conuentionalis* 3) adpellatur (§. 55).

1) FRID. WILH. PESTEL *de ſucceſſ. inter coniuges ab inteſtato ſ. 1. §. 5. p. 17. 18.* iure *roſtochienſi* pactum communionis excluſiuum non valet, niſi praeuia cognitione a ſenatu confirmatum fuerit cf. etiam LEYSER *ſp. 318. m. 4.*

2) ſingulare huius rei exemplum praebet ius hohenlohicum marito, niſi aliud conuentum, duas tertias, feminae vnam tribuens. Naſſ. L. O. P. 4. c. 8. §. 2. p. 137. Bilderbeck praefat. ad ſtat. cellenſ. p. 26. ſq.

3) alibi *mixta*, indulto anno deliberationis. VERACIVS II, 8. Nördling. Stadtr. P. 3. t. 7. LVDOLF P. 2. obſ. 173.

## §. 471.

Communionem bonorum vniuerſalem leges antiquae Germanorum prorſus ignorant 1), quae feminas ab omni fere ſucceſſio-

ne

ne excludebant. Vrbibus exſtructis commercii ciuici cauſſa potiſſimum frequentari coepit, et etiamnum *inter ciues praeſertim obtinet* 2). *Inter nobiles* enim ob feudorum et praediorum auitorum rationem *locum non habet; neque inter ruſticos magnus eiusdem vſus eſt* ob reſtrictas dominii et ſucceſſionis rationes, quas inter ruſticos locum habere ſupra demonſtrauimus (§. 362. ſqq).

1) POLACK *lib. I. c. 9. §. 9. p. 37.* BOEHMER *§. 6. p. 9. ſq.*

2) REINHARTH *ad Chriſt. I, 64. p. 116. ſqq.*

## §. 472.

*Effectus communionis bonorum vniuerſalis* perquam magni cum durante matrimonio, tum ſi morte vnius coniugius matrimonium illud diſſoluatur. Primarius effectus in eo exſiſtit, vt ex vniuerſali condominio omnium bonorum etiam alibi ſitorum (§. 56) vtrique coniugi poſt conſcenſionem thori (§. 435.) competente, omnimoda *bonorum maritalium et vxoriorum confuſio* oriatur, adeoque *iura dotis, paraphernalium* et quae alias *de diſcrimine bonorum vxoriorum* iure Romano ſanciuntur, *omnino ceſſent* 1), neque adeo inuentario aut iurata ſpecificatione opus ſit. *Aes alienum*, etiamſi ante matrimonium contractum, *commune eſt* 2), niſi alteruter coniux ante matrimonium doloſe illud celauerit. Neuter coniugum

iugum denique virtute condominii alteri competentis de bonis ſolus diſponere poteſt 3).

1) hinc ſi in hiſce ſtatutis *dotis* fit mentio, ſemper illata muliebria ſignificantur v. c. in iure lubecenſi, hamburgenſi aliis vid. e. g. Roſtock. Stadtr. P. I. t. 5. §. 1. cf. etiam GAERTNER l. c.

2) hinc paroemia: die dem Manne trauet, trauet auch den Schulden. Eiſenhart p. 120. WOLFG. AD. LAVTERBACH *de aere alieno in ſocietate coniugali contracto ſoluendo.* IO. BRANDAN. ENGELBRECHT *de mutuo coniugum concurſu ad ſoluendum ante nuptias conflatum aes alienum.* IVST. HENN. BOEHMER *de aeris alieni inter coniuges hamburgenſes communione* T. IV. *exerc. ad Pand. p.* 590. *ſqq.* ENGELBRECHT *obſ.* 8. *p* 75. *ſqq.*

3) IAC. CAR. SPENER *de vſuſructu maritali* §. 133.

## §. 473.

Mortuo alterutro coniuge diſtinguendum eſt, vtrum liberi ex priore matrimonio relicti fuerint vel non. Si liberi non adſunt, coniux ſuperſtes in vniuerſa iura et obligationes defuncti ſuccedit, atque adeo omnia bona defuncti ſibi habet 1), quod indicant paroemiae: Hut bey Schleyer und Schleyer bey Hut 2); längſt Leib, längſt Gut 3); der letzte macht die Thür zu 4); Leib an Leib, Gut an Gut 5); et quae ſunt huius generis aliae. Solitarium hoc dominium coniugis ſuperſtitis ita comparatum eſt, vt adſcendentes 6) etiam (§. 428.) et collaterales 7) ex-

cludantur, niſi contrarium legibus caueatur 8).

1) boehmer *l. c.* §. *14. p. 23.*

2) io. ge. wernher *de pactis dotalibus ſub formula* Hut bey Schleyer und Schleyer bey Hut. Marp. 1716. 1742. diet. herm. kemmerich progr. *de eod. argum.* Ien. 1739.

3) io. zach. hartmanni diſſ. *de efficientia clauſulae* längſt Leib, längſt Gut. gotf. mascovii proluſio *de paroemia:* längſt Leib, längſt Gut.

4) Knorrens Anmerkungen p. 83-125.

5) hertivs I, 68. 69. pvfendorf *obſ. II, 65 III, 25. 118.* Eiſenharth p. 127. ſqq.

6) io. andr. benz *de legitima parentum ob communionem bonorum in foro Zittauienſi exule* §. *5. 6.*

7) strvbe *de iure villicor. c. 8. p. 306. 311.* boehmer §. *16. p. 28 ſqq.*

8) bilderbeck ad ius ſtat. cellenſ. p. 45.

## §. 474.

Si tamen liberi ex matrimonio adſint, hi in locum defuncti ſuccedunt, eiusque iura nanciſcuntur, vt tamen ſuperſtes ſolus adminiſtrationem in ſe ſuſcipiat 1), et de bonis etiam conſenſu curatoris liberis dati diſponat 2), quod tamen ius cum onere alendi et educandi liberos coniunctum 3).

1) weyer P. II. ſ. 5. §. 2.

2) heineccivs *de vſufructu materno iuris germ.* §. *26. ſqq.* car. ad. bravn *de vſusfructus parentum in bonis liberorum tam de iure R. quam germ.*

genuino

*genuino fundamento* Erl. 1743. CAR. HOFFMANN *de vſufructu parentum ſtatutario, praeſertim norico.* Alt 1751.

3) BOEHMER §. *17. p. 32* .

## §. 475.

Facta haec communionis bonorum continuatio liberis ad diuiſionem prouocandi ius omnino adimit 1), modo ſuperſtes educationi liberorum inuigilet 2), neque etiam ad ſecunda vota tranſeat 3). Obligatur tamen coniux ſuperſtes vi communionis ad aes alienum defuncti coniugis ſoluendum 4), quam in rem quaedam ſtatuta ipſi flebile ceſſionis bonorum beneficium tribuunt 5). Ceterum continuata etiam communione bonorum ſuperſtes ab onere cautionis praeſtandae et inuentarii conficiendi virtute condominii omnino immunis eſt 6).

1) BOEHMER §. *17.*

2) BOEHMER §. *21.* HEINECCIVS *l. c.* §. *39.*

3) BOEHMER §. *27.*

4) BOEHMER §. 20.

5) v. c. iure *lubecenſi* et *hildeſienſi* et *nordlingenſi* cf. MANZELII diſſ. *de vidua vel vxore lubec. per ceſſionem illatorum ſe ſuaque bona futura ſaluante.*

6) BOEHMER §. *26.* PVFENDORF *T. I. obſ. 86.* §. *8.* ſed quid, ſi coniux ſuperſtes tutor liberis conſtituatur? equidem nec hoc caſu cautionem et in-

uentarii confectionem neceſſariam putauerim, cum R. I. 1548. t. 31. §. 2. 1577. t. 32. §. 2. huc non pertineant.

# Titvlvs III.

## De ivribvs et svccessione conivgvm ex commvnione bonorvm particvlari.

### §. 476.

Communio bonorum particularis ſi determinatam tantum bonorum partem complectatur, (§. 466.) eodem fere iure cum vniuerſali cenſetur. Plerumque autem ſignificat *communionem adquaeſtus coniugalis* 1), quo nomine complexus omnium rerum, quas coniuges durante matrimonio comparauerunt, quae quia communi induſtria comparatae eſſe cenſentur, vtrique etiam coniugi communes eſſe iubentur 2).

1) franc. frid. würz *de bonis coniugum et illatis et durante matrimonio quaeſitis.* Arg. 1680. petr. müller *de bonis conſtante matrimonio adquiſitis.* Ien. 1686. nic. chr. lynker *de acquaeſtu coniugali* Ien. 1695. et in senkenbergii *ſelectis T. III. p. 421. ſqq* ferd. chr. harpprecht *de renunciatione acquaeſtus coniugalis.* Tub 1699. 1711. tob. iac. reinharth *de dimidio acquaeſtus coniugalis vxoribus ſmalcaldenſibus competente.* Erf. 1727. chr. goth. weidlich *de acquaeſtu vxorum.* Lipſ. 1741. gottl. erhart *de iure mariti in acquaeſtum*

*quaeſtum vxoris per operas artificiales.* Alt. 1742. IO GOTTL. SCHROENER *de ſucceſſione coniugum in bonis conſtante matrimonio adquiſitis.* Hal. 4.

2) communionem adquaeſtus coniugalis probant haec iura: Maynz. L. R. t. 3. §. 1. Churcölln. Rechtsordnung t. 8. §. 3. ſqq. Trier. Landr. t. 6. §. 8. WILMART diſſ. *de nat. ſociet. et ſtat. coniug. ſecund. princ. iur. elect. treuir.* Pfälz. L. R. P. 4. t. 7. Kreitmayr ad ius bau. T. I. p. 144. Baden. L. R. P. 6. t. 5. p. 274. Würtemb. L. R. P. 3. t. 16. Gerſtlacher lib. I. §. 108. p. 199. ſqq. Solm. L. R. P. 2. t. 28. Naſſ. L. O. p. 140. ref. *francof.* P. 5. t. 5. ſtatuta *memmingenſ.* ENGAV *de communione bonorum inter coniuges memming.* Ien. 1751. de ducatibus *iuliae, montium* et *cliuenſi* LVDOLF *P. 2. obſ. 232.* I. I. FRANKE *quatenus vxores in Haſſia ſec. §. 38-40. ord. proc. de 1745. dimidiam adquaeſtus lucrentur?* Marp. 1747.

## §. 477.

Adquaeſtus autem nomine ea omnia tantum intelliguntur, quae alterutrius vel vtriusque coniugis induſtria pendente matrimonio comparata ſunt. Hinc quae ad alterutrum coniugem ſucceſſione teſtamentaria vel ab inteſtato deuoluuntur, aut donationis lege ad eum peruenerunt, adquaeſtus nomine non habentur. Quae ab vno coniuge ſingulari induſtria v. c. mercatura aliisque artibus liberalibus vel illiberalibus adquiruntur, ad adquaeſtum referri omnino debent niſi lege excipiantur 1), cum alter eaſdem re et conſilio tantum non ſemper iuuare debeat ſoleatque 2).

 1)

1) e. g. ref. *francoſ.* P. 5. t 5 §. 5. Naſſ. L. O. p. 140.
2) Erhakt *l. c.* §. 4. *ſqq.*

## §. 478.

Mortuo vno coniuge cum communio adquaeſtus, ſoluto matrimonio, locum non amplius inueniat, de eodem vel toto vel ex parte in ſuperſtitem coniugem transferendo leges cauent. Hinc ante omnia inuentarium confici oportet, vt eo facilius de adquaeſtu iudicium ferri queat. Iam, plerumque coniugi ſuperſtiti omnis adquaeſtus, vel ſi liberi adſint, certe dimidia eius iure dominii, dimidia vero iure vſusfructus adſignatur 1); alibi tamen viduo duae tertiae 2), viduae vna tantum tribuuntur.

1) Churcölln. R. O. t. 8. §. 3. ſq. Naſſ. L. O. p. 157. ſq. Würtemb. L. O. P. 4. t. 16. p. 325. Ditmarſ. L. R. a. 34. §. 3. 4. 5. Trier. L. R. t. 6. §. 6. ſq. p. 47. Solm. L. R. P. 2. t. 28 §. 2. 3. Wetzlar. Reform. p. m. 16. ſqq. ref. *francoſ* P. 5. t. 4. 5. Orth T. III. p. 552. ſqq. Jülich und Berg. R. O. c. 95. p. 88. Kreitmayr ad ius bau. T. I. p. 167. ſq.
2) Baden. L. R. P. 6. t. 5. Pfälz. L. R. P. 4. t. 12. 13. Maynz. L. R. t. 3. §. 1.

Titv-

# Titvlvs IV.

## DE RELIQVA CONIVGVM SVCCESSIONE ET PORTIONE STATVTARIA.

### §. 479.

Vidimus hactenus, quid in caſu communionis bonorum vniuerſalis et particularis durante et diſſoluto matrimonio obtineat. Iam ſi nec pactis dotalibus iura coniugalia determinata fuerint, iura durantis matrimonii plerumque ex iure Romano omnia diſcutiuntur. Hinc diſcrimen bonorum vxoriorum 1), *dotis* 2) praeſertim *et paraphernalium* 3) omnino in Germania locum habet, niſi maritus vi poteſtatis maritalis omnia vxoris bona adminiſtret (§ 466.) vel communio bonorum vniuerſalis, eiusmodi diſcrimen haud admittens, obtineat (§. 472.).

1) IO. HENR. BERGER *de diſcrimine bonorum vxoriorum.* Viteb. 1709. LEYSER ſp. 302.

2) In Saxonia tamen vxor intuitu dotis hypothecam tacitam non habet, ſed expreſſa hypotheca ſpeciali opus eſt. Sächſ. P. O. t. 45 §. 4. cf. etiam Cod. *Frideric.* P. IV. t. 9. §. 68. 69.

3) IO. HIPPOL. EISENMENGER *de bonis paraphernalibus.* Arg. 1640. VLR. WILH. BREITSCHWERT *de bonis paraphernalibus.* Baſ. 1658. ARN. HENR. ENGELBRECHT *de iure paraphernorum.* Gieſſ. 1669. IO. HENR. HARTENSTEIN *de bonis paraphernalibus.* Arg. 1669. HENR. BALTH. ROTH *de paraphernalibus vxorum.* Ien. 1673. IEREM. SEITZ *de bonis paraphernalibus.* Alt. 1685. CAR.

WILH. GAERTNER *iure germanico inter dotem et bona paraphernalia non diſtingui.* Lipſ. 1729. IER. EBERH. LINK *de paraphernis.* Arg. 1730. FRID. LEBR. STOLZE *de mariti in bonis paraphernalibus vxoris ſibi competentis vſusfructus renunciatione qualitati paraphernali non nocua.* Lipſ. 1733.

## §. 480.

Quod autem ad *ſucceſſionem coniugum* 1), communione bonorum vniuerſali non obtinente, nec pactis dotalibus eamdem determinantibus attinet: iura quidem germanica a Romano, quod coniugibus parum proſpicit, maxime differunt. Scilicet aequiſſimum eſſe putauerunt legislatores Germani, in ſolatium orbitatis et remunerationem fidelis amicitiae coniugalis et bonorum malorumque conſortium, aliquam partem ex hereditate defuncti ad ſuperſtitem deferri, quam *portionem ſtatutariam* 2) dixerunt h. e. portionem hereditatis ex bonis defuncti coniugis ſuperſtiti lege debitam 3).

1) AVGVST. STRAVCH *de ſucceſſione coniugum.* Vit. 1645. ANDR. KOHL *de ſucceſſione coniugum et pactis dotalibus.* Lipſ. 1650. 1671. Frf. 1731. MART. SCHATTEMANN *de ſucceſſione coniugum.* Spir. 1660. ERN. FRID. SCHRÖTER *de ſucceſſione coniugum ab inteſtato.* Ien. 1674. H. LINK *de ſucceſſione coniugum ab inteſtato ex diuino et humano iure deducta.* Alt. 1686. AB P. IMHOF *de ſucceſſione coniugum ex pacto.* Baſ. 1693. AVG. FRID. FLEISCHHAVER *de cauſſis, quibus coniugis ſucceſſio amittitur.* Erf. 1695. IAC. FRID. LVDOVICI

*de ſucceſſione coniugis deſerentis.* Hal. 1713. IO. PETR. DE LVDEWIG *de diff. iur. Rom. et germ. in ſucceſſione coniugum.* Hal. 1714. IMM. WEBER *de ſucceſſione ſuperſtitis coniugis pauperis.* Gieſſ. 1718. IO. PAVLL. KRESS *de aequitate ſucceſſionis coniugum.* Helmſt. 1719. FRID. WILH. PESTEL *diſquiſ. iur. germ. de ſucceſſione inter coniuges ab inteſtato.* Rint. 1745.

e) BVRC. BARDILI *de portione ſtatutaria coniugum.* Tub. 167 . IO. CHR SCHACHER *de portione ſtatutaria, quatenus illi praeiudicium inferri poſſit a coniugibus.* Lipſ. 1692. I. C. SCHROETER *de portione coniugum ſtatutaria.* Ien. 1712. IO. PHIL. STREIT *an vidua, cui ſtatuto locali ex ſuis et defuncti mariti bonis certa portio tribuitur, hanc poſſit repudiare, et illata repetere.* Erf 1716. IO. CASP. SCHVMANN *de ſucceſſione coniugum ſecundum ſtatuta ſ. de coniugum portione ſtatutaria generaliter conſiderata.* Erf. 1724. ABR. KAESTNERI progr. *an vxor, quae conſentit marito teſtanti, portioni ſtatutariae ſine curatore renuntiare poſſit.* Lipſ 1725. IO. CHR. SCHROETER *de praerogatiua portionis ſtatutariae prae legitima eiusque computatione ex bonis feudalibus nouiter adquiſitis.* Ien 1725. CAR. OTTO RECHENBERGII progr. *vtrum coniugis portio ſtatutaria ſecundum ſtatuta loci, in quo defunctus domicilium habuit, an ad leges territorii, in quo ſita ſunt bona immobilia, horum intuitu aeſtimanda ſit.* Lipſ. 1740. GEBH. CHR. BASTINELLERI progr. *ſingularia de portione ſtatutaria exhibens.* Vit. 1740. IO. FLOR. RIVINI progr. *an vidua portionem ſtatutariam petens a liberis collationem quoad ea, quae a patre dotis vel ſubſidii paterni vel alio nomine acceperunt, vrgere poſſit.* Lipſ. 1741. CHR. LVD. CRELL *portionem ſtatutariam marito ab vxore bona mente adimi poſſe ad Conſt. El. Sax. P. 3. C. 7.* Vit. 1743. IO. SAM. FRID. BOEHMER *de ratione decidendi controuerſias circa portionem ſtatutariam coniugum.*

*gum.* Hal. 1749. GE. HENR. AYRERI progr. *de portione ſtatutaria poenis ſecundarum nuptiarum haud obnoxia.* Goett. 1756. CAR. FRID. WALCH *de renunciatione tacita portionis ſtatutariae.* Ien. 1760.

3) ſi ergo coniux ſuperſtes *ex communione bonorum vniuerſali* omnem defuncti ſubſtantiam capit, haec ſucceſſio *improprie portio ſtatutaria* adpellatur, quod v. c. contra eos notandum, qui de portione ſtatutaria lubecenſi, hamburgenſi cet. ſcripſerunt; cum proprie loquendo hoc caſu ne vera quidem ſucceſſio adſit, ſed iure condominii portio defuncti portioni ſuperſtitis coniungatur. *Nec portio ſtatutaria pro compenſatione adquaeſtus coniugalis haberi debet*, cum praeter eum conſtituatur.

## §. 481.

In definienda *portionis ſtatutariae quantitate* leges admodum variant. Aliae enim ſolidam ſucceſſionem 1) defuncti tribuunt ſuperſtiti; aliae dimidiam 2) partem omnium bonorum. Plerumque res mobiles vel omnes vel ex parte, et reliquae hereditatis *vſusfructus*, [Beyſitz, Leibzucht] 3) aut portio, quam vocant, filialis [Kindstheil] ſuperſtiti adſignantur, qua tamen in re mire variant ſtatuta, prout liberi ex matrimonio relicti fuerint, vel non 4), quibus plerumque ita proſpiciunt leges, vt ſuperſtes quidem partem ſtatutariam ſibi habeat, et liberorum etiam portione vtatur fruatur, proprietate tamen liberis reſeruata et ſuperſtes quoque ad alendos liberos obligetur 5).

1)

1) Erfurt. Ordn. p. 167. ſqq. Idem ſancit Schaumb. P. O. c. 14 p. 149. ſi matrimonium poſt annum a conſummatione diſſoluatur. PESTEL *c. 2. p. 90. ſqq.*

2) Corp. iur. *Frideric.* P. I. lib. 2. t. 4. a. 8. §. 14. et conſt. Ioach. I. de ſucceſſ. **Würtemb.** L. R. P. 4. t. 6. p. 446.

3) WILH. KLOTZ *de vſufructu coniugum ſtatutario cumprimis francofurtenſi* Gieſſ. 1708. IO. FRID. WAHL *de vſufructu coniugum pactitio.* Goett. 1755. LVDOLF P. II. obſ. 190. **Orth** T. I. p. 538. ſqq. III. p. 552. ſqq. **Steins** Abhandl. des Lüb. Rechts P. I. §. 114. 148. ſq.

4) **Churcölln.** R. O. t. 8. §. 3. **Naſſ.** L. O. p. 137. ſq. **Dithmarſ.** L. R. a. 34. §. 3. 4. 5. **Trier** L. R. t. 6. §. 6. p. 47. **Mecklenb.** B. O. p. m. 254. **Solm** L. R. P. 2. t. 28. §. 23. **Wetzlar.** Reform. p. m. 16. ſqq. **Sächſ.** L. O. P. 3. c. 20. 22. **Schaumb.** P. 3. p. 127. ſqq. Q. SEPT. FLOR. RIVINVS *de marito herede mobiliari vxoris ſecundum iura ſaxonica.* Lipſ. 1677. GOTH. BARTH *de marito vſufructuario ſaxonico; in Vol. diſſ. p. 313. ſqq.* CHR. GOTTL. A TOLL *an maritus nobilis ſit heres vxoris mobiliaris in Sileſia.* Francof. 1736. Ref. *francof.* P. 5 t. 4. 5. **Jülich und Berg.** R. O. c. 95. p. 88. **Baden** L. R. P. 6. t. 5. 11. **Kreitmayr** ad ius bau. T. I. p. 169. ſqq. **Pfälz.** L. R. P. 4. t. 12. 13. et reſcr. d. d. **Manheim.** d. 9. Iul. 1742.

5) ius commune ſequitur **Böhmiſche** L. O. O. 49. p. 383.

## §. 482.

Iam quum haec ipſa *portio ſtatutaria* ex legis beneficio debeatur, ſequitur, eam, *inuito* altero *coniuge teſtamento* aut alia vltima voluntate

luntate *nec imminui poſſe nec adimi* 1). *Renunciari* tamen *poteſt portioni ſtatutariae* 2), ſi coniux ſuperſtes vel expreſſe declaret; ſe eadem non eſſe vſurum, et illata recipiat, vel ſi pacta nuptialia ſucceſſionem determinantia adſint, quo caſu ſuperſtiti optio inter conuentionalem et ſtatutariam portionem non permittenda eſt.

1) PESTEL *c. I.* §. *28. ſqq.*

2) WALCH *l. c.* vid. tu. SIM. PETR. GASSER *de lucro dotis marito in pactis dotalibus conceſſo portionem ſtatutariam non excludente.* Hal. 1740.

## TITVLVS V.

### DE SECVNDIS NVPTIIS, ANNO LVCTVS ET VNIONE PROLIVM.

### §. 483.

Hactenus iura circa matrimonium tam conſummandum, quam rite contractum inter nobiles, ciues et ruſticos, ex legibus et vſu Germaniae obtinentia quantum ſatis eſt, deduximus. Reſtat, vt quid de *ſecundis* coniugis ſuperſtitis *nuptiis* 1) in Germania ſancitum ſit, exponamus.

1) CHR. PREIBISIVS *de poenis ſecundarum nuptiarum.* Lipſ. 1626. ARN. RATH *de ſecundis nuptiis.* Ingolſt. 1658. CASP. ZIEGLER *de ſecundis nuptiis.* Vit. 1668. PETR. MÜLLER *de odio ſecundarum nuptiarum.* Ien. 1679. IO. BERNH. FRIESE *de ſecundis*

*dis nuptiis.* Ien 1700. ADOLPH. CAR. BVRCKARD *de poenis ſecundarum nuptiarum.* Marp. 1717. IVST. HENN. BOEHMER *de ſecundis nuptiis illuſtrium perſonarum.* Hal. 1723. CONR. PHIL. HOFFMANN *de nuptiarum ſecundarum temporibus.* Regiom. 1725. FRID. AD. A SEGNITZ *de ſecundis nuptiis.* Gieſſ. 1734. CAR OTTO RECHENBERGII progr. *de poenis ſecundarum nuptiarum.* Lipſ. 1739. CAR. GOTTL. KNORRE *de iure coniugis nuptias iterantis in bonis propriis et a priori coniuge quaeſitis.* Hal. rec. 1756. IO. GOTTL. DE HACKEMANN *de ſecundis nuptiis parti nocenti ſoluto ob adulterium matrimonio ſemper concedendis.* Frf. 1742. IO. IAC. HELFERICH *ſanctio iur. ciu. Rom. de ſecundis nuptiis, et in his praeſertim L. 6. C. de ſec. nupt. collata cum ſtatuto S. R. I. liberae et immediatae reip. Sueuo-Hallenſis quoad caſus quosdam ſpecialiores.* Tub. 1745. RVD. CHR. HENNE *de coniuge binubi ex bonis huius non plus capiente, quam aliquis liberorum prioris matrimonii minimam portionem accipiens.* Erf. 1746. EBERH. ANDR. ALSSEN *de eo quod hodie iuris eſt circa poenas ſecundis nuptiis ſcriptas.* Goett. 1751. LVD. ANT. MENAE diſſ. *de poenis L. 1. C. de ſec. nupt. in feſtinatas viduarum nuptias ſtatutis.* Arg. 1752. IO. PETR. STVPFEL *de ſecundis nuptiis intra annum luctus contractis.* Arg. 1754. IO. MART. SILBERRAD *de poenis ſecundarum nuptiarum in territoriis I. R. G. Auguſtanae Confeſſionis parum vſitatis.* Arg. 1757. IO. SAM. FRID. BOEHMER *de poenis ſecundarum nuptiarum ſpuriis et genuinis.* Frf. 1758. IO. BERNH. HOFFER *de L. 6. C. de ſec. nupt. ad mores Germanorum caute adplicanda.* Alt. 1759.

## §. 484.

Ad euitandam ſanguinis confuſionem et decori cauſſa legibus Germaniae quampluri-

mis cautum eſt, ne vidui viduaeque intra *tempus luctus* 1) legibus praefinitum ad ſecundas nuptias prouolent, niſi diſpenſatione ideo impetrata; quem in finem alibi integer annus 2), alibi nouem 3), alibi ſex 4), alibi tres 5) tantum menſes praefiguntur; viduo tamen plerumque breuius temporis ſpatium praeſcribitur. Poena tamen infamiae viduae intra annum luctus renubenti praeſtituta ob auctoritatem iuris canonici merito abrogata eſt 6).

1) BERNH. LVD. MOLLENBECK *de anno luctus* Gieſſ. 1687. GE. BEYER *de concubitu intra annum luctus* in *volum. diſſ. p. 67. ſqq.* NIC. GRANDJEAN *de anno luctus.* Arg. 1719. FRANC. LVD. RICH. EVSEB. MÜLLER *de anno luctus.* Arg. 1743.

2) Churſächſ. Eheordn. d. 1626. t. 5. p. m. 112. ſq. ibique KAESTNERVS. Gothaiſche L. O. P. I. c. 8. t. 4. Magdeb. K. O. c. 10. §. 9. Coburgiſche K. O. p. 355.

3) Zweybrück. Eheordn. t. 5. §. welcher Frauen. ſtat. *mulhuſ.* lib. 3. a. 5. Schweinf P. O. t. 5. §. 7. Anhalt. L. O. t. 6. § über dieſes ſollen. Fränk. L. G. O. t. 107.

4) Baden. L. R. P. 3. t. 14. Hohenl. P. I. t. 5. Naſſ. L. O. p. 159. Corp. iur. *Frider.* I, 2, 2. §. 9. p. m. 48. C. C. *Cal.* c. 1. p. 932. Woltereck p. 301. MASCOVII *notitia p. 119.*

5) Nürnb. Ref. t. 28. a. 19.

6) BRVNNEMANNI *ius eccl. l. II. c. 17.* §. 39.

§. 485.

## §. 485.

*Secundas nuptias leges vbique permittunt*, et in quibusdam territoriis ius hageſtolziatus (§ 410.) contra viduas 1) adeo intra certum tempus matrimonium haud iterantes, exercetur. Hinc ſi liberi prioris thori non adſunt, ſecundae nuptiae eumdem ac primae legum fauorem experiuntur. Quod enim in quibusdam territoriis certa pecunia pro conceſſione matrimonii iterandi ſoluenda eſt 2), exceptionem conſtituit, nec regula generalis inde deriuatur. *Quae* ergo de *odio ſecundarum nuptiarum* putatiuo, *et de poenis* earumdem, *diſputant* viri docti, figmenta ſunt, cum omnia ceſſent, ſi liberi prioris thori non adſint, atque adeo *non poenae ſecundarum nuptiarum*, *ſed beneficia liberorum prioris thori adpellari debeant* 3). De cetero quae iure communi peregrino ideo ſanciuntur, omnino et in Germania vſu fori ſeruantur, niſi legibus prouincialibus contrarium quid ſanciatur 4).

1) quod de Wurtembergico ducatu teſtatur SCHOTTELIVS c. I § 21.

2) Nota eſt lex Hiddae, dominae Ileburgi, Wettini et Seusliz, quam ſecundo nubentibus praeſcripſit: Daß alle Witben, ſo ſich in der Stadt oder auſſer derſelben in ihrem Gebiethe verehelichen wollen, zuvor auf das Schloß oder ins Amt einen Beutel ohne Nath und darinnen 2 Schreckenberger bey Straffe eines neuen Schocks einliefern oder einſchicken müſſen; quae verba ſunt Simonis in chron. Ileburg.

Ileburg. p. 286. 502. cf chr. dondorf ſ. reſp. diet. goth. ekard diſſ. *ad legem Hiddae de ſacco ſine ſutura.* Lipſ. 1719. § 7. ſqq. *p. m. 8. ſqq.* Sic in praefectura Giebichenſtein conſenſus ſimiliter redimendus, cuius rei teſtimonium a praefecto datum Stechſchein, Stechzettel adpellant. dondorf *l. c.* §. *17. p. 16.* et Dreyhaupt Chronik des Saalkreiſes P. ſpec. lib. 9. c. 5. §. 1. e. i. de westphalen *de conſuetudine ex ſacco et libro* §. *14. ſqq.* Knorrens Anmerk p. 248. ſqq.

3) quod iam indicant tritae Germanorum paroemiae: ein Stiefvater, eine Stiefmutter; wenn die Henne zum Hahn kommt, vergißt ſie ihrer Jungen. hertius par. I, 71. Eiſenharth p. 151. ſqq.

4) reinharth ad *Chriſt.* I, 73. knorre cit *diſſ. c. 3.* §. *1. ſqq. p. m. 26. ſqq.* cf. tamen hoffer *l. c.* §. *4. ſqq.* §. *11.*

## §. 486.

Scilicet vſu Germaniae tantum non vniuerſali *dotalitium* initis *ſecundis nuptiis finitur*, niſi in compenſationem dotis exhibeatur (§. 457.). Communio bonorum diſſoluitur, et ſuperſtes nouum matrimonium ante conſummare non debet, quam *facta cum liberis prioris thori ſeparatione* 1). Mater, etiam illuſtris, ante renunciationem ſecundarum nuptiarum ad tutelam liberorum non temere admittitur 2). In primis autem in fauorem liberorum primi thori introductum eſt *ius deuolutionis* [das Verfangenſchaftsrecht] 3) vi cuius non bona ea tantum, quae a defuncto coniuge relicta ſunt, ſed ſuperſtitis quoque

bona

bona ad liberos quoad proprietatem transmittuntur; quod tamen non vniuerſa Germania, ſed quaedam tantum eiusdem prouinciae agnouerunt 4).

1) plene hoc probatum eſt a G. L. BOEHMERO *de iurib. coniug. ſuperſt. ex commun. bon. vniu.* §. 27. p. 56. ſqq. et HERM. GE. BVNEKAV *de ſeparatione liberorum* §. 4. p. 13. adde C. C. *Holſat.* T. I. p. 161. et pleraque iura ad §. 481 adlegata. cf. W. F. A BLECKEN *de ſeparatione ſecundo nubentium cum liberis conſuetudinaria, praeſertim Oſnabrugenſi.* Lugd. 1711.

2) I. H. BOEHMER *de ſecund. nupt. perſon. illuſtr. c.* 2. §. 43.

3) PETR. STOCKMANN *de iure deuolutionis.* Amſt. 1667. et in operibus Coloniae 1701. 4. editis. IO. ANDR. BENZIVS *de bonis iuri deuolutionis obnoxiis.* Arg. 1720. I. H. MEIER *de iure deuolutionis in Brabantia vſitato in iure ciuili radicato.* Erf. 1726. IO. GE. ESTOR *de iure deuolutionis.* Ien. et Lipſ. 1738. IDEM von dem iure deuolutionis zu Obrdruf in Thüringen *T. III* der klein. Schrift. *p.* 483. *ſq.*

4) ex iure Haſſiaco, Solmenſi et ſtatutis Gothanis hoc probauit ESTOR cit. *diſſ. c.* 3. §. 5. *ſqq. p.* 24. *ſqq.* adde Würtemb. L. R. P. 3. t. 16. Baden. L. R. P. 6. t. 5. 11.

## §. 487.

Si ſecundis his vel vlterioribus nuptiis initis liberi diuerſorum matrimoniorum vtriusque parentis adſint: ad euitandam de futura ſingulorum ſucceſſione litem in multis Germa-

niae prouinciis 1) *vnio prolium* 2) [Einkindſchaft, Einſetzung zum rechten Vater, oder zur rechten Mutter] interuenire ſolet, qua continetur conuentio parentum et liberorum de liberis ex diuerſis matrimoniis natis vel naſcituris, ratione ſucceſſionis exaequandis; quod ipſum tamen pactum alibi diſerte prohibitum eſt 3), in pleriſque vero territoriis vel ignoratur, aut non adeo magnum iuris fauorem experitur.

1) Hohenl. L. R. P. I. t. 16. p. 15. ſq. Oberpfälz. L. R. P. I. t. 26. p. 250. ſq. Solm. L. R. P. II. t. 20. conſt. *Moguntina* vid. in MVSCVLI libro *de ſucceſſ. conuent. et anomala m. 3.* claſſ. I. lit. f. Maynz. L. R. t. 2. Rehdinger L. R. t. 19. §. 2. ſtat. *Oldenb.* §. 7. de conſuet. *Haſſ.* SENKENBERG *ſelect. III*, *294. ſq.* Würzburg. L. G. O. P. 3. t. 109. ſqq. Ref. *francof.* P. 3. t. 10. Zweybrück Untergerichtsordn. 1722. c. 105. Jülich. und Berg Rechtsordn. c. 76. ref. *worm.* lib. 5. P. 5. t. 4. Trier. L. R. t. 9. C. C. *Culmb.* T. I. Vol. I. p. 208. Vol. II p. 788. conſt. *fuldenſ* apud LVDOLF *p. 611. ſqq.* Pfälz. L. R. P. 2 t. 25. Churcölln. R. O. t. 10. Würtemb. L. R. P. 3. t. 9. Naſſ. L. O. P. 2. c. 4. §. 4. p. 79.

2) IAC. RICKIVS AB ARWEILER *de vnione prolium.* Col. 1580 1598. 1698. IO. HOCHMANN *de vnione prolium.* Tub. 1589. IVST. FRID SCHOENER *de vnione prolium.* Arg. 1642. IO. EICHEL *de vnione prolium.* Helmſt. 1655. ERN. FRID. SCHROETER *de pacto ſucceſſorio inter vnitos diuerſi matrimonii liberos.* Ien. 1663. IO. A GOHR *de pariatione ſ. vnione prolium.* Baſ. 1664. PAVL LEOPOLD *de pacto vnionis prolium.* Alt. 1665. IO. AD. BEYER *de vnione prolium.* Marp. 1665 THEOD. CONR. ZAHN *de vnione prolium.* Lugd. 1671. BVRC. BARDILI

BARDILI *de vnione prolium.* Tub. 1674. GE. AD. STRVV *de vnione prolium.* Ien. 1679. IO. GE. GEILING *de vnione prolium.* Gieſſ. 1681. MICH. RHODIVS *de vnione prolis ſine praetore.* Frf. 1701. IO. WILH. HAST *de vnione prolium.* Gieſſ. 1711. I. HENR. FELZ *de vnione prolium.* Arg. 1718. CASP. ACHAT. BECK *de vnione prolium patriae poteſtatis cauſſa.* Ien. 1720. FERD. AVG. HOMMEL *de genuina vnionis prolium indole extra caſum legis et obſeruantiae ſpecialis.* Lipſ. 1726. IO. AD. DE ICKSTADT *de vnione prolium ſtatutaria epiſcopatus Wirceburgenſis et ducatus Franconiae.* Wirceb. 1734. *T. I. opuſc. p. 152. ſqq.* IO. TOB. CARRACH *an alter coniugum teſtamento renunciare poſſit vnioni prolium.* Hal. 1750. IO. HARTW. REVTER *de iure teſtandi vnientibus poſt initam vnionem prolium competente, cauſſisque, quare non vbique vnio prolium frequens, ſublatis.* Hal. 1750. GE. HENR. AYRER *de vnionis prolium indole genuina.* Goett. 1756.

3) Baden. L. R. P. 4. t. 27. Corp. iur. *Frider.* P. I. L. I. t. 9. a. 1. §. 14. idem *iure bauarico* dicendum Kreitmayr T. I. p. 101. Heſſiſche L. O. P. 3. t. 17.

4) PVFENDORF T. I. obſ. 200.

## §. 488.

Ratio vnionis prolium cum in exaequanda, liberorum diuerſi matrimonii, ſucceſſione ſita ſit, haec ipſa autem exaequatio liberis magno praeiudicio eſſe queat: conſenſus iudicis et liberorum omnino neceſſarius eſt, quibus ſi conſentire nondum poſſunt, tutor dari ſolet 1). Simulac vero vnio legitime conſtituta eſt, liberi prioris [Vorkinder] et

 po-

poſterioris thori [Nachkinder] iura legitimorum liberorum intuitu patris vel matris vnientis [angeſetzter Vater oder Mutter] nanciſcuntur, quod ipſis nec pacto nec teſtamenſito adimi poteſt 2). Ipſi tamen liberi vniti ſibi ipſis, in plerisque territoriis non ſuccedunt niſi ſpeciatim de hoc conuentum fuerit, cum ſola vnio prolium nec agnationis nec cognationis ius conferat 3).

1) PVFENDORF *l. c.* §. *31*.

2) AYRER §. *12. p. 17. ſq.*

3) EIVSDEM §. *13*.

# CAPVT II.

## DE IVRIBVS PERSONARVM IN STATV PATERNO.

## TITVLVS I.

### DE INDOLE POTESTATIS PATERNAE GERMANICAE.

### §. 489.

Poteſtas paterna Germanorum, qualis quidem olim hodieque obtinuit, diuerſa admodum fuit a iure patrio Romanorum. Ger-

Germani enim numquam dominium in liberos aut iuriſdictionem domeſticam 1), qualis patrifamilias Romano competebat, parentibus tribuerunt. Certe etiamnum *patria Germanorum poteſtas* 2) ad placita iuris naturalis vnice adcommodata nihil aliud denotat quam imperium parentum in liberos h. e ius dirigendi actiones liberorum in ipſorum felicitatem.

1) Iure Romano verum patriae poteſtatis fundamentum non in dominio quiritario patris in liberos, ſed iuriſdictione domeſtica ponendum eſſe, fuſius demonſtraui in *elem. antiquit. iur. Rom.* §. *494. ſqq. p. 389. ſq.*

2) I. H. FELZ diſſ. I. II. *de patria poteſtate.* Arg. 1706. 1716. CHR. THOMASIVS *de vſu practico tituli inſtitutionum de patria poteſtate.* Hal. 1712. I. H. MOLLENBECK *de patria poteſtate.* Gieſſ. 1712. AVG. LEYSER *de patria poteſtate.* Helmſt. 1713 et in *medit. ad Pand. ſp. 17.* POLYC. LEYSERI *obſeruata diplomatico-hiſtorica de patria poteſtate in Germania ignorata.* ib. 1727. I. F. POLACK progr. *de iure patriae poteſtatis, quo vtimur, cum principiis legum germanicarum male cohaerente.* Frf. 1730. FERD. AVG. HOMMEL *de vſu hodierno patriae poteſtatis Romanae in foris Germaniae, ſpeciatim Hamburgenſi.* Lipſ. 1732. GÜNTH. ALB. RENZ *mixtura iur. Rom. et germ. in materia patriae poteſt. conſpicua.* Stuttg. 1735. Car. Andr. Chriſtiani Gedanken von dem Unterſcheid des natürlichen und Römiſchen bürgerlichen Rechts in Anſehung der väterlichen Gewalt. Königsb. 1740. I. F. FRIED *de patria poteſtate.* Arg. 1750. GE. CHR. GEBAVERI progr. *de patria poteſtate veterum Germanorum.* Goett. 1755.

3) De cetero cum *patria poteſtas iuris Romani nouiſſimi*, qualis in codice iuſtinianeo occurrit, *admodum* ſit *limitata*, et in plerisque capitibus ad iuris naturalis principia reuocata ſit: recte hic quoque, *pro vſu iuris Romani in foris Germaniae praeſumitur* (§. 69. 70.), niſi legibus prouincialibus quaedam eius doctrinae immutatae fuerint, quod notandum aduerſus eos, qui de non vſu patriae poteſtatis Romanae diſputantes eam ſibi poteſtatem animo concipiunt, quae ſub libera republica obtinuit, iure nouo Romano tamen penitus immutata eſt. cf. e. g. CHR. THOMASIVS *de vſu iuris paterni Romanorum ſecundum mores Germanorum et ius Boruſſiae reuiſum*. Hal. 1694. Orth T. I. p. 68. ſqq.

## §. 490.

In determinandis *iuris patrii* in Germania *limitibus* illuſtrium, nobilium et reliquorum perſonarum ordinum eadem eſt conditio; niſi quod *inter illuſtres* 1) Princeps regens liberos, fratres et ipſam adeo coniugem 2) certo modo ſubditorum loco habere queat, atque adeo iura patriae poteſtatis et ſuperioritatis territorialis concurrant 3). *Iudaeis* toleratis ob communionem iuris ciuilis ipſis indultam eadem, quae Chriſtianis, poteſtatis paternae priuilegia indulgenda ſunt 4); (§. 213. 214.) eaque neque tum amitti videntur, ſi filius Iudaei ad ſacra Chriſtianorum tranſeat, licet ſint, qui hoc caſu poteſtatem patris Iudaei tolli, eumque ad legitimam filio Chriſtiano exhibendam obligari contendunt,

quorum

quorum tamen opinio legibus haud adiuuatur 5).

1) Moſers Staatsrecht T. XXII. p. 153. ſqq. NEVMANNI *inſtit. iur. princ. priuat.* §. 87. 98.

2) Chr. Schönens Bedenken, ob eines regierenden Fürſten Gemahlin ihres Gemahls Unterthanin ſey? Leipz. 1733.

3) I. H. BOECLER *de patria poteſtate principum imperii.* Arg. 1709. C. A. BECK *de poteſtate et iurisdictione Principum ſpeciatimque S. R. I. in liberos.* Ien. 1729.

4) BOEHMER *de cauta Iudaeorum tolerantia* §. 20. *ſq.* Beck vom Judenrecht c. 6. §. 3. p. 55 ſq.

5) G. H. MYLIVS *de patre Iudaeo alimenta ſumtus ſtudiorum et legitimam filio Chriſtiano denegante.* Lipſ. 1740. cf. etiam (J. E Schuberts) Bedenken von dem Recht eines bekehrten Juden über ſeine im Judenthum erzeugte Kinder. Helmſt. 1753. 4.

## §. 491.

Effectus patriae poteſtatis vel perſonam vel bona liberorum concernunt. Si perſonam liberorum ſpectaueris, dubium non eſt, quin parentibus *ius caſtigandi* 1) competat, quod tamen in ſaeuitiam degenerare non debet. Neque tamen haec poteſtas eo pertinet, vt carceri publico aut *ergaſtulis liberos mandare* queant, quam ad rem plerumque *auctoritate publica opus eſt* 2). In contractibus conſenſu parentum et apud nos opus habent liberi, quod exemplo contractus connubialis

ſupra demonſtrauimus (§. 416.). Quae autem de contractibus 3) liberorum cum ipſo patre aut aliis dici poterant, cum vnice ex iuris peregrini placitis deriuari debeant, conſulto hic omittimus.

1) IAC. FRID. LVDOVICI *de iure et iurisprudentia domeſtica.* Hal. 1703. 1747.

2) vide e. g. Zelliſche Zuchthausordn. d. 1732. c. 2. §. 11. C. C. *Cal.* c. 2. p. 737. C. C. *march.* cont. I. p. 83. 123. ſq. Norimbergae tamen patresfamilias hoc iure vtuntur vi priuilegii 1320 indulti. Hiſtoriſche Nachrichten von der Stadt Nürnb. p. 96. IO. GE. SIMON *de ergaſteriis diſciplinariis.* Ien. 1670. TOB. IAC. REINHARTH *de ergaſtulis eorumque iure.* Erf. 1734.

3) GOTTL. GERH. TITIVS *de contractibus patris et liberorum in eius poteſtate exiſtentium.* Lipſ. 1713. in *Vol. diſſ. p. 579. ſqq.*

## §. 492.

Ratione *iuris parentum in bona liberis competentia* magnum inter ius Romanum et germanicum diſcrimen intercedit. Cum enim parentes ad *alimenta* 1) *liberis praeſtanda*, et dignam conditione ipſorum educationem obligentur, atque adeo pro naturalibus liberorum tutoribus habeantur: leges Germanorum quamplurimae vtrique parenti *vſumfructum in bonis liberorum* 2) tribuerunt 3), vt etiam conſtante adhuc matrimonio mater 4) in conſortium vſusfructus veniret 5), omnium bono-

bonorum liberis quoquo modo obtingentium, eumque patre quoque mortuo, etiamnum ſeruare ſolet; donec ad ſecundas nuptias tranſeat. De cetero hic *vſusfructus parentum ceſſat liberis ſui iuris factis* 6), quo facto bona ipſorum vniuerſa a patre quoque ipſis traduntur.

1) CAR. GOTTL. KNORRE *de dote filiae locupletis.* Hal. 1721. IDEM *de alimentis liberis a matre praeſtandis.* rec. 1756.

2) WOLFG. AD. LAVTERBACH *de vſufructu paterno.* Tub. 1652. AVG. FRID. MOCKHELL *de ademtione vſusfructus paterni.* Alt. 1681. MICH. H. GRIEBNER *de vſufructu legitimae patri non adimendo.* Lipſ. 1706. IAC. FRID. LVDOVICI *de tacita prohibitione vſusfructus paterni.* Hal. 1716. AVG. DE BALTHASAR *de vſufructu paterno in feudis filiorumfamilias.* Gryph. 1741. CAR. AD. BRAVN *de vſusfructus parentum in bonis liberorum tam de iure Romano, quam Germanico genuino fundamento.* Ien. 1743. HENR. BROKES *de vſufructu patris in bonis liberorum maxime feudalibus.* Ien. 1747. CAR. HOFFMANN *de vſufructu parentum ſtatutario, in primis Norico.* Alt. 1749. AEM. LVD. HOMBERGK *de diuerſo iure patris in peculio liberorum aduentitio pro diuerſa liberorum aetate.* Marp. 1753.

3) Tyrol. L.O lib. 3. t. 20. CHLINGENSPERG *diff. iur. ciu. et bau. p. m. 4. ſqq.* Kreitmayr T. I. p. 80. ſq. Würtemb. L.R. P. 4. t. 6. Baden. L.R. P. 6. t. 6. 7. 8. Ulm. Stadtr. P. I. t. 3. ref. *noric.* t. 33. l. 1. 2. ſq. t. 39. Corp. iur. *Frid.* P. I. L. I. t. 9. a. 4. p. 27. ſqq. Naſſ. L.O. P. 4. c. 7. p. 144. Solm. L.R. P. 2. t. 28. ref. *francof.* P. 5. t. 4. P. 6. t. 2. § 8. Orth T. IV. p. 269. ſqq. Pfälziſches L.R. P. 4. t. 13. 15. Churcölln. Rechtsordn. t. 8. § 6.

Trier. L. R. t. 8. §. 6. p. 47. Henneb. L. O. P. 3. t. 4. c. 12. 15. Gothaiſche L. O P. 3. p. 259 Altenb. P. 3. p. 622. ſq. Erfurt. Ordn. p. 167. ſq. Schaumb. P. O c. 14. VERACII *conſuet. bamb. P. 2. q. 1. 2.* ſtat. *mind* lib. 2. t. 2. *lubec.* P. 2. t. 2. *hamb.* P. 3. t. 3. t. 6 a. 7. *luneb.* P. 4. t. 1. Zell. Stadtr t. 16. *mulhuſ.* lib. 4. a. 20. Magdeb. P. O. c. 42 §. 2 deciſ. *ſaxon.* 62. in LVNIGII *Cod. aug. T. I. p. 325.* matri hoc ius negat. Hohenl L. R. P. 4. t. 1. Würzb. L. G. O. t. 39. §. 9. t. 90 §. 3 Bayreuth. Landsconſt t. 7. §. 16. Oberlauſ. L. O. in Cod. auguſt. T. III. p. 81. Holſt. Vorm. Ordn. d. 1743. §. 3. in C. C. *Holſat.* T. I. p. 164.

4) FERD. CHR. HARPPRECHT diſſ. I - IV. *de vſufructu ſtatutario materno.* Tub 1704. 1720. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de vſufructu materno iuris germanici.* Frf. 1730 in *ſylloge opuſc.* p. 568. ſqq. et *T. II. operum p. 579. ſqq.* FRID. LVD. PENZENKVFFER *de vſu matri competente.* Erlang. 1760.

5) Generatim *de vſufructu* ſtatutario, praeſertim *materno* hae regulae tenendae: (1) vbi vſusfructus parentum *ex communione bonorum vniuerſali* obtinet, patris et matris eadem conditio (§. 472.) (2) In aliis prouinciis hic *vſusfructus partem portionis ſtatutariae*, conſtituit (§. 478.) ibique denuo matri denegari non poteſt, niſi leges eumdem ſoli patri adiudicent, v. c. in Saxonia electorali (3) verum huius vſusfructus fundamentum vel in communione bonorum vel in beneficio legis non autem in poteſtate patria, quam leges matri non tribuunt, poni oportet, adeoque vbi nec communio viget, nec lex adeſt, omnia ex iure Romano diiudicanda ſunt.

6) AEM. LVD. HOMBERGK *de bonis aduentitiis liberis ſui iuris factis a patre reſtituendis.* Marp. 1758.

§. 493.

## §. 493.

Quod in ſpecie ad doctrinam de *peculiis* filiorum familias *in Germania* attinet, ſunt, qui omnem vſum forenſem hac in re iuri Romano denegant 1); quod mihi ſecus videtur. Licet enim filiifamilias ſagatam togatamque militiam ſequentes ſeparatam plerumque oeconomiam inſtituant, et hoc pacto e poteſtate patria egrediantur, et *rara* adeo *mentio peculii caſtrenſis vel quaſi caſtrenſis* 2) fiat; *nec profectitii peculii* adeo *frequens vſus* ſit, cum hoc filiis ſeparata oeconomia ſui iuris factis, ſubſidii loco, demum obuenire ſoleat: aduentitii tamen ordinarii, et extraordinarii iura nuspiam abrogata ſunt 3), quid? quod parentum iura hodie adhuc maiora in eodem eſſe demonſtrauerimus (§. 492.).

1) IO. TOB. CARRACH *diſſ. iuris Rom. et germ. in peculio in primis filiorumfamilias.* Hal. 1745.

2) IO. WIEGER diſſ. *de iure pignoris quoad filiosfamilias, ſpeciatim horum peculium caſtrenſe; et de iure quoad filiorumfamilias peculium quaſi caſtrenſe.* Arg. 1740.

3) FRID. HEVSINGER *de iure peculii aduentitii extraordinarii, tam Romanis quam Germanicis legibus atque moribus conſtituto.* Iſenac. 1751. 8.

## §. 494.

Cum patria Germanorum poteſtas magna ex parte ad placita iuris naturalis compoſita ſit

ſit (§. 489.): mirum non eſt, *matri* in quibusdam capitibus eadem iura, quae patri, tribui 1), praeſertim quum eadem ipſi, quae patri, naturalis reuerentia debeatur. Hinc matris quoque conſenſus connubialis requirendus eſt (§. 416.); et ratione vſusfructus ſtatutarii iisdem fere commodis vtitur (§. 492.). *Poteſtas* autem *in liberos* ei *haudquaquam tribuenda eſt*, cum effectus patriae poteſtatis Romanae in iuribus Germaniae vniuerſalibus et particularibus cum matre communicati non fuerint 2).

1) NIC. CHR. LYNKER *de poteſtate matris in liberos.* Ien. 1688.

2) Diſſentit HEINECCIVS *lib. I. elem. iur. germ.* §. *138. et* §. *144.* vbi ridet AVGVSTVM, Saxoniae legislatorem qui *conſt. 10. P. II* patriam poteſtatem Romanam in Saxonia ſublatam negat, atque adeo eamdem adhuc in viridi obſeruantia eſſe contendit. Sed ridendus eſt ipſe HEINECCIVS, qui ſapientiſſimi legislatoris rationes non peruidit. Cum enim ius Romanum nouiſſimum, quod hac in re nihil aequitati aut ſtatui reip. germanicae contrarium ſancit (§. 489. n. 3.), vniuerſum in Germania receptum fuerit (§ 69. 70.), nec leges germanicae hac in re quidquam e iure Romano immutauerint: recte legislator Saxo ſententiam ſecundum ius Romanum dari iubet. *Leges* autem *Longob.* IV, 2, 13. et *Burgund.* t. 59. quas crepat HEINECCIVS, non moror. cf. RENZ *l. c. th. 10. p. m. 12.*

TITV-

# TITVLVS II.

## DE MODIS ADQVIRENDI ET SOLVENDI PATRIAM POTESTATEM.

### §. 495.

Patria poteſtas vt apud Romanos, adquiritur iuſtis nuptiis 1), legitimatione et adoptione. De nuptiis, quod ſatis eſt, dictum. Iam cum omnis concubitus extra matrimonium illegitimus habeatur (§. 411.), omnes etiam liberi extra matrimonium procreati illegitimi reputantur, iisque plerumque leuis notae maculam adſpergi ſupra demonſtrauimus (§. 209.). Patri ergo nulla in eosdem poteſtas competit, nec liberi eiusmodi iuribus liberorum legitimorum vtuntur, quae vt adquirant et in poteſtatem patris perueniant *legitimatione* 2) opus eſt, qua denotatur actus, quo liberi illegitimi, deleta natalium macula, iura liberorum legitimorum 3) nanciſcuntur.

1) liberi ex matrimonio inaequali procreati legitimatione haud indigent, cum ex matrimonio rite celebrato illegitimi liberi haud naſcantur; etiamſi patri coaequales (ebenbürtig) eſſe non cenſeantur. Huc mihi tendere videtur paroemia: kein Weib trägt einen Baſtard. ANT. MATTHAEVS *de paroem. p. m. 3. ſq.*

2) IO. CHR. FALKNER *de iure et legitimatione ſpuriorum.* Ien. 1670. IAC. OTTONIS *hypotypoſis legitimationis illegitimorum.* Aug. Vind, 1673. EIVS-

DEM *reſtitutiones natalium et infamium*, ib. 1677. I. H. FELZII diſſ. I-IV. *de legitimatione*. Arg. 1703. 1716. 1718. 1720. IO. CAR. NAEVIVS *de legitimatione liberorum, adoptione, vnione prolium et modernis patriae poteſtatis effectibus*. Vit. 1705. GE. BEYERI progr. *de doctrina legitimationis ex iure patrio, non Romano, explicanda*. Vit. 1712. CHR. THOMASIVS *de vſu practico doctrinae inſtitutionum de legitimatione*. Hal. 1713. I. H. HARTLEBEN *de legitimatione liberorum illegitimorum*. Ien. 1716. IER. EBERH. LINK *de legitimatione*. Arg. 1723. IVST. HENN. BOEHMER *de legitimatione ex damnato coitu natorum*. Hal. 1727. *T. I. exerc. ad Pand. p. 865. ſqq.* RVD. HENR. ZIEGLER *de natalium reſtitutione, ſ. legitimatione liberorum illegitimorum*. Erf. 1730.

s) vulgo in *plenam* et *minus plenam* deſcribunt *legitimationem*, prout iura liberorum legitimorum vel omnia vel ex parte tantum inde adquiruntur.

## §. 496.

Legitimatio duplici modo peragitur, per ſubſequens nempe matrimonium vel per reſcriptum principis. *Legitimatio per ſubſequens matrimonium* 1) omnis ex placitis iuris communis deriuanda. Vſu tamen Germaniae in medio aeuo obtinuit, vt liberi ante contractum matrimonium nati benedictioni ſacerdotali, quae parentibus dabatur, ad eſſent, et pallium altaris vel matris 2) ſuper eos expanderetur, vnde nomen der Mantelkinder ortum eſt 3). De cetero liberi ita legitimati iura quidem liberorum legitimorum nanciſcuntur,

tur, ad ſucceſſionem feudalem tamen prorſus non admittuntur 4).

1) WOLFG. AD. LAVTERBACH *de legitimatione per ſubſequens matrimonium.* Tub. 1652. IO. CASP. BRENDEL *de legitimatione per ſubſequens matrimonium.* Vit. 1686. IO. IAC. D'ORSNER *de legitimatione liberorum per ſubſequens matrimonium.* Arg. 1713. IO. GE. SCHERZ *de legitimatione per ſubſequens matrimonium.* ib. 1715. IOS. HENRY *excerpta controuerſiarum ex materia legitimationis per ſubſequens matrimonium* ib 1717. CHR. G. SCHWARZ *de antiquo ritu legitimandi liberos per pallium.* Alt. 1747. Carl Gottl. Knorre von Mantelkindern; in den rechtl. Abhandl. und Gutachten. Halle 1751. 8 *p. 1-27.* RVD. CHR. HENNE *de legitimatione liberorum per ſubſequens matrimonium.* Erf. 1754.

2) magnus hac in re diſſenſus virorum doctorum. IO. WILH. HOFFMANNVS *de iurisprud. Germ. ſymb* §. *8.* et KNORRIVS *l. c.* §. *13. p. 18. ſqq* a pallio matris nomen ortum eſſe contendunt; SCHWARZIVS vero §. *14. ſqq. p. m. 22. ſqq.* a pallio altaris vniuerſam denominandi rationem deriuat, ſed res tanti non eſt, vt magni cum KNORRIO fluctus in ſimpulo excitentur.

3) Grupen von Mantelkindern c. 6. der teutſchen Frau *p. 255. ſqq.*

4) C. C. *Cal.* c. 8. p. 32. 51. conſt. *haſſiac.* vid. in adpendice corp. iuris germ. Geyſiani. IO. GOTH. BAVER *de ſucceſſione legitimatorum per ſubſequens matrimonium exſule in feudis.* Lipſ. 1734. GE. HENR. AYRERI progr. *de excluſione legitimatorum a ſucceſſione feudali.* Goett. 1755. REINHARTH *ad Chriſt. III, 32. V, 23 VI, 9. b. p. 18.* PVFENDORF *obſ. I, 90.* Oeſterr. Succ. Ordn. t. 2. §. 1. 2.

§. 497.

## §. 497.

*Legitimatio per reſcriptum principis* 1) hodie vel ab Imperatore vel ſtatibus imperii fieri ſolet. Imperator eamdem denuo vel ipſe vel *per Comites palatinos* 2), quorum comitiuae hoc ius inſertum eſt, exercet. Enimuero cum comites palatini neceſſaria ad hanc rem cauſſae cognitione deſtituantur, neque etiam Principes in quieto iuris territorialis exercitio ſe turbari patiantur: hodie legitimatio a Comite palatino facta non alia ratione ad effectum deduci ſolet, quam ſi confirmatio Principis acceſſerit 3). *Tutius* ergo *ab ipſo Principe*, tamquam fonte dignitatis et exiſtimationis ciuilis in territorio ſuo, *petenda* eſt.

1) F. H. HOELTICH *de iure legitimationum ex indulgentia.* Vit. 1672. GABR. SCHWEDER *de iure liberorum inſcio vel inuito patre legitimatorum.* Tub. 1705. GE. H. AYRER *de reſcripto legitimationes Principis pleniſſimum effectum tribuente, legitimi licet liberi exſtent.* Goett. 1748. M. G. PAVLI *de legitimatione per reſcriptum Principis.* Gedan. 1756.

2) Cap. nouiſſ. a. 22. §. 7. M. H. GRIEBNER *de iure legitimandi comitum palatinorum in terris principum imperii.* Vit 1709. *Vol. I. ſelect. opuſc. iur. publ. p 33. ſqq.*

3) M. H. GRIEBNER *de iure legitimandi principum imperii.* 1713. *l. c. p. 1-32.*

## §. 498.

Alter adquirendi patriam poteſtatem modus *adoptione* 1) continetur. Longe frequentior fuit apud Romanos quam in Germania, cum rationes ceſſent, quae Romanos ſaepius ad gentem liberis orbam adoptionibus fulciendam perpulerunt 2). Neque tamen aut prohibita illa eſt in Germania, aut ſine exemplo. *Inter illuſtres ac nobiles* ob ſingularem feudorum et praediorum auitorum indolem *conſenſu domini directi et agnatorum opus eſt* 3); nec nobilitas in adoptatum tranſit, niſi codicilli Imperatoris vel Principis iure nobilitandi inſtructi (§. 242.) accedant. Inter *ciues* rarior eſt, cum conſeruatio ſplendoris familiae non adeo magni momenti inter eosdem habeatur; ea autem celebrata conſenſus principis vtiliter requiritur 4). Inter *ruſticos* denique nullus fere adoptionis vſus eſt, cum hi de praediis ſuis, etiamſi iure hereditario vtantur, diſponere nequeant, neque conſenſus domini ad curiam adoptato concedendam facile impetrari queat (§. 362.ſqq.).

1) IO. CHR. FALKNER *de antiquo et moderno adoptionum ſtatu et iure.* Ien. 1673. G. N. SCHLEENSTEIN *de adoptionibus* Vit. 1676. IO. GE. KVLPIS *de adoptionibus et emancipationibus Principum.* Arg. 1686. in *Volum. diſſ. p. 126. ſqq.* IO. CHR. SCHROETER *de adoptionibus iure ciuili et moribus Germanorum vſitatis.* Ien. 1703. IO. SCHACK *an adoptatus nomen et familiam patris adoptati conſequatur.* Gryph. 1709. CHR. THOMASIVS

SIVS *de vſu practico tituli Inſtitutionum de adoptionibus*. Hal. 1714. PHIL. REINH. VITRIARIVS *de adoptionibus*. Lugd. 1714. I. H. FELZ *de adoptione*. Arg. 1716. 1720. C. G. KNORRE *diff. iur. Rom. et germ. de nobilitate adoptiua*. Hal. 1721. 1745. POLYC. LEYSER *de adoptione per andelangum*. Helmſt. 1727. ERN. TENZEL progr. *an adoptione adquiratur nobilitas*. Erf. 1727. IER. EBERH. LINK *an adoptio conferat nobilitatem*. Arg. 1730. J. Gottl. Heineccius von den Jüdiſchen Adoptionen, und was der dabey gewöhnliche Mantelgriff zu bedeuten habe? in den verm. Anmerk. Berlin 1741. 8. *p. 1-19*. C. L. CRELL *de adoptione in locum fratris non monſtroſa*. Vit. 1748. E. F. KNORRE *de ſucceſſione adoptiuorum in feuda*. Hal. 1753.

2) de his ſtrictim expoſui in *elem. antiquit. iur. Rom.* §. *524. p. 409.*

3) CRAMER *de iurib. et praerogat. nobil. auitae c. 4. §. 4. p. 217. ſqq.*

4) Würtemb. L. R. P. 4. t. 22. ius *hamb.* P. 3. t. 1. a. 38. PVFENDORF obſ. III, 46. Kreitmayr T. I. p. 97. ſq. de priſcis adoptionum ſollemnitatibus conſulendus eſt EV. OTTO in *iurisprud. ſymbolica, exerc. III. c. 7. 8. 9.*

## §. 499.

Quod tandem ad *modos tollendi patriam poteſtatem* in Germania attinet: in ea quidem re mores Germanorum a placitis iuris Romani omnino diſcedunt. Praecipuus nempe patriam poteſtatem ſoluendi modus iure Romano in emancipatione ponitur, quae tamen in Germania numquam frequentata fuit, licet nullibi prohibita ſit 1), et exempla quaedam ex

ex familiis illuſtribus adſint, vbi emancipatione interueniente patria poteſtas finiebatur 2).

1) vtilem tamen emancipationem eſſe contendit LUDOLF *P. II. obſ. 165. p. 363.* Strubens Bedenken T. II. p. 255. ſqq.

2) quod probant chartae diſſertationi Kulpiſianae adiectae. Moſers Staatsrecht T. XXII. p. 420. 431. ſqq.

## §. 500.

Neque etiam tricis emancipationum ſe inuolui patiebantur Germani, quibus longe expeditior tollendi poteſtatem paternam ratio patebat. Scilicet ab antiquiſſimis inde temporibus conſtantiſſimo vſu Germaniae vniuerſae 1) obtinuit, vt ſi liberi, ad maturiorem aetatem enixi non amplius in conuictu paterno reſtantes, *ſeparatam oeconomiam inſtituant* 2), aut ſi filiae in matrimonium collocentur 3), patria poteſtas omnis, inuito etiam patre et contradicente, finiatur, vt ne iudicis quidem auctoritas requiratur; quod ipſum negotium ICti etiam egregie docti *quaſi emancipationem ſ. emancipationem tacitam* vel *ſaxonicam* adpellarunt 4); eaque omnes omnino poteſtatis patriae effectus tolluntur 5).

1) in quibusdam legibus expreſſe hoc ſtatutum FINSTERWALDER *obſ. ad conſu. Auſtr. lib. 2. obſ. 13.* de *Bauaria* Kreitmayr T. I. p. 91. ſq. Würtemb. L. R. P. 2. t. 18. p. 304. P. 3. t. 23. p. 412. Ref. *francof.*

*cof.* P. 2. t. 1. §. 9. Orth T. I. p. 68. ſqq. Sächſiſ. L. O. P. II. c. 10. Brandenb. Eheordn. §. 10-12. diſſentit quidem *Corp. iur. Frideric.* P. I. L. I. t. 9. a. 2. §. 29. p. 26. quod tamen vſum fori non habet (§. 165. in f.) Hohenl. L. R. P. I. t. 2. §. 1. 2. idem de vniuerſa fere Germania et aliis etiam Europae regnis luculentiſſime probauit GRVPENIVS in *diſcept. forenſ. p. 91. ſqq.*

2) CHR. ADOLPH. BECKHER *reſponſum de iure quaeſtionis, an filiafamilias contra placita iuris Iuſtinianei in omnibus Germaniae prouinciis indiſtincte per nuptias patria poteſtate liberetur, et in ſolius mariti poteſtatem tranſeat.* Erf. 1680. HIER. ANDREAE i. e. G. W. SACER *de poteſtate patris in filiam maritatam in ducatu brunſuico-luneb., welferbytanae partis.* Helmſt. 1689. 1745. F. C. HARPPRECHT *de ſeparatione liberorum ab oeconomia paterna.* Tub. 1689. IDEM *de diuiſione bonorum inter liberos a parente adhuc in viuis facta.* ib. 1700. C. THOMASIVS *de quaſi emancipatione Germanica.* Hal. 1703. MELCH. DIETH. GROLLMANN *de ſeparatione liberorum per elocationem et diuiſionem.* Gieſſ. 1711. AVG. LEYSER *de diſſolutione patriae poteſtatis.* Helmſt. 1714. et ſp. 21. GOTH. BARTH *de emancipatione ſaxonica.* Lipſ. 1715. in *Volum. diſſ. p. 815. ſqq.* C. THOMASIVS *de vſu practico tituli Inſtitutionum quibus modis patria poteſtas ſoluatur.* Hal. 1716. I. H. BOEHMER *de ſtatu liberorum ſui iuris factorum per ſeparationem et nuptias.* Hal. 1721. *T. I. exerc. ad Pand. p. 913. ſqq.* GE. AD. SCHVBERTH *de redintegratione patriae poteſtatis.* Lipſ. 1723. A. KAESTNERI progr. *an doctoralis dignitas filium a patria poteſtate liberet.* Lipſ. 1723. GOTH. REINH. KOESELIS *de tacita eaque particulari emancipatione iure domeſtico fundata.* Vit. 1724. IAC. CARMON *de abdicatione liberorum ſecundum principia iuris canonici, mores Germanorum et ius lubecenſe.* Roſt. 1733. IO. WOLFG. TRIER *de dignitatibus, quae liberant a patria poteſtate.* Frf.

Frf. 1737. C. V. GRVPENII *diſceptationes forenſes.* Goett. 1740. 4. I. C. HEIMBVRG *difficillima emancipationis Romanae et germanicae capita.* Ien. 1742. HENR. CHR. SENKENBERG *iura egreſſus e patria poteſtate Romana et germanica.* Gieſſ. 1743. C. G. SCHEPLER *de iure liberorum viuis parentibus ſui iuris factorum reſpectu ſucceſſionis in bona parentum.* Hal. 1752. G. F. KRAVSE *differentiae emancipationis Romanae et germanicae.* Viteb. 1755.

3) ſola dignitas, niſi ſeparata oeconomia accedat, patriam poteſtatem non tollit. WERNHER *P. I. T. III. obſ. 169. T. III. obſ. 244.*

4) elegantem ſpeciem patris ipſam adeo praedii ſui poſſeſſionem filio minori tradentis, ſibique tutelam tantum naturalem reſeruantis exhibet **Cramer** P. 5. der Wetzl. Nebenſt. p. 48. ſqq.

5) GRVPENIVS *l. c. p. 204. ſqq.* RENZ *§ 32. p. m. 39. ſqq.* G. L. BOEHMER in *praefat.* ad Patris *exerc. ad Pand. T. I. p. 34. ſqq.* PVFENDORF *T. I. obſ. 99. T. III. obſ. 1.*

## §. 501.

Iam ſi liberi hoc modo e poteſtate paterna egrediantur, parentes ipſis *ſubſidium* 1) aliquod, quod *paternum* vocant [väterliche Hülfe, Beyhülfe] exhibere, et interdum integram portionem hereditariam, facta ſeparatione, adſignare ſolent, quo fit, vt liberi ita ſeparati berathene Kinder, reliqui autem non ſeparati [Kinder, die in der Were ſind, de yn der Were blyvene ſ. ſitten] 2) adpellentur, quo caſu mortuo patri ſeparati, exſiſtentibus liberis non ſeparatis, non ſuccedunt (§. 486.).

1) H. LINK *de ſubſidio paterno.* Alt. 1673. A. F. RIVINI progr. *de ſubſidio paterno.* Lipſ. 1730.

2) J. C. H. Dreyer Anmerkung von den Kindern, ſo in der Were ſind; *T. I.* der Samml. verm. Abhandl. *p. 91. ſqq.*

# CAPVT III.

## DE IVRIBVS PERSONARVM IN STATV TVTELARI.

### TITVLVS I.

### DE DIVERSIS TVTELAE TVTORVMQVE SPECIEBVS.

§. 502.

Reipublicae quam maxime intereſt, perſonam et bona eorum, qui regere ſe ſuisque ſupereſſe rebus non poſſunt, aliorum adminiſtrationi et poteſtati committi; adeoque ab omni inde aeuo in rebuspublicis moratioribus Principibus aut rectoribus reipublicae *tutela ſuprema*, *ſublimis* 1) ſ. *regia* vindicabatur, cui opponitur *ſimplex* ſ. *inferior*, quam ipſi tutores a magiſtratibus vel alio modo conſtituti gerunt.

3) SAM. FRID. WILLEMBERG *de ſupremo orphanorum tutore.* Gedan. 1722. in EIVSD. *exerc. ſabbath. T. II. p. 377. ſqq.* IO. GOTTL. HEINECCIVS *de ſuprema principum magiſtratuumque tutela.* Hal. 1730. *T. II. operum p. 713. ſqq.*

## §. 503.

Cum in Germania Imperator 1) et Principes 2) ipſi tutelae adminiſtrandae ſupereſſe non poſſint: ſummis imperii tribunalibus 3) et magiſtratibus territorialibus 4) *vicaria tutela* demandata eſt, vi cuius iisdem, etiam non rogatis ius tutores [Vormünder, Pfleger, Gerhaber, Schirmer, Vögte, Verweſer, Vertreter, Mombaern, Treuhänder, Treusträger] conſtituendi, rationes ab iisdem exigendi, eosdemque ab officio remouendi competit. De cetero cum vicarium magiſtratuum, tum ſimplex ipſorum tutorum officium legibus imperii 5) et prouincialibus 6) ſapientiſſimis determinatur.

1) De tutelis illuſtrium conſulendi: CONR. PHIL. RICHTER *de tutelis electorum, principum aliorumque S. R. I. ſtatuum.* Ien. 1669. P. F. ROMANVS *de tutelis perſonarum illuſtrium.* Lipſ. 1674. DIET. W. MATTHIAE *generalia tutelae ad Principes et illuſtres perſonas adcommodata.* Erf. 1679. IO. VOLKM. BECHMANN *de priuatorum, principum ac nobilium tutelis.* Ien. 1685. H. COCCEII *de tutelis illuſtrium.* Frf. 1693. I. P. RINGLER *de tutelis illuſtrium.* Erf. 1694. SAM. STRYK *de tutela materna principum imperii.* Hal. 1696. I. F. FLEISCHMANN *de tutela datiua perſonarum illuſtrium.*

Arg. 1713. IO. LAVR. FLEISCHER *an princeps ex factis ſui tutoris poſſit obligari.* Hal. 1716. D. H. KEMMERICH *an tutor illuſtris ad inuentarium conficiendum et rationes reddendas obſtrictus ſit?* Ien. 1739 I. G ESTOR *num elector ſaecularis impuber ſit in tutela electoris clerici agnati.* Ien. 1745. G H. AYRER *de gynaecocratia tutelari viduarum illuſtrium.* Goett. 1746. L. C. SCHROEDER *de principe imperii citra teſtamentum de tutela filii ſui diſponente.* Marp. 1749. C. G. BVDER *de concurſu ſtatuum prouincialium German. in tutela et cura principum;* in EIVSD. *obſeruat. p. 156. ſqq.*

2) *nobilitati* quoque *immediatae* ius nominandi tutores ex priuilegio caeſareo competit. REINHARTH *ad Chriſt. V, 24. p. 35.*

3) ſi iurisdictio inter immediatos controuerſa, camera imperii tutores conſtituit. *Rec. deput.* d. 1600. §. 26.

4) ex ſententia pragmaticorum ius nominandi tutores iurisdictioni inferiori cohaeret. ERTEL *aurea praxis iurisd. infer. c. 20. obſ. 1.*

5) R. P. O. 1548. t. 31. 1577. t. 32.

6) Maynz L R. t 5 18. Preußiſche Vorm. ordn. d. 23 Sept. 1718. C. C. *march.* II, 2. p. 55. ſqq. et Project eines neuen Pupillencollegii; in adpend. *Codic. Frideric.* p. m 573 ſqq Schleswig-Holſteiniſ. V. O. d. 13 Sept 1743. in C C. *Holſat.* T. I. p. 163. ſqq. Magdeb. P. O. t 43. Baden. L. R P. 3. t. 6. Liefländ L. O. p. 205 ſqq ius *lubec* lib. I. t. 7. Steins Abhandl. des Lüb. Rechts P. I p. 255. ſqq. EIVSDEM Einleitung p. 110 ſqq. Würzb. L. G O. P. 3 t. 22. Kreitmayr ad ius bau. T I. p. 193. ſqq. Oſtfrieſ. L R. lib. 2. c. 224 Bayreuth. P. O. t 15. C. C. *Culmb.* T. II. P 1. p 599. ſqq. C C. *Oldenb.* P. 3. p. 24. ſqq. Churcölln R. O t 11. p. 20. ref. *Noric.* t. 29. Woelker T. III. p. 316. ſqq. ref. *Francof.* P. 7. t. 13. Naſſ. L. O. P. 5. c. 1. p. 155. ſqq.

Pommerſche Grundgeſetze p. 134. Heſſencaſſ. Grebenordn. t. 9. Schaumb. P. O. c. 10. p. 91. ſqq. Regenſp. Decret T. I. p. 18. ſqq. Trier. L. R. t. 11. p. 87. ſqq. Nördling. Stadtr. P. 4. t. 1. ſqq. Solm. L. R. P. 2. t. 21. Schaumb. Sächſ. Recht P. I. p. 49. ſqq. Erfurt. Ordn. p. 123. ſqq. Churpfälz L. O. p. 1. ſqq. Hohenl. L. R. P. 2. p. 45. ſqq. Mühlhäuſ. ſtat. P. 4. a. 32. ſqq. p. 486. ſqq. Goth. L. O. P. 3. p. 206. ſqq. Altenb. L. O. Beyſ. p. 623. ſqq. Würtemb. L. O. tit. Pupillenordn. Henneb. L. O. P. 3. t. 6. Tyrol. L. R. lib. 3. t. 46. Anhalt. L. O. t. 33. Mecklenb. L. O. p. 257. Jülich. O. p. 39. Münſt. L. O. t. 5. Lüneb. Stadtr. P. 7. t. 1. K. Leopolds Gerhabſchaftsordn. des E. Oeſterreich unter der Ens: ENGELBRECHT *collat. iur. comm. et brunſu. c. 5.* *Elem.* mea *iur. brunſu.* §. 299. *ſqq.* Jeverſche Präturordn. d. 4. Febr. 1726. De cetero has leges in hac materia ſemel adlegaſſe ſuffecerit.

## §. 504.

Adminiſtratio tutelae vicariae licet in pleriſque vrbibus et territoriis iurisdictioni ordinariae magiſtratuum committatur, in quibusdam locis et prouinciis principes peculiaria collegia conſtituerunt, quae *iudicia pupillaria* 1) ſ. tutelaria [Waiſengerichte, Vormundſchaftsämter, Obervormundſchaft, Oberpflegſchaften] adpellantur 2), quibus negotia vi ſupremae tutelae adornanda committuntur.

1) cuius rei exemplum terrae brandenburgicae praebent. vide etiam ADAM BIRKNER *de iudicio tutelari perilluſtris reip. Norimbergenſis.* Alt. 1745.

2) plerumque vni alterique membro e collegio cauſſae tutelares demandantur. PVFENDORF *obſ. I*, 50.

## §. 505.

Ipſi tutores pacto, teſtamento, lege vel decreto magiſtratus tutelam nanciſcuntur. *Tutela pactitia ſ. conuentionalis* [zugeſagte Vormundſchaft] nititur conuentione patris cum tertio de tutela filii ſuſcipienda. Vtrum haec tutela conuentionalis Romanis cognita fuerit probataque, nondum in liquido conſtitutum eſt 1). Leges etiam germanicae raro eiusdem mentionem faciunt 2), licet negari non poſſit, moribus eamdem defendi, iudiciis tamen tutelaribus et magiſtratus arbitrio ſemper meritoque relinquendum eſt, an tutor pacto conſtitutus ad tutelam admittendus ſit 3).

1) C. H. HILLER *de figmento tutelae pactitiae et conuentionalis* Tub. 1716. AD. FRID. GLAFEY *epiſtola de tutela pactitia*. Tub. 1716. A. LEYSER *de tutela pactitia* Helmſt. 1726. I. H. HOEPNER *de tutela pactitia et naturali*. Lipſ. 1731. C. G. KNORRE progr. *de tutela pactitia Romanis incognita.* Hal 1736. C. G REINHARD epiſtola *de tutela pactitia Romanis non incognita*. Lipſ. 1739. D. H. KEMMERICH ſ. reſp. I. H. DARIES *de tutela pactitia tam in iure Romano quam Germanico fundata, eiusque in foris noſtris vſu*. Ien. 1739. OPII XANTROPII meditatio *de fictitio tutelae pactitiae fundamento in iure Romano.* Gremhuſing. 1740. L. H. SCHMID *de tutela pactitia iure Rom. incognita.* Alton. 1743.

2) Kreitmayr T. I. p. 202.

3) Ab-

3) Abhandlung vom Schickſal der Lehre von der zugeſagten Vormundſchaft; in Nettelblatts Hall. Beytråg. zur juriſt. gel. Hiſt. T. I. p. 121. ſqq.

## §. 506.

Altera tutelae ſpecies eſt *teſtamentaria* 1). Iam cum teſtamentorum vſus aut nullus fuerit, nondum introducto iure Romano, aut ſaltem perexiguus: facile patet, tutelam teſtamentariam olim in Germania prorſus ignoratam, eamque cum iure Romano demum receptam eſſe, et ex hoc adeo vnice interpretandam eſſe. Certe quae hinc inde de tutoribus teſtamentariis in ſtatutis occurrunt, tantum non omnia ex iure Romano petita ſunt 2).

1) IO. PETR. DE LVDEWIG *diff. iuris Rom. et germ. in tutelis teſtamentaria et legitima.* Hal. 1712. *T. II. opuſc. miſcell. p. 1071. ſqq.*

2) PVFENDORF *obſ. I, 49.* LEYSER *ſp. 330.* Kreitmayr T. I. p. 200. ſq.

## §. 507.

Tutoribus teſtamentariis non exſtantibus, vel a magiſtratu improbatis, res ad *tutelam legitimam* 1) abit, ad quam ſubeundam in Germania quoque omnes obligantur, qui ſucceſſionis commodis et exſpectatione vtuntur 2), vt adeo *mater* 3) quoque praecipuo loco ad tutelam admittatur. Eſt autem legibus cautum,

tum, vt mater, propinqui et interdum ſacerdotes aliique magiſtratui mortem patris et neceſſitatem conſtituendi tutoris denuncient, quod ni faciant, in quibusdam legibus 4) mater et propinqui hereditate priuantur. Praeter propinquos *extraneorum* quoque *tutela legitima* 5) datur, eorum nempe, qui, licet pupillo ſanguine iuncti non ſint, ſpe tamen ſucceſſionis pupillaris fruuntur, quo fit, vt domini directi, ſimultanee inueſtiti, heredes ex pacto ganerbinatus et exſpectatiua ornati in ſubſidium ad ſubeundum tutelae onus obligentur 6).

1) LVDEWIG diſſ. ad §. 506. citata. LÜDER MENKEN *de praerogatiua agnatorum prae cognatis in ſuſcipienda tutela curaue quoad allodium et feudum.* Lipſ. 1697. in *Volum. diſſ. p.* 511. *ſqq.* IO. BERN. FRIESE *de tutelae et ſucceſſionis legitimae nexu.* Ien. 1719. ARN. IO. SCHOTT *de tutela legitima.* Trai. 1723. GOTTL. REISE *de fundamento tutelarum legitimarum iure Saxonico antiquo, medio et recentiori.* Ien. 1745.

2) Kreitmayr p. 203. ſqq.

3) AMAD. ECKOLT diſp. I. II. *de tutela materna.* Lipſ. 1653. 1662. H. HAHN *de tutela matris.* Helmſt. 1661. IO. VOLKM. BECHMANN *de legitima matris et auiae tutela.* Ien. 1676. P. MASCOVIVS *de tutela materna.* Gryph. 1682. MICH. GRASS *de tutela materna nobilium imperii immediatorum.* Tub. 1701. CASP. H. HORN *de praerogatiua matris et auiae in ſuſcipienda tutela.* Vit. 1711. EIVSD. progr. *de non neceſſaria SC. Velleiani renunciatione matris et auiae, quae tutelam ſuſcipit.* ib. 1711. I. P. DE LVDEWIG *diſſ. I. R. et G. in tutelis maternis.* Hal. 1712. *T. II. opuſc. miſcell. p.* 1115.

*p. 1115. ſqq.* IO. H. FELZ *de tutela materna et auita.* Arg. 1715. IO. GOTH. KRAVSE *de eo quod iuſtum eſt circa tutelam maternam.* Vit. 1724. RVD. CHR. HENNE *de tutela legitima irregulari matri et auiae competente.* Erf. 1736. LVD. DAN. GE. VOSSIVS *de legitima matris et auiae tutela.* Duisb. 1747. IO. G. FLEISCHER *de tutela materna.* Arg. 1754.

4) Oeſterr. Gerhabſch. ordn. t. 4. §. 4. Mecklenb. P.O. p. 257. Preuſſ. V.O. 1718. §. 26. ſq. Magdeb. P.O. c. 43. §. 5. Jülich. R.O. p. 39. Münſter. L.O. t. 5. Erfurt. P.O. t. 15. c. 4. §. 2. ſtat. *hamb.* III, 6, 10. ref. *francof.* VII, 2, 6. Wormſ. P. I. l. 4. t. 6. Lüneb. Stadtr. P. 7. t. 1. §. lieſſe auch. Zell. t. 20. ENGAVII *diſſ. cit.* §. 18. *haec poena* tamen *ad negligentiam in petendo curatore commiſſam non pertinet*, cum lex poenalis ſtricte ſemper interpretanda ſit. vid. IO. CHR. FRANKE *de ſucceſſione liberorum matri in tutore ipſis petendo negligenti hodierno iure non adimenda.* Hal. 1718.

5) HIER. FRID. SCHORCH *de tutela feudali eiusque differentia ab allodiali.* Erf. 1745.

6) ad hunc locum omnino conferenda elegantiſſima diſſ. C. G. BVDERI ſ. potius reſp. C. F. WALCHII *de tutela extraneorum legitima.* Ien. 1753.

## §. 508.

Si nec adſint tutores legitimi, magiſtratus ex officio pupillis tutores conſtituit, et tum *tutela datiua* 1) locum habet. Maior autem hodie magiſtratuum in his tutoribus conſtituendis poteſtas eſt. Cum enim omnes tutores cum inquiſitione conſtitui debeant 2): in magiſtratus poſitum eſt arbitrio, velit aliquem pacto, lege, teſtamento nominatum, reiicere,

reiicere, aliumque in eius locum ſubſtituere, quod tamen non temere nec ſine iuſta cauſſa 3) fieri ſolet 4).

1) IOACH. NERGER *de tutela datiua.* Vit. 1654. CHR. WILDVOGEL *de tutela datiua.* Ien. 1691. MARC. RHODIVS *de tutoris datione.* Frf. 1706. I. H. MEIER *de tutela datiua.* Erf. 1711. I. P. DE LVDEWIG *de diff. I. R. et G. in tutela Atiliana.* Hal. 1713. *T. II. opuſc. p. 1161. ſqq.* IO. FRID. FLEISCHMANN *de tutela datiua perſonarum illuſtrium.* Arg. 1713. IO. WIEGER *de iis, qui tutores dare poſſunt.* Arg. 1740.

2) R. I. 1577. t. 32. §. 1. 2.

3) v. c. ſi tutor ſit alienae iurisdictionis. IO. FRID. HERTEL *de tutore alienae iurisdictionis.* Ien. 1739.

4) quid autem de vſu actionis tutelae Romanae ſubſidiariae in foris Germaniae ſentiendum ſit, curate tradit G. C. GEBAVER in diſſ. *de actione tutelae aduerſus magiſtratum.* Lipſ. 1726. *c. 2. p. m. 23. ſqq.*

## §. 509.

*Tutorum non vna* eſt in Germania *conditio.* Omnes quidem in eo conueniunt, quod dentur perſonis, quae rebus ſuis ſupereſſe non omnino poſſunt. Enimuero cum hoc variis de cauſſis fieri poſſit, propter aetatem nempe, ſexus imbecillitatem, morum prauitatem, amentiam denique, vel propter diuturnam abſentiam eius, de cuius vita adeo dubitare liceat: magnum quoque diſcrimen ratione officii ſingulis incumbentis exoritur praeſertim intuitu rerum vel perſonarum fidei

dei tutoris concreditarum 1). Sed de ſingulis mox ſigillatim exponemus.

1) qui nullam nec perſonae directionem nec bonorum habent adminiſtrationem, *tutores honorarii* nominantur. WOLFG. AD. LAVTERBACH *de tutore honorario.* Tub. 1675. FRID. SCHRAG *de tutela non adminiſtratoria.* Arg. 1689. I. H. FELZ *de tutela honoraria.* ib. 1720. SAM. FRID. WILLEMBERG *de honorario et notitiae cauſſa dato tutore.* Gedan. 1721. CONR. FRID. MÜNZ *de auctoritate tutoris honorarii.* Alt. 1752.

# TITVLVS II.

## DE CONFIRMATIONE ET EXCVSATIONIBVS TVTORVM.

### §. 510.

Tutela in Germania quoque pro munere publico habetur, adeoque omnes qui teſtamento, lege vel magiſtratus conſtitutione ad ſubeundum onus tutelare vocantur, illud ſubire coguntur, niſi quis cauſſas lege probatas adlegare poſſit, quae ipſum vel a tutela omnino arceant, vel eamdem recuſare permittant, quod *excuſationem* 1) more Romanorum adpellamus. *Tutores* tamen *pactitii an excuſationibus* vti *poſſint*, recte dubitatur, cum ſi pactum de tutela ſuſcipienda generatim moribus defendatur (§. 504.), paciſcens ab eodem recedere nequeat, eoque ipſo priuilegio

ſuo

ſuo renunciaſſe cenſeatur. Iam hae ipſae cauſſae excuſationum iudici, penes quem eſt tutoris datio, tempeſtiue ſignificandae ſunt probandaeque. Pendente cauſſae cognitione nominatus tutor tutelam omnino ſuſcipere cogitur; interdum tamen his ſimilibusque de cauſſis *tutor*, quem vocant, *interimiſticus* 2) conſtituitur.

1) IO. AVG. HELLFELD *de excuſationibus tutorum et curatorum;* in *iurisprud. heroica T. VI. c. 3.* G. A. IENICHEN ſ. reſp. CHR. IAC. DE ZWIERLEIN *obſeruationes ſelectae ex iure germanico et S. R. I. publico de excuſationibus tutorum et curatorum.* Gieſſ. 1755.

2) I. C. GVMPRECHT *de tutore interimiſtico.* Alt. 1682. ERN. IO. FRID. MANZEL *de tutore interimiſtico.* Roſt. 1747.

## §. 511.

Quod primum *cauſſas excuſationum voluntarias* ſpectat, in plerisque ſtatutis et legibus prouincialibus eo refertur 1) numerus quinque, ſex, octo vel decem 2) liberorum, abſentia in negotiis reipublicae; munus et officium publicum, profeſſio artium liberalium; priuilegium certo cuidam hominum generi datum; tria onera tutelae; paupertas; aduerſa valetudo; imperitia litterarum, ſenectus LX. vel LXX. annorum; et id genus aliae cauſſae; ſed quilibet, me quoque non monente animaduertet, pleraque haec excuſationum genera ex iure Romano eſſe petita et paucis forte immutata.

1) IENICHEN *l. c.* §. *6-15. p. 14. ſqq.*

2) Naſſ. L. O. p. 158. eine ziemliche Anzahl, als 10. Kinder. IO. MART. SILBERRAD diſſ. *numerus liberorum a tutela hodie non excuſans.* Arg. 1746.

## §. 512.

Idem fere dicendum eſt de *excuſationibus impropriis ſ. neceſſariis* 1). Generatim nempe omnes ii ex neceſſitate iuris a tutela ſubeunda excuſantur, qui ob morum prauitatem, aeris alieni magnitudinem, ſingularem officii munerisque ſui conditionem vel ob hypothecam bonis ipſorum imminentem ſufficientem pupillo ſecuritatem praeſtare non poſſunt; quo fit, vt vitio dediti, prodigi, rei fiſcalis 2), tributorum et vectigalium adminiſtratores, vitrici ſimilesque ad tutelam, etiamſi velint, non admittantur; qua tamen in re denuo tantum non omnia ex iure peregrino deducta eſſe intelliguntur 3).

1) C. F. BESSER *de excuſatione tutorum et curatorum impropria.* Lipſ. 1752.

2) adminiſtratores rerum ad vrbes pertinentium huc referri non debent, cum vrbes iure fiſci non vtantur (§. 305.). SCHAAFF *de iure fiſci ad ciuitates mediatas non pertinente.* §. *10.*

3) IENICHEN §. *16. p. 37. ſqq.*

## §. 513.

Sin ergo deſignatus tutor excuſationes legitimas non habet, vel iisdem vti non vult,

 ſollenini

ſollemni iudicii pupillaris decreto delata ipſi *tutela confirmatur* 1), qua in re mores Romanorum a germanicis longiſſime recedunt. In Germania enim *omnes* omnino *tutores*, ex praeſcripto legum imperii 2), *confirmandi ſunt*, ſiue pacto vel teſtamento conſtituti, ſiue lege ad tutelam vocati ſint, ſi vel maxime nullum in perſona conſtituentis et conſtituta aut in modo conſtituendi vitium adpareat. Facta autem confirmatione tutor *cautionem* praeſtat, niſi bona immobilia, ipſum ab onere cautionis praeſtandae liberantia 3), poſſideat; vt tamen et hoc caſu *iuramento* 4), rem pupillo ſaluam fore, promittat.

1) FELIX SPITZ *de tutela confirmata.* Ien. 1677. 10. IOACH. BARTELS *de confirmatione tutorum.* Alt. 1697. G. H. AYRER *diſſ. iur. Rom. et germ. cumprimis lubecenſis in confirmandis tutoribus.* Goett. 1748.

2) R. P. O. 1548. t. 31. §. 2. 1577. t. 32. §. 2.

3) G. H. AYRER *de cautione a bonorum immobilium poſſeſſore non exigenda.* Goett 1748.

4) R. P. O. 1548. t. 31. §. 3. G. H. AYRER *de abuſu iuramentor. e rep. proſcribendo ſ. 2. §. 17. p. 71. ſqq.*

Titv-

# TITVLVS III.

## DE OFFICIO ET AVCTORITATE TVTORVM ET CVRATORVM.

### I. DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS PVPILLORVM ET MINORVM.

### §. 514.

In declarandis, quae de ſingulis tutorum claſſibus (§. 509.) exponi debent, iuribus et obligationibus 1), merito initium capimus a pupillis et minoribus, et qui ipſis praeſunt, tutoribus et curatoribus; qua in re illud repetendum eſt, quod ſupra iam demonſtrauimus (§. 197.) *nullum eſſe inter tutores et curatores diſcrimen*, legesque curatoribus in minores, eorumque bona et perſonam, eamdem, quae tutoribus in pupillos competit, tribuere poteſtatem, de qua nunc ſigillatim tradendum eſt.

1) TH. SCHROER *inſtitutiones tutorum et curatorum*, von dem Amt der Vormünder und Pflegeväter. Frf. 1666. Bresl. 1672 4. C. SPECHT *de his quae vſu fori et ſecundum quarumdam prouinciarum et ciuitatum ſtatuta tutoribus et curatoribus et circa eos obſeruanda ſunt.* Viteb. 1738. IAC. GOTTL. MARTINI *de officio tutorum et curatorum.* Lipſ. 1743.

## §. 515.

Ratione *perſonae pupilli* 1) tutori et curatori vsque ad *aetatem maiorem* (§. 198. 199. 200.) vel impetratam legitime iudiciisque inſinuatam *veniam aetatis* (§. 201.), plenum ius dirigendi competit, vt pupillus nihil ſine auctoritate tutoris peragat, et ipſe nomine pupilli omnia celebrare poſſit, neque inuitus pupillum ipſum in conſilium vocare cogatur 2). Hinc nec minorem ſine *curatoris conſenſu ſponſalia contrahere* aut ipſum adeo matrimonium inire poſſe ſupra demonſtrauimus (§. 416.).

1) MART. GOTTL. PAVLI diſſ. *vtrum ii, qui ſub tutela viuunt, hodie ſui ſint vel alieni iuris homines*, Gedan. 1757. LEYSER *ſp. 224. m. 2.*

2) Kreitmayr T. I. p. 231. ſqq. Interdum tamen leges volunt, minorem in conſilium vocari Hohenl. L. R. p. 54.

## §. 516.

Quod ad *bona pupilli* attinet, tutor ante omnia de *inuentario* conficiendo ſollicitus eſſe debet 1), quo non facto tutor tamquam ſuſpectus ſtatim ab initio tutelae remouetur. Interdum vero, niſi de dolo ſuſpectus ſit tutor, inuentario non confecto, iurata bonorum deſignatio, quae ſpecificatio dicitur, admittitur 2). Neque tamen, ſi pater tuto-

ri

ri inuentarii confectionem remiſerit, niſi accedente cauſſae cognitione, tutorem ab eius conficiendi neceſſitate liberari poſſe putauerim 3).

1) P. O. 1577. t. 32. §. 3.

2) REINHARTH *ad Chriſt. IV, 30. 31. p. 29. ſqq.* F. MEVIVS *de iurata ſpecificatione heredis et aliorum.* Frf. 1665. 1674. C. F. SCHROETER *de iurata ſpecificatione.* Ien. 1715. C. W. STRECKER *de ſpecificatione iurata.* Erf. 1737.

3) BOEHMER *reſp.* 593.

## §. 517.

Confecto inuentario ipſam bonorum adminiſtrationem ſuſcipit. Qua in re moribus Germanorum olim receptum erat, vt tutor fructus perciperet, praeſertim ſi ipſe quoque heres pupillo exſiſteret. Haec ipſa *tutela fructuaria* 1) ipſum faciebat dominum fructuum rerumque mobilium, et a rationum ratione immunem 2). Sed defecit ab hac conſuetudine Germania, hodieque *non niſi inter illuſtres* perſonas *conſeruatur* 3), et interdum 4) quoque in bonis ruſticis. Hodie ergo tutela non amplius eſt fructuaria, niſi tutelam maritalem (§. 466.) et parentum (§. 492.) fructuariam exceperis; hinc *tutorem*, qui ſolo adminiſtratoris iure cenſetur, *ſingulis annis rationem* geſtae adminiſtrationis *reddere oportet* 5). Saepe tamen, ſi pupilli facultates ſufficiant,

ficiant, *tutori ſalarium* 6) *conſtituitur*, accedente cauſſae cognitione determinandum.

1) I. P. DE LVDEWIG *diſſ. iur. Rom. et Germ. in fructuum attributione in primis tutelae fructuariae.* Hal. 1712. *T. II. opuſc. p. 1204. ſqq.* F. E. PVFENDORFII obſeruationes *de tutela fructuaria ad ius hodiernum Luneburgicum adcommodata;* collocatae in ESTORIS klein. Schrift. *T. III. p. 416. ſqq.* poſtea auctoris obſeruationibus inſertae T. I. obſ. 47.

2) S. F. RAPPOLD *de aneclogiſto.* Alt. 1685. PETR. SCHVLZE *de aneclogiſtis.* Frf. 1685. IER. EB. LINK *de tutoribus aneclogiſtis.* Arg. 1733. C. L. CRELL *de tutore aneclogiſto, et quando rationes tutelae repoſci nequeant.* Vit. 1741.

3) RINGLER *de tutelis illuſtrium p. 238. ſq.* vid. tn. Moſers Staatsrecht T. XVIII. p. 363. ſqq. EIVSDEM Reichshofrathsconcluſa T. VII. p. 984.

4) PVFENDORF *T. I. obſ. 47. §. 49.*

5) R. P. O. 1577. t. 32. §. 3.

6) I. D. IMLIN *de ſalario tutorum.* Arg. 1672. LÜDER MENKEN *de ſalario tutorum et curatorum.* Lipſ. 1694. in *Volum. diſſ. p. 373. ſqq.* BERNH. LVD. MOLLENBECK *de ſalario tutorum et curatorum.* Gieſſ. 1704.

## §. 518.

Finita tutela tutor iudicio tutelari generales vniuerſae tutelae rationes reddit, quo facto ſi nihil contra easdem moneatur, vel tutor monitis plene ſatisfecerit, apocham genera-

neralem accipit, eaque ab onere geſtae tutelae omnino liberatur 1).

1) Kreitmayr T. I. p. 240. ſqq. ACHAT. CAR. LVD. SCHMID *de impugnandis adminiſtratorum rationibus iam adprobatis*. Ien. 1755.

## II. DE CVRATORIBVS SEXVS S. FEMINARVM.

### §. 519.

Feminas propter ſexus imbecillitatem in multis Germaniae territoriis curae perpetuae ſubiectas eſſe ſupra iam commonſtrauimus (§. 195. 196.). Haec ipſa *autem cura ſextus a cura aetatis* maxime *differt*. Femina enim ipſa bonorum ſuorum adminiſtrationem ſuſcipit, et de reditibus eorum libere diſponit. Neque etiam in cauſſis rem familiarem aut mercaturam, ſi quam exercet, ſpectantibus directioni curatoris ſui obnoxia eſt. Sin vero cauſſam in iudicio diſceptare aut de bonis immobilibus diſponere velit, ad conſenſum conſiliumque curatoris ſui adſtringitur, vt, quae ſine curatore egit, omnino poſſint reſcindi. Neque tamen haec cura, niſi morte feminae, finitur, niſi quod in iis prouinciis vbi maritus vxoris curator legitimus habetur (§. 466.) conſummato matrimonio in maritum transferatur 2).

1) LVC. LYSER *de curatore ſaxonico mulierum.* Arg. 1659. I. H. BERGER *de curatoris neceſſitate in actis mulierum.* Vit. 1689. in *diſſert. iur. ſel. p. 309. ſqq.* H. BODINVS *de his quae mulier ſaxonica valide ſine curatore agit.* Hal. 1713. GEBH. CHR. BASTINELLER *de negotiis, quae a muliere ſine curatore in Saxonia expediri poſſunt.* Vit. 1727. TOB. IAC. REINHARTH *de feminae ſaxonicae negotiis absque curatore validis.* Erf. 1728. EIVSDEM *genuinae curae ſexus et aetatis differentiae.* ib. 1728. REINH. FR. SAHME *de curatore mulieris prutenico.* Regiom. 1731.

2) EV. OTTO *de perpet. femin. tutela c. 2. §. 11.*

## III. DE CVRATORIBVS PRODIGORVM.

## §. 520.

*Prodigorum* 1) nomine deſignantur, quibus ob dilapidationem opum, bonorum ſuorum adminiſtratione, decreto iudicis interdictum eſt, et curatores ideo conſtituuntur. Quod ad ſtatum prodigorum attinet, ratione perſonae quidem imperio tutelari obnoxii haud efficiuntur 2), vt tamen interdum ne liberorum quidem educatio ipſis committatur. Omnis autem adminiſtratio bonorum ipſis prorſus adimitur, nec contrahere aut donare, niſi cum curatorum conſenſu, poſſunt 3); donec ipſis ad ſanam mentem redeuntibus, demto curatore, bonorum adminiſtratio reſtituatur, quid? quod quibusdam legibus par-

particularibus ipſa adeo teſtandi facultas 4) ipſis adimatur?

1) I. THOMAE *de prodigo.* Ien. 1648. FR. ERN. HERTEL *de iure circa prodigos.* Erf. 1737.

2) hinc non ſatis concinne Mundtodt dicuntur iure wurtembergico et badenſi.

3) Kreitmayr T. I. p. 269. ſq. ref. *noric.* t. 39. l. 2. *hamb.* P. 3. t. 1. a. 15. Solm. P. 2. t. 21. Maynz. Unterger ordn. tit. von Curatoren. Würtemb. L. R. P. 3. t. 21. Pfälz. L. R. P. 3. t. 2. a. 7. Baden. L. R. P. 4. t. 2. §. 6. Hohenl. L. R. P. 2. t. 1. §. 6. Wormſ. lib. 4. P. 1. t. 15. *lubec.* lib. 1. t. 7. a. 6. Ulm. P. 2. t. 5. §. 4. Naſſ. L. O. p. 84.

4) C. F. WALCH *de teſtamento prodigi iure germanico inualido.* Ien. 1754. *p. 13. ſqq.* ibique adlegati. cf. tamen CHR. HANACCII diſſ. *ius teſtandi prodigo adſertum.* Vit. 1724.

## IV. DE CVRATORIBVS FVRIOSORVM.

### §. 521.

Alia curatoris furioſorum ratio. *Furioſus* 1) enim cum nec perſonae, nec bonorum ſuorum curam habere poſſit: curator qui eidem conſtituitur, ius dirigendi actiones ipſius eumque alendi, et plenam bonorum furioſi adminiſtrationem exercet. Facile ergo colligitur, furioſum nihil omnino ſine curatore agere poſſe; et licet interdum dilucida mentis interualla habeat, haec tamen in caſu du-

bio ſemper probanda ſunt, cum ſtatus mentis ordinarius merito praeſumatur 2).

1) I. A. FROMMANN *de iure furioſorum ſingulari.* Tub. 1655. IO. DAN. TAVBER *de iure circa furioſos obtinente.* Alt. 1703.

2) C. THOMASIVS *de praeſumtione furoris atque dementiae.* Hal. 1719.

## V. DE CVRATORIBVS ABSENTVM.

### §. 522.

Si quis tandem diu *abſens* 1) fuerit, nec bonorum ſuorum adminiſtrationem alii mandauerit: plerumque ad petitionem proximorum conſanguineorum ex decreto magiſtratus curator conſtituitur 2), qui bona abſentis adminiſtret. Iam ſi abſens eam aetatem attigerit, vt mortuus eſſe praeſumatur, curatores aut alii, qui ſe proximos abſentis heredes probauerunt, plenum omnium bonorum abſentis dominium nanciſcuntur 3).

1) Q. SEPT. FLOR. RIVINVS *de fauore iuris circa bona diu abſentium.* Lipſ. 1679. GE. ENGELBRECHT *de iure abſentiae.* Helmſt. 1687. IOA. GVNTHER *de priuilegiis abſentium.* Erf. 1706. G. H. LINK *quando abſens habeatur pro mortuo.* Alt. 1727. F. A. HOMMEL *ſeptuagenarius abſens factus quando mortuus habeatur.* Lipſ. 1751. I. R. ENGAV *de iure abſentium.* Ien. 1753.

2) I. C. LAVBER *de curatoribus bonis abſentum dandis.* Alt. 1664. IO. G. SIMON *de curatore diu abſentis, de cuius vita dubitatur.* Ien. 1672. in EIVSDEM *praeſid. acad. T. II. p. 871. ſqq.* IO. BVNZ *de abſente pro mortuo declarando eiusque adquirenda hereditate.* Baſ. 1686. ISR. ROSENFELD *de adminiſtratione bonorum abſentis proximis ſucceſſoribus competente* Erf. 1712. E. D. LIEBHABER *de iure cognatorum in bonis abſentium.* Lipſ. 1716. IER. E. LINK *de abſentis deperditi hereditate.* Arg. 1734. C. W. STRECKER *de nullitate alienationis heredis abſentis ante tempus legitimum a curatore factae.* Erf. 1735. C. L. CRELL *quando curator abſentis heredes aeque propinquos a ſucceſſione excludat.* Vit. 1737.

3) LEYSER *ſp. 95. 97.* REINHARTH *ad Chriſt. III, 35. p. 55. ſqq.*

LIBER

# Liber III.
## DE RERVM DIVISIONIBVS ET IVRIBVS.

## Capvt I.
### DE REBVS PRIVATORVM DISPOSITIONI NON SVBIECTIS.

### Sectio I.
#### DE REBVS DIVINI IVRIS.

§. 523.

*Rei* 1) vti apud Romanos, ita et in Germania adeo late patens eſt adpellatio, vt omne illud ſignificet, quod in bonis aut eſt, aut eſſe poteſt 2), vt adeo iura etiam, nomina et actiones ſub hac adpellatione contineantur. Non tamen vmquam eo progreſſi ſunt Germani, vt homines, ſeruos, vt hoc vtar, rebus accenſerent 3), quod Romae factum eſſe vulgo, licet perperam, contendunt; licet hoc, quod in certum hominem competit ius, trans-

tranſferri in alium poſſit, et hinc nobiles miniſteriales aliosque venditos eſſe intelligamus (§. 267.).

1) I. HENR. BERGERI *differentiae iuris perſonarum et rerum*. Vit. 1685. et in EIVSD. diſſ. *iur. ſelect. p. 237. ſqq.* H. E. KESTNER *de ſingularibus quibusdam Germanorum circa perſonas et res iuribus in iure Romano aut parcius aut plane non tractatis.* Rint. 1720. CHR. THOMASIVS *de rerum diuiſionibus in iure germanico priuato.* Hal. 1721. E I. FR. MANZELII *ſelecta capita de rerum diuiſione, et adquirendo earum dominio.* Roſt. 1755.

2) de alio, ſed obſceno, *rei* ſignificatu vide KEYSLERVM in *ſelect. antiquit. germ. p. 483.*

3) GE. BEYERVS *de vſu iuris Romani in cauſſis ius perſonarum in Germania concernentibus.* Vit. 1712. in *Volum. diſſ. p. 318. ſqq.*

## §. 524.

Prima, quae in iure Romano occurrit *rerum diuiſio*, *diuini* nempe *et humani iuris* 1), priſcis Germanis fere incognita fuit, qui 2) nec cohibebant parietibus Deos, neque in vllam hominis ſpeciem adſimilare, ex magnitudine coeleſtium arbitrabantur 3). Lucos ac nemora 4) conſecrabant deorumque nominibus adpellabant ſecretum illud, quod ſola reuerentia videbant 5). Introducta autem religione Chriſtiana cum eccleſiae germanicae immenſis diuitiis 6), auctae fuerint, facile eſt ad animaduertendum, omnem hanc de rebus diuini iuris doctrinam ex vſu iuris ecle-

cleſiaſtici 7) cenſeri coepiſſe, ad quod adeo tota hac de re tractatio ableganda eſt.

1) DIET. HERM. KEMMERICH *de natura et vſu diuiſionis rerum in res diuini et humani iuris, illarumque in ſacras, religioſas et ſanctas.* Viteb. 1729.

2) verba ſunt TACITI c. 9. ad quem vid. DITHMARVS *p. 59.*

3) KEYSLERI *antiquit. germ. p. 59. ſqq.* CLEFELII *antiqu. ſel. germ. p. 413. ſqq.* HEINECCII *elem. iur. germ. lib. II. §. 2. ſqq.* Stiſſers Forſt = und Jagdhiſt. p. m. 499. ſqq.

4) hinc praeſertim religioſus *quercuum* cultus. I. H. SCHMINK *de cultu religioſo arboris Iouis praeſertim in Haſſia.* Marp. 1714. Lipſ. 1740. *§. 7. ſqq. p. m. 9. ſqq.*

5) NIC. HIER. GVNDLING *de ſtatu reip. germ. ſub Conrado I. §. 9.*

6) LEYSER *ſp. 24.*

7) *Coemeteria*, quae rebus religioſis plerumque accenſentur, hodie inter Proteſtantes rerum vniuerſitatis iure habentur, et ſaepe negotiis politicis tractandis deſtinantur. BOEHMERI *ius eccleſ. Proteſt. lib. III. t. 28. §. 12. ſqq.* Buri p. 259. ſqq.

## §. 525.

*Rerum ſanctarum* 1) [befriedete Sachen] nomine deſignantur omnes eae, quae vel ob ſingularem, quae domino debetur, reuerentiam, vel ob magnam, quam reipublicae praeſtant, vtilitatem in ſingularem reipublicae protectionem recipiuntur, vt qui easdam violare

violare audeat, ſeuerius puniatur. Ad primam ſpeciem referuntur potiſſimum ſedes ſ. *reſidentiae*, quae vocantur *Principum* 2), quem in finem in priſtina iuris manuarii licentia 3) ſignum pacis erigebatur, et pactum etiam Principis cum miniſtris aulae et vaſallis de pace in burgo principis ſeruanda celebrabatur, quod *pax burgi* 4) der Burgfriede ſ. Hausfriede adpellatur; quod inſtitutum nobiles etiam ratione caſtrorum ſuorum imitati ſunt 5). Iam licet hodie ius manuarium ceſſet, nec ſigna pacis amplius erigi ſoleant: res ipſa tamen manſit, et ſanctitas reſidentiarum ob ſingularem, quae perſonis Principum debetur, reuerentiam etiamnum indelibata permanſit.

1) IO. HENR. BOETTICHER *de rebus ſanctis*. Helmſt. 1685.

2) SAM. STRYK *de reſidentiarum ſanctitate*. Hal. 1697.

3) d. mea *de reliquiis iuris manuar. in iure publ. et priuat. germ.* §. 13. p. 40. ſqq.

4) exempli loco vide Burgfriede M. Chriſtian Ernſt von Brandenb. C. C. *Culmbac*. T. II. Vol. I. p. 29. ſqq. Auguſti D. Brunſu. renovirter Burg- und Hausfriede d. 10. Apr. 1645. Heinrichſtädt. ſtat. p. 104. ſqq. et plerasque ordinationes aulicas (Hofordnungen). Moſers Hofrecht T. II. p. 795. ſqq.

5) ERN. FR. BOCH *de pace burgorum*. Arg. 1681. in ESTORIS klein. Schrift *T. II. p. 467. ſqq.* GE. NIC. APPOLD *de ſigno pacis*, von dem Burgfrieden. Gieſſ. 1694. apud ESTOREM *l. c. p. 491. ſqq.* Moſer *l. c. p. 823. ſq.*

§. 526.

## §. 526.

Altera rerum ſanctarum claſſis ob inſignem, quae ex iis ad rempublicam redundat vtilitatem, cum ſe ipſas defendere nequeant, in ſingulari reipublicae tutela collocantur, huc praeſertim referuntur *dicaſteria* 1), *pontes regii* 2), *termini* 3), interdum etiam *molendina* 4), *aratra* 5), *curiae mercatorum* 6) [Börſen], et res quae ſingularibus principum delectationibus inſeruiunt, *phaſiani* 7), vt hoc vtar et *foreſta bannaria* 8), in quibus ſolus Princeps venationis poteſtatem ſibi reſeruauit 9).

1) GE. ST. WIESAND progr. *de ſanctitate curiarum.* Lipſ. 1761. eleganti exemplo hoc illuſtrat HEINECCIVS *lib. II.* §. 20.

2) I. RVD. ENGAV *de regiorum pontium ſanctitate.* Ien. 1736.

3) GE. H. AYRER *de limitum praeſcriptione c. 1. §. 7. p. 12. ſqq.*

4) THEOD. G. W. EMMINGHAVS *de molendinorum ſanctitate.* Ien. 1758.

5) ALB. PHIL. FRICK *de aratrorum ſanctitate.* Helmſt. 1759. 1761.

6) vide e. g. ſtat. *lub.* IV, 15, 2. mandat. *hamb.* d. 1629.

7) ERN. MART. CHLADENIVS *de iure phaſianorum eorumque banno.* Vit. 1752.

8) Stiſſers Forſt- und Jagdhiſt. c. 4. §. 2. p. m. 71.

9) huc

9) huc quoque ſuo modo *pax domeſtica* (Hausfriede) referri debet. Indignum enim eſſe putabant Germani, hominem aliquem in propriis ipſius aedibus laceſſere (in ſeinen vier Pfählen). F. GERDES *de pace domeſtica.* Gryph. 1674. GE. BEYER *de violatione pacis domeſticae.* Vit. 1709. in *Vol. diſſ. p.* 156. *ſqq.* F. G. STRVV *de pace domeſtica.* Ien. 1713. PHIL. IAC. BECHTOLD *de crimine fractae pacis domeſticae.* Arg. 1721. ſtat. *lub.* IV, 8, 5. *Hamb.* IV, 51, §. vlt.

---

## SECTIO II.
## DE REBVS HVMANI IVRIS PVBLICIS.

---

### TITVLVS I.
### DE IVRE FLVMINVM.

#### §. 527.

In rebus humani iuris eminent *res publicae* 1). De communibus enim leges germanicae cum naturalibus et Romanis amice conſpirant. Ratione rerum publicarum vero magna inter ius peregrinum et germanicum differentia intercedit. Quae enim ex placitis iuris Romani publicae ſunt, vt proprietas ſcilicet ſit penes rempublicam, vſus autem omnium, qui ſunt de republica: eae quidem plerumque hodie *in proprietate ſunt et vſu Principum* noſtrorum conſtitutae 2).

1) G. L. BOEHMER *de iure principis circa loca et opera publica.* Goett. 1747. *c. 1.* §. *2. p. 2. ſqq. c. 3. p. 65. ſqq.*

2) LEYSER *ſp. 25. m. 2.*

## §. 528.

*Flumina* 1) ergo, quae rebus publicis ex ſententia iuris Romani accenſentur, hodie in Principum eſſe poteſtate dominioque, extra omnem dubitationem poſitum eſt, et licet ſint, qui hanc Principum poteſtatem ad *maiora* demum flumina reſtringi volunt, haec ipſa tamen diſtinctio legibus non probata eſt, atque adeo Principum ius in omnia flumina ita fundatum eſt, vt qui actum aliquem dominii in iisdem exercere velit, Principis conſenſu muniri debeat 2).

1) H. LINK *de iuribus fluminum.* Ien. 1670. AHASV. FRITSCH *ius fluuiaticum variorum auctorum in vnum volumen collectum.* Ien. 1672. CASP. ZIEGLER *de iuribus fluminum, pontium et pontonum.* Vit. MICH. GRASS *de libertate fluminum publicorum hodiernum relicta, in ſpecie qua vſum nauigationis, legitimis remediis contra vim publicam et priuatam aſſerenda.* Tub. 1695. in MOSERI *ſyntagm. diſſ. iur. publ. p. 424. ſqq.* FR. CHR. GEIGER *de regali fluminis.* Arg. 1734. CAR. G. WINKLER ſ. reſp. GVST. DIET. IDEN *de iure circa flumina.* Kil. 1758.

2) WINKLER §. 2.

§. 529.

## §. 529.

Ad praecipuos dominii fluuiorum effectus refertur *ius exſtruendi molendina* 1) [das Recht Mühlen anzulegen]. Iam quod ad flumina publica attinet, cum haec in dominio Principum ſint, priuatis non niſi Principe conſentiente molendina exaedificare licet; quo fit, vt molendina ſaepe in feudum data vel pro certo cenſu [Mühlenzins] conceſſa eſſe intelligantur 2). Iam licet ius exſtruendi molendina, in quibusdam regionibus pro re merae facultatis habeatur 3), *in plerisque* tamen *territoriis ad regalia minora refertur* 4), et licet nobiles aliique in legitima huius iuris poſſeſſione tuendi ſint, nemini tamen hodie molendinum exſtruere vel reaedificare permittitur, niſi qui expreſſam vel tacitam Principis conceſſionem adlegare poteſt 5).

1) IO. SVEVVS *de iure molarum*. Ien. 1624. I. HERING *de molendinis eorumque iure*. Frf. 1625. Lugd. 1663. IO. SPECKMANN *de iure molendinorum*. Corb. 1667. IO. MATTH. BILER *de arbore et palo molendinario*. Erf. 1680. 1759. IAC. BORN *de eo quod iuſtum eſt circa molendina*. Erf. 1689. SAM. STRYK *de iure prohibendi exſtructionem molendini*. Hal. 1700. LEONH. CHR. STVRM *de molendinis*. Frf. 1703. I H. BOECLER *de eo quod iuſtum eſt circa molendina*. Arg. 1723. Ien. 1748. IO. GE. SCHERZ *de molitoribus et molis* Arg 1724. IO. GE. LIEBKNECHT *de eo quod circa palos terminales aquarum et molendinorum vulgo* Sicher- und Heegpfähle *ex arte cognitum et neceſſarium eſt*. Gieſſ. 1728. TOB. IAC. REINHARTH *de eo*

*quod circa molendinorum exſtructionem atque bannum in primis in terris electoralibus brunſuico-luneburgicis iuſtum eſt.* Goett. 1740. Helmſt. 1750. IER. EBERH. LINK *excerpta quaeſtionum de molitoribus.* Arg. 1742.

2) Buri p. 614.

3) Cod. *auguſt.* T. I. p. 166. WERNHER *P. II. obſ. 382.* Cod. *auſtr.* T. II. p. 91. exſtructionem molendini ad propriam neceſſitatem in rebus merae facultatis ponit. Mecklenb. reuerſal 1621. §. 32. p. m. 32. ENGELBRECHT *delineat. Pomeran. Sueth. p. 148. 149.* MEVIVS P. 9. d. 72.

4) C. C. *march.* IV, 4. p. 99. ſq. p. 102. ſq. p. 173. ſq. V, 3. p. 244. Magdeb. P. O. c. 12. C. C. *magd.* III, 66. SCHEPLITZ *conſuet. march. et brandenb. P. 4. t. 23. p. 526.* de terris brunſuico-luneb. PVFENDORF I, 226. II, 162. III, 45. LEYSER ſp. 25. m. 2. SCHREIBER *de cauſſar. polit. et iuſtitiae conflictu et differ. ſ. 2. §. 16. p. 52. ſqq.* et *elem.* mea *iuris brunſu.* §. *391. 392.* C. C. *Culmbac.* T. II. Vol. I. p. 657. 758. 1322. de Haſſia IO. W. WALDSCHMID *de molendinis bannariis* §. *7. ſqq.* H. Caſſeliſche Mühlenordn. d. 1753. §. 1. Neue Altenb. Landesordn. p. 179. C. C. *Holſat.* T. II. p. 222.

5) ENGELBRECHT *obſ. 37. p. 169. ſqq.*

## §. 530.

Eadem de cauſſa *inſulae* 1) [Werder] in flumine publico natae et *alluuiones* 2) [Anlage, welche am Ufer oder Geſtade ſich erzeuget], maiores, ex conſenſu tantum non omnium ICtorum, licet lex vniuerſalis non adſit 3), non priuatis ex placitis iuris Romani 4), cedunt, ſed Principum vi dominii in fluuium ripasque

que

que competentis, eſſe iudicantur; eumque in finem Principes easdem fiſco ſuo vel expreſſe reſeruarunt 5), vel nobilibus aliisque easdem in feudum conceſſerunt 6).

1) MARQV. FREHER *de inſulis Rheni.* Heidelb. 1611. IO. GRYPHIANDER *de inſulis.* Frf. 1623. SAM. REYHER *de inſulis.* Kil. 1676. I. CHR. KLIPSTEIN *de dominio Rheni.* Gieſſ. 1740. I. RVD. ENGAVII diſſ. *cuinam inſularum in fluminibus publicis natarum competat dominium.* Ien. 1751. J. J. Moſer von dem Eigenthum derer in groſſen Ströhmen entſtehenden Inſuln und Anwachſe; in den Nebenſt. *p. 400. ſqq.*

2) H. COCCEII *de iure alluuiorum in imperio.* Heidelb. 1680. N. C. LYNKER *de acceſſione fluuiali.* Ien. 1689. GE. ENGELBRECHT *de iure alluuionis.* Helmſt. 1695. HENR. THEOD. PAGENSTECHER *de regali alluuionum inſularumque in flumine publico naturam iure.* Lemg. 1739. Cramer: ob das ius alluuionum zu den Regalien gehöre? in den Wetzlar. Nebenſt. *P. 9. p. 109. ſqq.*

3) neque huc pertinet conſtitutio Imp. Adolphi de 1293. apud GOLDASTVM *T. III. p. 315.*

4) de his vide B. H. REINOLDVM *de inſulis;* in *opuſc.* a IVGLERO editis p. 599. ſqq.

5) vide e. g. de Saxonia BERGERI *oecon. iur. lib. II. t. 2. §. 15.* de Bauaria Kreitmayr ad Cod. iud. Bau. p. 23.

6) MICH. GRASS *de neglectis quoad adquirendi modos fiſci commodis c. 2. §. 20. ſqq. p. m. 43. ſqq.* WINKLER *§. 20. 21.*

## §. 531.

In fluminibus publicis ſolus Princeps ius grutiae quoque et traiectus exercet. *Ius grutiae*

*tiae* 1) Flößrecht denotat ius ligna flumine ſecundo extra nauigium ad locum aliquem deuehendi 2). *Ius traiectus* 3) autem ſ. Fährrecht ſignificat ius, exſtructo pontone res et perſonas pro certa mercede traiiciendi. Vtrumque ius licet ſoli Principi in fluminibus publicis tribuendum ſit, priuatis tamen vel conductionis vel feudi titulo concedi poteſt ſoletque 4).

1) IO. CHR. LIPPOLD *de iure grutiae.* Merſeb. 1674. A. FRITSCH *de regis iure grutiae ſ.* Floßrecht. Numb. 1688. IO. BERNH. FRIESE *de iure grutiae.* Ien. 1701. IO. ANT. MAVPINOT *de iure grutiae.* Arg. 1750.

2) C. C. *Cal.* c. 2. p. 673. 783. Gothaiſche L. O. p. 129.

3) IO. H. MEIER *de iure ripaticorum ſ. de iure habendi pontonem in flumine publico.* Erf. 1714.

4) C. C. *march.* IV, 1. p. 474. WINKLER §. 17. 18.

## §. 532.

Ex eodem dominii fluuiorum fonte *ius piſcandi* 1) in flumine publico et piſcationem legibus ornandi 2); ius *aurum fluuiatile* 3) [Waſchgold] colligendi, itemque ius rerum in littore inuentarum permanant. Cum enim principi dominium in omnes *res* in *nullius* 4) hominis poteſtate conſtitutas, quae *adeſpota* vocantur, tribuatur, eaeque ſi vel magni ſint momenti, vt *ſuccinum* 5), *gemmae* et id genus aliae, vel frequentius praeſertim in flu-

mine inueniantur, peculiaribus ſanctionibus fiſco vindicari ſoleant: non eſt mirandum, animalia quoque aliasque res, quae in fluminibus eorumque ripis inueniuntur, Principis dominio ſimiliter vindicari 6).

1) FR. MELCH. FISCHER *de iure piſcandi*. Erf. 1719. LEYSER *ſp. 503*. Stiſſers Forſt- und Jagdhiſtorie c. 7. §. 18. 34.

2) KLOCK *Vol. I. conſ. 33*. Denekens Dorf- und Landrecht P. I. p. 320. ſqq. Stiſſers Landwirthſch. c. 8. ſ. 2. p. 289. ſqq.

3) GE. AD. STRVVII ſ. reſp. BVRC. GOTTH. STRVVII diſſ. *de auro fluuiatili ſ.* Waſchgold. Ien. 1689. C. C. *Culmb*. T. II. Vol. II. p. 319. ſq.

4) IO. IOACH. SCHOEPFER *de iure principis circa adeſpota*. Roſt. 1705. C. F. PAVLI *de iure principis circa res nullius in genere, et in ſpecie regis Boruſſorum circa res nullius in Boruſſia*. Hal. 1747. LEYSER *ſp. 443*.

5) PHIL. RICH. SCHROETER *de iure ſuccini in regno Boruſſiae*. Regiom. 1722.

6) WINKLER §. *23. 24*.

## §. 533.

Cum Principes ſibi dominium fluuiorum rerumque in iisdem exſiſtentium dominium vindicarent: ortum inde traxit barbarum et impium *ius littoris* 1), das Strandrecht ſ. Grundruhr dictum; quo nomine non bona tantum naufragorum, quae littori adpellebantur, praedonum more, capiebant, ſed ipſos adeo miſeros homines, naufragium paſſos,

in ſeruitutem vindicabant 2). Miteſcentibus paullatim moribus ſublata quidem naufragorum ſeruitus, ipſum tamen ius littoris impune exercebatur, donec nouiori demum aetate Nemeſis Carolina 3) aliaeque leges particulares 4) ſaeuam hanc conſuetudinem penitus abolerent. Introductum tamen, vt publica auctoritate bona naufragorum colligantur, dominisque, ſoluta modica *pecunia*, quae *ſeruaticia* 5) ſ. Bergegeld dicitur, omnia reſtituantur.

1) IAC. GOTHOFREDVS *de imperio maris deque iure naufragii colligendi.* Gen. 1637. IOA. SCHELE *de iure naufragii colligendi.* Arg. 1674. GOTH. NIC. SCHLEENSTEIN *de compendio naufragiorum.* Vit. 1674. F. GERDES *de naufragio et naufragiorum iuribus.* Gryph. 1681. IOACH. SCHVLZ *de iurisdictione littorali.* Alt. 1683. H. EDZARD *de naufragiis.* Baſ. 1686. THEOD. PAVLI *de bonis naufragorum fiſci et priuatorum acquiſitionem effugientibus.* Regiom. 1689. IOA. BALTH. MELCHIOR *de naufragio et naufragiorum iuribus.* Gieſſ. 1701. I. FB. LINK *de iure quod Gallis appellatur droit de Varech.* Arg. 1729. IOA. LVD. LESTOCQ *de nauibus rebusque ob diſcrimen tempeſtatis maritimae pro derelicto habendis vel non habendis.* Regiom. 1744. et adnexum progr. IO. ST. WAGAE ib. eod. HAICO HAYKENS *de derelicto, in ſpecie de naui in mari glaciali naufragio rupta a vectoribus abdicata et ab alio inuenta.* Fran. 1747. IAC. SCHVBACK diſſ. *de iure littoris.* Goett. 1750. M. C. ERICIVS *de iurisdictione littorali.* Goett. 1751. IAC. SCHVBACK *commentarius de iure littoris.* Hamb. 1751. I. C. H. DREYER *ſpec. iuris Lubec. ſ. pacta -- circa ius littoris.* Buzou. 1762. 4.

2) SCHOTTELIVS c. 20. p. 387. ſqq.

3) C. C. C. a. 218. ibique KRESSIVS.

4) ius *lub.* lib. 6. t. 5. a. 3. *hamb.* P. 2. t. 17. a. 4. Steins Abh. des Lüb. Rechts P. 5. §. 111. p. 134. ſqq. Seerecht der Hanſeeſtädte t. 9. a. 2. et documenta commentario Schubackiano adiecta.

5) I. S. F. BOEHMERI diſſ. *de ſeruaticio.* Hal. 1743. Cramers Nachrichten von Holſtein T. I. p. 207. ſq.

## §. 534.

Tandem ad res nullius, a quibusdam Iureconſultis, referuntur quoque *theſauri* 1) ſ. pecuniae defoſſae, de quarum domino non conſtat. Enimuero cum non adſit lex vniuerſalis, quae fiſco dominium theſaurorum vindicet 2), neque etiam legibus particularibus 3), niſi perpaucis 4), illud nitatur: facile eſt ad animaduertendum, rem omnem, niſi contraria lex vel obſeruantia adlegetur, ex ſententia iuris communis diiudicari oportere 5).

1) G. STRAVSS *de iure priuatorum circa theſauros.* Vit. 1668. I. H. FELZ *de iure theſaurorum.* Arg. 1701. IAC. AVG. FRANKENSTEIN *de eo quod iuſtum eſt circa theſauros.* Lipſ. 1727. CASP. ACH. BECK progr. *de hiſtoria et fatis doctrinae de theſauris.* Ien. 1729. C. G. GOLL *an theſauri iure germanico hodierno regalibus fiſci annumerandi ſint.* Alt. 1754.

2) argumentum enim ex *ſpec. ſaxon.* I, 35. petitum, cum ob vacillantem ſpeculi ſaxonici auctoritatem (§. 36.) tum ex ipſa eiusdem interpretatione authentica facile refellitur. Sächſ. L. O. P. II. c. 53.

3) corp. iur. *Frideric.* P. II. lib. II. t. 1. a. 10. ſqq. Oſtfrieſ. L. R. II, 293. ref. *noric.* t. 25. l. 1. Mühlhäuſ. ſtat. lib. III. a. 95.

4) Oberoeſt. L. G. O. a. 4. §. 1. FINSTERWALDER *obſ. pract. III, 22.* reform. *Wormat.* lib. 6. P. 2. t. 21.

5) Ludewig gel. Anzeig. P. I. p. 759. HORN *claſſ. V. reſp. 9.* WERNHER *P. 6. obſ. 322. P. 8. obſ. 411.* LEYSER *ſp. 442. m. 2.* GOLL *§. 29. ſqq. p. 34. ſqq.*

# TITVLVS II.

## DE IVRE FORESTORVM, SILVARVM ET VENANDI IVRE.

### §. 535.

Alteram rerum publicarum ſpeciem conſtituunt foreſta et ſiluae. *Foreſtum* 1) plerumque denotat 2) determinatam ſiluae, montium conualliumque partem, cui peculiaris miniſter, quem foreſtarium ſ. Förſter vocant, praepoſitus eſt; interdum vero 3) ſiluam prohibitione ſ. banno de non vſurpanda venatione et lignatione munitam, quam tamen *foreſtum bannarium* 4) [Bannforſt] adpellare ſolent. Complexus iurium domino foreſti, qua tali competentium, *ius foreſti* 5) ſ. Forſtrecht nuncupatur. Iam licet pleraque foreſta per vniuerſam Germaniam in dominio Principum ſint; ſunt tamen et priuatis vel vniuerſitatibus ſua *foreſta*; quo fit, vt recte in *publica*

*blica* ſ. dominica et *priuata* 6) deſcribantur.

1) Noe Meurer Jagd = und Forſtrecht. Frf. 1576 Marp. 1602. 1613. f. SEB. KHRAYSERI *ius foreſti Romano bauaricum.* Neob. 1650. EIVSDEM *ius venandi aucupandi et piſcandi Romano-bauaricum.* ib. 1651. et in AH. FRITSCHII *corp. iur. venatorio foreſt. T. I. p. 117. ſqq.* PHIL. HELFR. KREBS *de ligno et lapide.* Aug. Vind. 1700. I. IAC. REINHARD *tractatio ſuccincta de iure foreſtali Germanorum, nec non de iure in Germania celeberrimo* Märkerrecht *dicto.* Frf. 1738. 4. 1759. 8. G. W Moſer Grundſätze der Forſtoeconomie. Frf. 1754. 8.

2) Stiſſers Forſt = und Jagdhiſt. c. 1. §. 5. p. 5. ſq.

3) REINHARTH *c. 1. §. 4. p. m. 7. ſqq.*

4) Stiſſer c. 1. § 9. ſq. p. 10. ſqq.

5) Stiſſer c. 1. § 17. DIET. HERM. KEMMERICH progr. *de iure foreſti nobilibus imperii immediatis quoque competente.* Ien. 1736.

6) J. C. Buri behauptete Vorrechte der alten Königl. Bannforſte, insbeſondere des Reichslehenbaren Wildbannes zu der Dreyeich. Frf. 1744. f.

## §. 536.

Iura in ſiluas et foreſta competentia vel ex ſuperioritate territoriali vel ex dominio ſiluae permanant; ad illa refertur ſuperioritas et iurisdictio foreſtalis ad haec autem ius venandi, vſus lignorum et quae ſunt huius generis alia. *Superioritas foreſtalis* 1) [die forſtliche Herrlichkeit ſ. Oberkeit], quae interdum *regale foreſti* ſ. Forſtregal, licet minus concinne

cinne dicitur, denotat ius Principis 2), vſum foreſtorum publicorum et priuatorum in ſalutem reipublicae dirigendi 3).

1) reinharth *ſ. 2. §. 2. p. 84. ſqq.*

2) 77. eius effectus percenſet stisservs *c. 6. §. 22-98. p. m. 166. ſqq.* ſuperioritatem tamen foreſtalem cum iurisdictione foreſtali miſcens.

3) Ex hoc fonte *ordinationes foreſtales* permanarunt, quarum magnam partem olim collegit a. fritschivs in *corp. iuris venatorio foreſtalis Romano germanico.* Rudolſt. 1675. et cum praefat. sam. strykii. Lipſ. 1702. f.

## §. 537.

Partem ſuperioritatis foreſtalis conſtituit *iurisdictio foreſtalis* 1) [die Forſtgerichtbarkeit], quae Principi in foreſtis publicis et priuatis competit, niſi eamdem cum priuato, vt partem iurisdictionis patrimonialis, communicauerit. Conſtituuntur eum in finem peculiaria plerumque *iudicia foreſtalia* 2) [Forſtgerichte] quae de damnis foreſtalibus cognoſcunt; modum vtendi lignis determinant, miniſtros foreſtarios vel praeſentant vel conſtituunt; in delictis iudicem ordinarium vtplurimum requirunt; vt tamen miniſtri foreſtarii pignora capiant, perſonas detineant, et perquiſitionem domeſticam habeant 3).

1) phil. volk *de iurisdictione foreſtali.* Arg. 1635. ern. cregel *de iurisdictione foreſtali.* Alt. 1661. b. h. tilemann *de iurisdictione foreſtali.* Ien. 1667.

1667. M. L. WESTENHOLZ *de iurisdictione foreſtali.* Helmſt. 1674. FELIX SPITZ *de iurisdictione foreſtali.* Alt. 1696. 1756. Joh. Jod. Beck von der forſtlichen Obrigkeit, Forſtgerechtigkeit und Wildbahn. Nrb. 1737. et cura I. G. KLINGNERI. Frf. et Lipſ. 1748.

2) PVFENDORF *de iurisd. germ. P. 5. ſ. 1. c. 2. §. 3. 4. 27.*

3) PVFENDORF *obſ. III, 106.*

## §. 538.

Decreſcente lignorum copia ad auertenda lignorum furta, eorumque vſum foreſtalem promouendum, peculiaria adhuc *iudicia lignaria* 1) [Holzgerichte] inualuerunt, quae tamen non ex ſuperioritate territoriali, ſed dominio ſiluae vnice deriuantur 2). Hinc princeps, eccleſia, nobilis vel priuatus virtute dominii vel condominii eorum praeſidium gerit, vnde nomen oberſter Erbe, Erbexe, Obermärker, Holzgrefe, oberſter Waldbott, ortum eſt, et plerumque principis praefectus iudiciis lignariis ſubditorum adſidere ſolet. De cetero haec ipſa iudicia nouiori aetate paſſim abrogata, et foreſtariis hae cauſſae demandatae ſunt.

1) Strubens Bedenken n. 155. p. 374. ſqq.

2) PVFENDORF *de iurisd. germ. P. 5. ſ. 1. c. 1. §. 5.*

§. 539.

## §. 539.

Ex dominio ſiluae (§. 536.) et foreſtorum ius venandi, lignandi, glandes legendi et ſimilia inſtituta profluunt 1). *Ius venandi* quidem principi vel dominii iure in ſuis vel iure ſeruitutis in aliorum fundis competit, (§ 284-286.) atque adeo ruſticis operas venatorias [Jagdfolge] imperari (§. 308. n 6.) iam, quod ſatis eſt, obſeruauimus. Hinc ſubditi vi *banni ferini* 2) [Wildbann] venari prohibentur, praeſertim ſi *hagae* 3) [Gehege] vel *viuaria* 4) [Thiergarten] conſtituantur. Saepius tamen ſubditis iure conductionis vel precarii *venatio* conceditur, quae inde *precaria* 5) [Beſtand- und Gnadenjagd] adpellatur. Sunt tamen quaedam Germaniae regiones in Franconia praeſertim et Sueuia, vbi nulla ſunt foreſta bannaria, atque adeo *venatio libera* 6) [freye Pürſch] ab omnibus ſubditis exercetur 7) (§. 284. n. 3.).

1) Cramer von rechtlicher Vereinbarung des Waldeigenthums, Beholzungsrechts und der herrſchaftlichen Wildbahn, wie auch forſtlichen Herrlichkeit; in den Wetzlar. Nebenſt *P. 5. p. 37. ſqq.*

2) I. HELV. SCHVTZ *de banno ferino.* Gieſſ. 1651. E. FR. SCHROETER *de banno ferino eiusque iure.* Ien. 1670. et in FRITSCHII *corp. iur. foreſt. T. I. p. 644. ſqq.* I. H. WOLFART *de eo quod in Germania iuſtum eſt circa bannum ferinum in alieno territorio adquiſitum.* Marp. 1730. Joa. Ernſt von Beuſt von der Jagd- und Wildbahnsgerechtigkeit. Jen. 1744. G. H. MYLII progr. *de differentiis iu-*

*ris*

*ris venandi et banni ferini.* Lipſ. 1745. E. M. CHLADENIVS *de iure phaſianorum eorumque banno.* Vit. 1752.

3) C. L. CRELLII progr. *de iure viuariorum ex legibus germanicis, in primis Saxonum, in ſpecie de iure hagarum apud Germanos.* Vit. 1740.

4) C. L. CRELLII. diſſ. *de iure viuariorum.* Vit. 1740.

5) F. A. HALLENHORST *de eo quod iuſtum eſt circa venationes in genere, et in ſpecie circa venationes precarias.* Erf. 1713. Stiſſer c. 7. §. 58. p. 321. ſq.

6) ST. C. HARPPRECHT *ſciagraphia liberae venationis germanicae in primis vero ſueuicae.* Tub. 1702. Jac. Otto freyer Pürſch Beſchreibung; cum notis C. C. W. Vlm. 1725. GOTH. DAN. HOFFMANN *de libera venatione praeſertim Sueuo-Memmingenſi.* Tub. 1753. Stiſſer c. 1. §. 24. ſqq. p. 24. ſqq.

7) De cetero ad hauriendam ſcriptorum iuris venatorii notitiam notari poteſt: G. C. KREYSIG *bibliotheca ſcriptorum venaticorum, continens ſimul auctores, qui de venatione, aucupio, piſcatura cet. ſcripſerunt.* Altenb. 1750. 8.

## §. 540.

Cum dominio ſiluae porro coniunctum eſt *dominium arborum et lignorum* 1). Iam cum ſiluae vel Principis ſint vel in priuatorum dominio conſtitutae: arborum quoque dominium ad Principem vel priuatos ſpectat. Priuatorum tamen dominium ex ſuperioritate foreſtali (§. 535.) ita limitatur, vt ſiluas excidere (§. 287.) non poſſint, et ratione

vſus

vſus lignorum ad obſeruandas leges foreſtales adſtringantur 2). Interdum ſubditis ius lignandi in ſiluis Principum per modum ſeruitutis limitatae indulgetur 3). De cetero ſi dominium ſiluae ad plures pertineat, eiusmodi ſiluae *marcae* 4) [Marken, Holzmarken] et ius dominorum *ius marcarum*, *oberheimgeraidae* 5) [Märkerrecht, Oberheimgeraide, Holzerbſchaften] 6); domini autem Märker, Erbexen, Holzungsgenoſſen adpellantur, qui vero dominii non ſunt participes, Ausbölzer ſ. Utbölzer dicuntur. *Iudicia* autem *marcalia* [Märkerdinge] cum iudiciis lignariis conueniunt [§. 538.] 7).

1) G. A. STRVVIVS *de iure ſiluarum et arborum*. Ien. 1656. IO. B. FRIESE *de iure arborum*. ibid. 1678. C. WILDVOGEL *de eo quod iuſtum eſt circa arbores*. ib. 1691. PHIL. H. KREBS *de ligno et lapide*. Aug. Vind. 1700 C. H. HORN *de eo quod iuſtum eſt circa arbores turbine deiectas*. Vit. 1716. I. G. KRAVSE progr. *de dominio arborum turbine deiectarum in vicinum praedium*. Vit. 1730. G. H. AYRER *de iure ſibi habendi arbores in fundis villaticis turbine deiectas*. Goett. 1755.

2) T. I. REINHARTH *de iure priuatorum circa ſiluas in primis caeduas admodum reſtricto*. Erf. 1732.

3) A. R. DE RAMDOHR *de toto iure per partialem vſum ſeruato*. Goett. 1753. §. 4. ſqq. p. 8. ſqq.

4) I. F. WAHL ſ. reſp. PH. D. SCHATZMANN *de iure et iudicio marcarum in Wetterauia*. Goett. 1752.

5) F. C. SCHATTENMANN *de Oberheimgeraida*. Arg. 1753.

6) Strubens Bedenken n. 128. p. 303. ſqq.

7) PVFENDORF obſ. II, 60. III, 105. 106. cf. etiam REINHARDI *ius foreſtale ſ. 3. p. m. 151. ſqq.* et Cramers Erläuterung der teutſchen Rechtslehre vom condominio, worinnen Märkerſchaften beſtehen, und deſſen Würkungen; *P. III.* der Wetzlar. Nebenſt. *p. 113. ſqq.*

## §. 541.

Tandem quoque *ius glandis legendae* 1) [Eichelleſe, Geäcker] ad effectus dominii referri oportet; quod ſubditis in ipſis adeo Principum ſiluis pacto vel obſeruantia ſaepius competit. Sin alius ſiluae, alius venationis dominus, huic tantum glandium relinquendum eſt, quantum ad alendas feras ſufficit 2). *Iuris ſaginandi* [Maſtungsrecht] conceſſio item a domino ſiluae dependet, quae ſi ſimpliciter facta ſit, ad caſum tantummodo vbertatis glandium [der vollen Maſt] reſtringenda, non autem ad eum quoque caſum extendenda videtur, ſi glandium copia non adſit [wenn nur halbe oder Sprengmaſt iſt] 3).

1) IO. F. HERTEL ſ. reſp. IVST. GE. HEVSER *de eo quod iuſtum eſt circa ius glandis legendae.* Ien. 1736.

2) Riccius von der Jagdgerechtigkeit c. 3. §. 6. HEVSER §. *18. ſqq. p. 11. ſqq.* multas de hoc iure leges adduxit Stiſſer c. 6. §. 32. p. 184 ſqq.

3) HEVSER §. *37. p. 40. ſqq.* Heſſencaſſ. Forſt- und Holzordn. 1683. p. 28. ſq.

## TITVLVS III.

### DE IVRE METALLIFODINARVM ET SALINARVM.

### §. 542.

Tertiam eamque nobiliſſimam rerum publicarum claſſem conſtituunt metalla mineraeque. Cum enim principes res nullius ſibi per omnem Germaniam vindicauerint (§. 534.), earumque nomine metalla quoque et reliqua foſſilia comprehendere ſoleant: mirum non eſt, *metallifodinas* 1), *mineras* 2), *nitrum* 3), lithanthraces 4) [Steinkohlen] *ſalinas* et *lapicidinas* 5) adeo regalibus hodie accenſeri; Hinc earumdem dominium vel vniuerſum *ad Principem* ſpectat, vel ſi in fundis priuatorum inueniantur, eorumque ſumtibus eruantur, *decima* vel maior adeo *pars* et *ius protimiſeos metallorum* 6) eidem tribuitur, vt adeo ob concurrentem praeſertim ſupremam Principis inſpectionem in totum, vel ex parte ſaltem, rebus publicis recte accenſeantur. Nos hoc loco paucis de *iure metallico* 7) et ſalinarum agemus 8).

1) H. MEIBOMII diſſ. *de metallifodinarum hartzicarum origine prima, et progreſſu, et quomodo ad Seren. duces Brunſu. et Luneb. a. 1235. peruenerint.* Helmſt. 1680. IO. EISENHARTH *de regali metallifodinarum iure et partibus metallicis.* Helmſt. 1681. GOTTL. GERH. TITIVS *de iure metallorum.* Lipſ. 1695. C. H. HORN *de regali metallifodinarum*

*fodinarum iure.* Vit. 1703. I. C. BARTHEL *de iure fodiendi metalla.* Herbip. 1731. *T. I. opuſc. p. 499. ſqq.* IO. IAC. SAVR *de iure metallorum regalibus recte adſcripto.* Arg. 1736. F. VLR. PESTEL *de communione metallifodinarum inter conſtatus imperii durante, quamtumuis venae omnes in alterius territorium receſſerint.* Rint. 1737. I. D. SAVR *de iure ſummorum imperantium circa metallifodinas, quas vocant, maiorales.* Arg. 1745.

2) N. C. LYNKER *de iuribus minerarum.* Ien. 1695. I. N. HERTIVS ſ. reſp. I. H. STAVDACHER *de regali mineralium mediorum et infimorum iure.* Gieſſ. 1705.

3) H. L. GOECKEL *de regali fodiendi nitrum.* Alt. 1740.

4) IO. IAC. DORNFELD *de iuribus circa lithanthraces* von den Rechten der Steinkohlen. Lipſ. 1742. vid. etiam F. VLR. PESTELII diſſ. *de iure circa lateraria,* von Ziegelbrennereyen. Rint. 1746.

5) G. D. HOFFMANNI diſſ. *de regali marmoris iure.* Tub. 1757. EIVSDEM *florum ſparſio in ius marmoris regale.* Tub. 1758.

6) R. A. 1524. §. 28. B. L. MOLLENBECK *de regali protimiſeos metallicae iure.* Gieſſ. 1691.

7) Ex inſigni ſcriptorum de iure metallico adparatu hi potiſſimum notandi ſunt: I. DEVRERI *corpus iuris metallici.* Lipſ. 1624. f. Seb. Spans Bergurtheil. Wolfenb. 1636. f. EIVSDEM *ſpeculum iuris metallici.* Dresd. 1698. Abr. von. Schonberg Berginformation. Leipz. 1693. f. Joh. Ge Bauſens Einleitung zu denen in Deutſchland üblichen Bergrechten und Bergproceſſen. P. I. II. III. Leipz. 1740. 1741. 1742. 4. Chr. Böſens generale Haushalts-Principia von Berg- Hütten- Salz- und Forſtweſen, in ſpecie vom Harz. Coppenh. und Leipz. 1753. f.

8) ex ordinationibus metallicis (Bergordnungen) *bohemica*, *ſtiriaca*, *ſaxonica*, *brandenburgica*, *naſſouica*, *brunſuico - luneburgica*, *hohenſteinenſis*, *culmbacenſis*, potiſſimum notandae; quarum pleraeque exſtant in *corpore iuris et ſyſtemate rerum metallicarum*. Frf. 1698. f. et eiusdem continuat. Vienn. 1703 f. iuncto opere bonae frugis pleniſſimo: Urſprung und Ordnung der Bergwerke im K. Böhmen, Ch. Sachſen und Erzh. Oeſterreich. Leipz. 1616. f.

## §. 543.

Metalla indagare [nach Erz ſchürfen] cuilibet, in fundis quoque priuatorum, licet 1), ſi tamen nihil inueniatur, facies fundi reſtituenda eſt. Facta indagatione ſin ſpes nanciſcendi metalli exoriatur: inuentor Principem de concedendo iure fodinae [Zeche] adit, et litteras inueſtiturae 2) [Muthzettel] impetrat 3), pro quarum conceſſione praeter decimas (§. 542.) ſingulis annis certa pecunia [Receßgeld] in recognitionem feudi metallici ſoluenda eſt.

1) Bauſe P. I. t. 2. c. 5. p. 93. ſqq. Böſe P. II. c. 4. p. 46. ſqq. Schaumb. Sächſ. Recht P. II. p. 359. ſqq.

2) Bauſe P. I. p. 94. Böſe p. 47. 48. HEVMANNI *init. iur. polit. c. 30. p. 333. ſqq.*

3) de paroemiis: der erſte Finder iſt auch der erſte Muther; et: nicht die Muthung, ſondern die Findung eines Gangs erlanget das Alter im Felde videndus D. G. DIEZ *de iure ſenioratus metallici et metallicolis in fructu ad metalla effodienda conceſſo*

*ſo concurrentibus.* Erf. 1727. Eiſenharth p. 203. ſq.

## §. 544.

Cum noua fodina magnos ſumtus [Zubuſſe] requirat: inueſtitus de ſociis [Gewerken] ſibi ante omnia prouidet, quorum iuſtus numerus ſin adſit, Gewerkſchaft dicitur, ſin vero tres vel quatuor omnes ſumtus ſuppeditent, Lehenſchaft adpellatur. Completo numero, prouentus fodinae praeſentes et futuri plerumque in 124. 128. ſ. 130. partes intellectuales 1) [Kukus, Kuxe] diuiduntur, quarum 40 vel 60 adeo inueſtito, reliquae ſociis adſignantur, vt ſingulorum ſumtus et lucra curatius definiri queant. Principi quoque, et interdum eccleſiis ac ſcholis, praeſertim ſin in fundo publico fodina aperiatur, aliquot partes metallicae ſine onere iure hereditario, [Erbkuxe] 2) conſtituuntur; ſin vero in fundo priuato fodiatur, domino fundi in compenſationem dominii vel vna pars ab omni onere ferendorum ſumtuum libera, vel quatuor partes cum onere tribuuntur, qua in re optio ei vtplurimum relinquitur 3). Socius autem partem impenſarum debito tempore non ſoluens, iure partis ſuae metallicae priuatur 4).

1) D. G. DIEZ *de prouentibus partium metallicarum.* Erf. 1729. ABR. KAESTNERI progr. *de vſufructu partium metallicarum.* Lipſ. 1742. Böſe l. c. §. 8. 9. Schaumburg P. II. p. 366. 372. ſq.

2) C. H. HORN *de hypotheca legali in fodinis et partibus metallicis.* Vit. 1699. 1747. ANONYMI Bergrechtliche Gedanken vom Erb-Kux, was er ſey? wem er zugehöre? wenn er zu vertheilen? wie alle Schäden zu taxiren? Freyberg 1753.

3) Bauſe P. I. t. 2. c. 6. §. 5. p. 103.

4) D. G. DIEZ progr. *de probatione deſertionis metallifodinarum.* Lipſ. 1727.

## §. 545.

Magna ceteroquin rei metallicae priuilegia indulta cum in genere, tum quod cauſſae rerum et perſonarum metallicarum in ſeparato *collegio* et *iudicio metallico* 1) quod Bergamt dicitur, diſcutiuntur. Praeſidium eius gerit *capitaneus* rei metallicae [Berghauptmann, Bergmeiſter] cui praeter praecipuos miniſtros, v. c. *decimatorem* [Zehentner] et ſecretarium [Berg- ſ. Receßſchreiber] cum litterati [von der Feder] tum rei metallicae periti [vom Leder] adſident 2). Modus procedendi ſummarius eſt, vt non niſi eſſentialia proceſſus obſeruentur. De cetero ſicuti ſuper ſingulis fere rei metallicae cauſſis peculiares codices publica auctoritate conficiuntur; ita praeſertim in *libro metallico antigrapho* 3) [dem Gegenbuche] nomina inueſtitorum, et poſſeſſorum partium metallicarum publica fide deſcribuntur, et alienationes non niſi in iisdem conſignatae ratae habentur.

1)

1) GE. ENGELBRECHT *de iudiciis metallicis.* Helmſt. 1705. IO. G. SIEGEL *de iurisdictione metallica.* Lipſ. 1754.

2) Böſe P. II. c. 15. p. 83. ſqq. Bauſe P. I. p. 69. ſq.

3) C. H. HORN *de libro metallico antigrapho*, vom Gegenbuch. Vit. 1706.

## §. 546.

Quod ad *ſalinas* 1) attinet, hae quoque vnanimi fere omnium ICtorum voce Principibus vindicantur 2). Plerumque vero, vt in fodinis, emolumenta ſalinarum in certas partes intellectuales, *cotas* ſ. Koten vocant, deſcribuntur, eaeque vel pleno iure, vel ſub obligatione ſoluendi annui canonis quod *emphyteuſin ſalinariam* vocant, in priuatos transferuntur. Principi tamen ſemper ſuprema inſpectio competit, qui ideo rem ſalinariam vniuerſam legibus [Haals-Thal-Salz-Pfännerordnungen] 3) exornat, ſubditisque vt domeſtico potius, quam aliunde adducto, ſale vtantur, iniungit 4).

1) GE. ENGELBRECHT *de iure ſalinarum.* Helmſt. 1667. AH. FRITSCH *de regali ſalinarum iure, et de ciuitatum quarumdam Germaniae ſtatutis ſalinariis.* Ien. 1670. CASP. SAGITTARII *origines ac incrementa ſulciae Luneburgenſes.* Ien. 1675 auctiores exſtant in commentatione Iungiana c. 4. p. 177. ſqq. C. G. HOFFMANNI *collatio iuris naturalis, Romani et germanici circa doctrinam de emphyteuſi cum legibus et moribus Germaniae, inprimis*

*primis quoad bona ſalinaria inclytae liberae S. R. I. ciuitatis Sueuo-Hallenſis.* Lipſ. 1720. I. H. IVNG *de iure ſalinarum tam veteri quam hodierno.* Goett. 1740. BERNH. GOTH. HEZEL *de ſalinis earumque inſpectione magiſtratui ciuitatum imperialium competente,* Alt. 1750. GE. FR. IAEGER *de emphyteuſi ſalinaria praeſertim Halae Sueuorum obtinente.* Erl. 1760.

2) PFEFFINGER *ad Vitriar. T. III. p. 1444. ſqq.* diſſentit IVNGIVS *c. 1. §. 6. ſqq. p. 10 ſqq.*

3) vid. e. g. Erneuerte Pfännerordnung der Stadt Halle de 1644 apud BAVSIVM *T. III. p. 60.* Frankenhäuſiſche Salzordnung de 1600. p. 72 priuilegia und ſtatuta des Salzwerkes zu Salzungen p. 140. ſqq.

4) C. C. *Calmbac.* T. II. Vol. 2. p. 550. ſqq. Caſſeliſche Grebenordn. t. 21. Gothaiſche L. O. P. 2 c. 3. t 28. C. C. *Cal.* c. 4. p. 296. ſqq. IVNGIVS in adp. docum. p. 48. ſqq. C. C. *march.* IV, 2. p. 18. 22. 23. cont. 3. p. 119. VI, 1. p. 452. C. C. *magdeb.* V, 130. Bauſe P. III. p. 168. ſqq.

## Sectio III.

### De rebvs vniversitatvm.

### §. 547.

Quod tandem ad bona vniuerſitatum 1) [gemeine Hut, Weide, Holzungen] vrbium praeſertim, pagorum, et academiarum attinet, ea quidem generali nomine Allmandengüter 2) inſigniuntur, quae denominandi ratio ab ipſa horum bonorum natura petita eſt 3), quorum nempe proprietas ad omnem vniuerſitatem

uerſitatem ſpectat, vſus vero cum ſingulis eiusdem membris plerumque communicatur.

1) H. BRVNING *de variis vniuerſitatum ſpeciebus, earumque iuribus, praeſenti ſtatui Germaniae adcommodatis.* Marp. 1609. Gieſſ. 1621.

2) WOLFG. AD SCHOEPF *de bonis vniuerſitatum, quae germanice vocantur* Allmanden. Tub. 1740.

3) *repertor. iur. germ. voc.* Allmandengüter. et GRVPENII *obſ. rei agrar. germ. obſ. 2. de almeintis ſ.* Meinten, *p. 56. ſqq.*

§. 548.

Si vſum et iura harum rerum vniuerſitatibus competentium ſpectaueris; duplicis eaedem generis ſunt; aliae enim ipſis vniuerſitatis vſibus immediatis deſtinantur, quo v. c. pertinent *bona vrbium cameralia* [Cämmerey-güter der Städte] (§. 305.) et *dotes academiarum* 1); aliae vero vſibus omnium vniuerſitatis membrorum, poſito tamen certo ordine, tempore et modo, deſtinantur 2), quem in cenſum *paſcua publica*, *foreſta* et id genus alia referuntur. Iam cum reipublicae admodum interſit, haec bona vniuerſitatum conſeruari; ſingula vniuerſitatis membra, quae ad vſum eorum admittuntur, ad operas ipſorum conſeruationi inſeruientes [Riegewerke] obligantur 3). Inprimis autem legibus cautum eſt, vt licet *adminiſtratio* 4) ipſi vniuerſitati ple-

rumque committatur, *alienationes* 5) tamen ſemper ad conſenſum principis adſtringantur (§. 306.).

1) vide e. g. de academia gryphica ENGELBRECHTII *delineat. ſtat. Pomer. ſueth.* in *adp. p. 118. ſqq.*

2) LEYSSERI *ius georg. III, 10, 4. ſqq.* STRYK *de iure cratium c. 3. n. 47.*

3) AHASV. FRITSCH *de ſtatu pagorum c. 17.*

4) GE. AD. STRVVIVS *de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.* Ien. 1679. GE. SCHVBARTH *de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.* Ien. 1694. H. P. HABERKORN *de adminiſtratione bonorum ad ciuitatem pertinentium.* Gieſſ.

5) VLR. AB EYBEN *de decreto in alienandis minorum ceterarumque his ſimilium perſonarum rebus neceſſario* Gieſſ. 1668. SAM. STRYK *de alienatione rerum atque bonorum vniuerſitatis.* Frf. 1682. GOTH. LVD. MENKEN *de bonorum vniuerſitatis et praecipue curiarum alienatione.* 1740. LEYSER *ſp. 664.*

CAPVT

# CAPVT II.

## DE REBVS PRIVATORVM.

### TITVLVS I.

### DE REBVS MOBILIBVS ET IMMOBILIBVS.

### §. 549.

Prima rerum priuatis competentium diuiſio eſt in mobiles et immobiles. Res *mobiles* 1) [Fahrniß, fahrende Habe] nominantur, quaecumque ſalua manente ſubſtantia de loco in locum transferri poſſunt; quod ſi fieri non poteſt, res *immobiles* [liegende Güter ſ. Gründe] dicuntur; vt adeo hac in re placita iuris patrii a peregrino vix differant 2). Rebus immobilibus ſuo modo 3) aequiparantur, omnes res, quarum difficilior eſt de loco in locum translatio vel quae perpetua ad rem aliquam immobilem deſtinatione ab eadem ſeparari nequeunt 4).

1) PAVLL. VOETIVS *de diſtinctione rerum mobilium et immobilium*. Vltr. 1666. 8. B. SCHVLZ *de natura adfectionibus et differentiis rerum mobilium et immobilium*. Rint. 1669. CASP. A RHEDEN *de differentia bonorum mobilium et immobilium*. Brem. 1713. LEYSER *ſp. 26.* IER. EB. LINK *de rebus mobilibus*. Arg. 1723. GOTH. LVD. MOGEN *de iure ac*

*ac genuina rerum mobilium et immobilium indole.* Gieſſ. 1759.

2) diſſentit GOTH. LVD. MOGEN *de aedificiis et arboribus radicatis iure germanico non inter res immobiles ſed mobiles referendis, ad illuſtrandum iuris breidenbacenſis paroemiam:* was die Fackel verzehrt, iſt Fahrniß. Gieſſ. 1759.

3) Orth T. I. p. 230. ſqq. T. III. p. 534. ſqq. PVFENDORF I, 47. §. 12. ſqq. Heſſiſche L. O. P. 3. t. 16.

4) THOMASIVS *de rerum differentiis intuitu iuris germ. priuati* §. 53. *ſqq.* AYRER *de cautione a bonorum immobilium poſſeſſore non exigenda* §. 8. *p. 37. ſqq.* CHR. SCHREITER *de mobilibus rebus in perpetuum vſum praedii deſtinatis.* Lipſ. 1690.

## §. 550.

Rerum mobilium cum tantum non infinitae ſint claſſes, neque etiam earumdem recenſio ad ius germanicum proprie pertineat: iisdem latius enarrandis non immorabimur. Quae enim de *animalibus* 1), *canibus* 2) praeſertim, *ouibus* 3), *columbis* 4) *apibus* 5) legibus cauentur, politiam magis et oeconomiam quam iurisprudentiam ſpectant. Hoc tamen monendum eſt, horum aliorumque animalium alendorum facultatem ſaepius ita reſtringi, vt aut plane non, aut certe non vltra modum legibus praeſcriptum ali poſſint 6); cuius tamen rei ſi non expreſſae adſint legis prohibitiones, aut obſeruantia: merito pro libertate naturali praeſumendum eſt.

1) HEVMANNI *initia iur. polit. c. 29. p. 323. ſqq.*

2) H. KLVVERI *electa de iure canum.* Stad. 1711. Vit. 1742. Mart. Pegii juriſtiſche Ergötzlichkeiten vom Hunderecht, und denen dabey vorkommenden Fällen; welchen als ein Anhang das Recht der Tauben und Hüner beygefüget worden. Frf. und Leipz. 1725. 4.

3) GE. AD. STRVVIVS *de iure ouium.* Ien. 1682. I. W. ENGELBRECHT *de iure agnorum.* Helmſt. 1724. Jo. Ge. Eſtor, wie bald die Lämmer bey einer auf eine gewiſſe Anzahl Schafe eingeſchrenkten Weidegerechtigkeit mitzuzählen ſind? in den klein. Schrift. *T. III. p. 760. ſq.*

4) PETR. MVLLER *de iure columbarum.* Ien. 1685. SALANDRI i. e. J. C. Schadens Hüner-Bienen- und Taubenrecht. Erf. 1723. 8. G. A. IENICHEN obſ. *de columbariis.* Gieſſ. 1751. G. A. MVLLER *de columbariis.* ib. 1751.

5) PETR. MVLLER *de iure apum.* Ien. 1685. ABR. KAESTNER progr. *de apibus earumque furibus capitaliter puniendis.* Lipſ. 1747.

6) HEVMANNVS l. c.

## §. 551.

Bonorum immobilium poſſeſſio vti domino inſignia adfert iuris commoda 1): ita reipublicae quam maxime intereſt, eorum alienationem caute ſuſcipi, cum vt dominia rerum certa ſint et certa fides contractuum, tum ne onerum publicorum fundo impoſitorum intuitu reipublicae praeiudicium inferatur 2). Hinc iam olim ſollemnes *traditionum* 3) modi, veluti *per ramum ar-*

*arboris* 4), *effeſtucationem* 5), *ſcotationem* 6), introducti fuerunt. Enimuero cum ne hoc quidem ſufficere videretur, nouiori aetate introductum, vt *alienatio rerum immobilium vel conſtitutio hypothecae* 7) in re immobili *iudiciali auctoritate* 8) *peragatur* 9); Hinc *confirmatio iudicialis* 10), ſeu quod idem eſt, *reſignatio dominii iudicialis* 11) [gerichtliche Auflaſſung des Eigenthums] vel *inueſtitura bonorum allodialium iudicialis* 12) ad validitatem contractus et ſecuritatem contrahentis 13) omnino neceſſaria eſt, eumque in finem alicubi iudex ſollemne confirmationis teſtimonium [Feſtbrief, Feſtmachung, Gewåhrung, Wehrbrief] paciſcentibus exhibet, plerumque tamen ſufficit, negotium in libris iudicialibus, qui ſuper his negotiis faciendi ſunt, conſignari. De cetero licet haec confirmatio vitia contractus non tollat, et iudex ſemper ſaluo iure tertii confirmare ſoleat: tamen ante confirmationem partibus poenitere licet, nec periculum 14) commodumque ante in emtorem tranſit, cum leges actionem ex contractu eiusmodi non confirmato plane non concedant.

1) IO. C. H. DREYER *de ceſpitalitatis requiſito in teſtibus habilibus*. Kil. 1749. Frf. 1750. §. *3. ſqq. p. 12. ſqq.*

2) SCHILTER *ex. 8.* §. 5.

3) C. F. DANNREVTHER *de translatione iurium ſymbolica*. Alt. 1748. IO. GE. BRVCKMANN *de diuerſis*

*ſis traditionum modis eorumque effectibus.* Erf. 1750. Grupens teutſche Alterth. c. 1.

4) Ph. W. Gerken von dem ritu traditionis cum ſymbolo rami arboris mit einem Riſſe bey der Uebergabe der Immobilſtücke; in *fragm. march. P. I. p. 161. ſqq.*

5) FRID. A SANDE *de effeſtucatione.* Arnhem. 1613. 1638. 8. LAMB. GORIS *de effeſtucatione.* ib. eod.

6) N. H. Gundling beſſere Erklärung des c. 2. x. de conſuet. der Dänen Scotation betreffend; in *Gundlingianis P. 7. p. 168. ſqq.* IER. EB. LINK *de ſcotatione.* Arg. 1729. C. MEYKEN *de ſcotatione danica.* Alton. 1744. Jütiſches Lowbuch I, 21. Blütings Gloſſe p. 83.

7) hypotheca tamen legalis confirmatione opus non habet. PVFENDORF obſ. III, 180. Strubens Bedenk. n. 19 p. 52. ſq. cf. I. G. SIEBERI diſſ. *an iudex ex confirmatione hypothecae ad id quod intereſt, teneatur.* Goett. 1758.

8) WOLDER SCHELE *de auctoritate iudicis in actibus priuatis adhibenda.* Vltrai. 1727.

9) Maynz. L. R. t. 24. §. 7. Weingartens Cod. bohem. p. 292. Böhmiſche L. O. p. 277. Trier. L. R. t. 13. §. 2. Churcölln. R. O. t. 13. §. 1. Böhm. Stadtr. F. 24. G. 18. Cod. *auſtr.* voc. Gewöhren. Cod. *auguſt.* T. I. p. 92. 324. 1112. Cod. *frideric.* P. 3. t. 9. §. 68. Pfälz. L. O. t. 15. C. C. *Calenb.* c. 2 p. 333. 621. c. 5. p. 15. C. C. *Cellenſ. c. 2.* p. 578. Woltereck Wolfenb. L. O. p. 123. 153. 206. 207. 368 Hadler L. R. P. 2. t. 11. elem. mea iur. brunſu. §. 312. ſqq. conſt. *Caſſel.* d. 17. Sept. 1681. 30. Iul. 1683. 25. Sept. 1700. Würtemb. L. R. p. 25. 175. Naſſ. G. O. p. 2. Solm. L. R. P. 2. t. 11. §. 4. Hohenl. L. R. P. 3. t. 2 conſt. *haſſiac.* d. 1732. C. C. *holſat.* T. I. p. 119. ſq. Dithmarſ. L. R. p. 141. edit. de 1667. C. C. *oldenb.* P. III. p. 70. Jeverſche Ausmienerordn. 1703. §. 8. Mecklenb. P. O. p. 271.

p. 271. C. C. *Culmbac.* T. II. Vol. I. p. 217. §. 5. Baden. L. R. P. 4. t. 8. p. 149. Jülich. und Berg. R. O. c. 97. p. 92. 93. CHLINGENSPERG *diff. iur. comm. et bauar. p. 90.* Schwarzburg. Conſolidat. Ordn. d. 23. Dec. 1701. 5. Mart. 1743. Stift Hildesh. P. O. §. 24. p. m. 21. Weſtphäl. P. O. t. 16. §. 1. Schaumb. P. O. c. 26. ſtat. *lub.* lib. 3. t. 6. §. 12. *hamb.* P. 2. t. 1. §. 6. t. 5. a. 1. ref. *francof.* P. 2. t. 3. §. 7. Orth T. I. p. 302. ſqq. T. IV. p. 33. ſqq. Nördling. ſtat. P. 2. t. 7. 8. 9. ſtat. *mulhuſ.* lib. 3. a. 71. p. 348. Gothaiſche L. O. P. 1. p. 181. ſq. Fuldiſche Concursordn. p. 13. Regulativ über das Jurisdictionsweſen p. 47.

10) I. C. FALKNER *de confirmatione iudiciali contractuum aliorumque actuum.* Ien. 1669. GE. SCHVBART *de confirmatione pactorum.* Ien. 1696. ANT. AVG. CLAR progr. *ad conſt. brunſu. luneb. de 1620. 1733. et 1739. de confirmatione et productione contractuum.* Goett. 1757.

11) H. B. ROTH ſ. reſp. GE. SCHVBARTH *de reſignatione dominii iudiciali.* Ien. 1681. MATTH. SCHLVTER *de reſignatione*, vom Auflaſſungsrecht. Hamb. 1703. C. W. STRECKER *de reſignatione dominii iudiciali iure Saxonico electorali neceſſaria.* Erf. 1722. M. G. WERNHER *de reſignatione iudiciali fundorum mere allodialium in vltimis voluntatibus ceſſante.* Vit. 1760.

12) IOACH. DECHER *de inueſtitura ſaxonica in rebus allodialibus immobilibus.* Frf. 1666. 1727. ANDR. MEYER *de inueſtitura ſaxonum in rebus allodialibus immobilibus.* Frf. 1667. I. PH. SLEVOGT *de allodialis inueſtiturae renouatione.* Ien. 1693. 1742. IO. BVRC. VERPOORTEN *de inueſtitura allodiorum, eiusdemque originibus, vſu et auctoritate praeſente.* Cob. 1715. et cura F. C. CONRADI Helmſt. 1743. C. F. ROMANVS *de dimidia inueſtiturae rei immobilis allodialis, quae fit inter coniuges Lipſienſes.* Lipſ. 1720. G. C. BASTINELLER *de inue-*

*ſtitu-*

*ſtitura bonorum allodialium immobilium in Saxonia.* Vit. 1738. IO. GOTH. BAVERI progr. *de re immobili abſque reſignatione et inueſtitura iudiciali vendita et tradita.* Lipſ. 1759.

13) hinc orta quorumdam ſtatutorum dictio: Friede und Bann würken. PVFENDORF obſ. I, 95. §. 2. 3. III, 81.

14) IO. B. WERNHER *de effectu traditionis rerum immobilium allodialium ſine iudiciali inueſtitura, inprimis moto creditorum concurſu.* Vit. 1727. GEBH. CHR. BASTINELLER *de commodo ac periculo praedii venditi ante reſignationem iudicialem in Saxonia electorali vſitatam.* Vit. 1744.

## §. 552.

Res immobiles porro in principales [Hauptgut] et pertinentias diuiduntur. *Pertinentiae* 1) [Zugehör, Anhang, appenditiae, appertinentiae] vocantur res cum praedio aliquo ita coniunctae, vt perpetuo pro parte rei principalis haberi debeant. *Non* ergo *ſola vicinitas*, *compoſſeſſio* 2), aut lautius oeconomiae commodum *pertinentiam conſtituit*, ſed requiritur, vt vel *ex libris cenſualibus* 3) *ſ.* Zins- und Erbregiſtern (§. 60.) *de facta pertinentiae* cum re principali *coniunctione adpareat*; vel *expreſſa* adquirentis et poſſeſſorum *declaratio* 4) ideo inſequuta ſit; quibus deficientibus tum demum praeſumtio pro pertinentia locum habet, ſi res ſemper cum praedio principali vno pretio vendita traditaque et coniunctim ſemper a priſtinis poſſeſſoribus

poſſeſſa fuerit 5). Iam cum reipublicae admodum interſit, bona immobilia, praeſertim *ruſtica* 6), non diuelli, et quae diuulſa ſunt, redintegrari; quarumdam prouinciarum legibus 7) cautum eſt, vt poſſeſſor praedii principalis easdem reunire cum praedio principali poſſit, niſi praedium principaliter diuiſum ſit 8); ideoque ruſticis haec *reuniendarum pertinentiarum neceſſitas* 9) diſerte legibus imponitur.

1) GE. FR. MVEG *de pertinentiis*. Arg. 1671. M. H. KRAVT *de iure pertinentiarum*. Frf. 1675. IO. H. BERGER *de iure rerum pertinentium*. Vit. 1687. GE. ANDR. IOACHIM *de pertinentiis a praediis ſine muneribus ſeparatis*. Lipſ. 1727. LEYSER ſp. 100. 101.

2) Strubens Bedenken n. 75. p. 182.

3) vid. e. g. conſt. *guelph*. d. 15. Ian. 1712. 8. Iul. 1737. KRESSII *diff. iur. comm. et brunſu. p. 83*.

4) LVDOLF *ſymphor. Vol. I. conſ.* 5. Strubens Bedenken n. 43. p. 110.

5) S. STRYK *de probatione pertinentiarum*. Frf. 1688. G. L. MENKEN *de probatione pertinentiarum feudalium*. Vit. 1723.

6) PVFENDORF III, 8. Strubens Bedenken n. 44. p. 111. 112. De reunione pertinentiarum praediorum equeſtrium vide C. C. *march*. II, 5. p. 75. IV, 3. p. 67.

7) Wolfenb. L. O. p. 117. 133 Zell. P. O. c. 44. C. C. *Cell*. c. 5. p. 135 ſqq. Magdeb. P. O. c. 29. §. 9. Gothaiſche L. O. P. 2. c. 2. t. 13. Hildesh. P. O. §. 85. Würtemb. P. O. P. 2. t. 11. Mecklenb. P. O. p. 282. Anhalt. L. O. t. 20. reſolut. *oſnabr*. d. 1697. reſcr. *Schwarzb*. d. 23. Iun. 1675. apud

FRIT-

FRITSCHIVM *de iure congrui c. 4.* §. 5. conſt. *Haſſo-Caſſel.* d. 28. Aug. 1750. conſt. *Saxon.* elect. d. 27. Ian. 1732. Conſt. *fuldenſ.* d. 20. Iun. 1735.

8) C. HANACCIVS *de praediis principaliter diuiſis iure congrui non retrahendis.* Vit. 1736.

9) H. BODINVS *de iure reuniendi pertinentias.* Hal. 1699. IO. W. ENGELBRECHT *de reunione pertinentiarum.* Helmſt. 1715.

# TITVLVS II.

## DE REBVS AVITIS, S. HEREDITARIIS ET ADQVISITIS, von den Erb- Stamm- und errungenen Gütern.

### §. 553.

Altera eademque illuſtriſſima eſt rerum immobilium diuiſio, qua in auitas et adquiſitas deſcribuntur. *Auitae* 1) [Stammgut] denotant res immobiles a primo adquirente 2) ea lege in poſteros translatas, vt ſemper in familia maneant, atque ſplendor familiae 3) iisdem conſeruetur 4); quae hac ipſa de cauſſa *bona ſtemmatica*, *genearchica* et *gentilitia* nominantur, et cum primus adquirens easdem fidei quaſi ſucceſſoris ſui crediderit, poſteritati aliquando relinquendas, plerumque nomine Romano, ad inſtitutum germanicum adplicato, *fideicommiſſa familiae conuentionalia* 5) nominantur. *Adquiſita* 6) vero *bona*

[wohlgewonnen Gut, Errungenſchaft] ſunt, quae ipſe poſſeſſor, a maioribus non delata, propria induſtria ſibi comparauit. Iam cum hac in re iura nobilium ciuiumque admodum differant 7), de ſingulis etiam ſigillatim exponemus.

1) IOACH. WOLSCHOVIVS ſ. reſp. ANT. G. FRITZ *de prohibita alienatione bonorum auitorum.* Gryph. 1652. G. W. DINKLER progr. *de bonorum auitorum indole.* Lipſ. 1721. I. F. W. BRANDT *de natura bonorum auitorum vulgo* Stammgüter *iure germanico in dominio minus pleno conſiſtente, atque inde ſumenda interpretatione in fideicommiſſis familiae.* Marp. 1746. PVFENDORF obſ. III, 15-18.

2) plerumque ſufficit, rem a patre ad filium translatam eſſe, iure *ſaxonico* autem P. 2. c. 10. et iure *bremenſi* equeſtri t. 1. 12. requiritur, vt ab auo ad nepotem peruenerit. I. ZACH. HARTMANN *de bonis hereditate delatis* §. 5. 6. res mobiles pretioſae an ad bona auita referri debeant, disquirit Knorre in den rechtl. Anmerk. p. 299. ſqq.

3) N. C. LYNKER *de familiarum nobilium ſplendore.* Ien. 1689. DIET. HERM. KEMMERICH progr. *de inſtitutis Germanorum ad conſeruationem familiae ſpectantibus.* Ien. 1737. E. W. STRECKER *de ſplendore familiarum illuſtrium conſeruando.* Erf. 1747.

4) in conſeruatione ſplendoris familiae et priſtina nobilium obligatione ad militiam verum fundamentum bonorum auitorum ponendum eſſe iam animaduerterunt G. L. BOEHMER *de iuribus ex ſtatu milit. Germ. pendentibus c. 3.* §. 1. et PVFENDORF obſ. III, 17.

5) ſcriptoribus ad §. 44. adlegatis addendi: C. WILDVOGEL *de fideicommiſſis familiarum nobilium conuentionalibus.* Ien. 1710. H. COCCEII *de fideicommiſſis familiae e manu heredum non capiendis.* Frf. 1718. FR. LVD. COM. DE OETTINGEN *de fideicommiſſis.* Helmſt. 1734. I. C. HEIMBVRG *differentiae iuris communis et germanici in doctrina de fideicommiſſis.* Ien. 1743.

6) I. P. LVDOVICI *de diuerſo iure bonorum adquiſitorum et hereditariorum.* Hal. 1714.

7) PARIDOM FR. ANKELMANN *de herede ab inteſtato per conſenſum in teſtamentum imperfectum bona hereditaria non alienante. §. 11. p. 14.*

## §. 554.

Cum bona ſtemmatica ea lege a primo adquirente in poſteros transferantur, vt ſemper in familia maneant, haec autem conditio ſucceſſori ſcripta praeſumi non poſſit: ſequitur, *qualitatem bonorum* nobilium *ſtemmaticam* ſ. fideicommiſſariam *non praeſumi* 1), niſi primus adquirens ipſe hanc legem dixerit familiae ſuae; vel princeps qualitatem fideicommiſſariam praedio addiderit 2), vel ex lege, pactis familiae vel obſeruantia de eadem adpareat, quibus deficientibus ex iuris hodierni ſententia pro praedio auito haberi non debet; ſicuti dubium non eſt, poſſe hanc *qualitatem ſtemmaticam conſenſu eorum, quorum intereſt*, omnino *tolli* 3).

1) J. J. Reinhard vom Erbfolgsrecht der Töchter. c. 3. §. 1. ſqq. p. 103. ſqq.

2) em. io. fr. manzel *de fideicommiſſi familiae qualitate feudo ſuperaddita.* Roſt. 1742.

3) c. l. stieglitz *de fideicommiſſis familiae conſenſu eorum, quorum intereſt, ſublatis; ad deciſ. elect. ſax. 10.* Lipſ. 1752.

## §. 555.

Simulac vero de legitima praedii qualitate ſtemmatica adparet, ſucceſſor non ex beneficio vltimi defuncti, ſed *ex pacto et prouidentia maiorum* 1) ita ſuccedit, vt ipſi ius ſuccedendi nullo modo adimi minuique poſſit, nec ad praeſtanda defuncti facta, niſi in eadem conſenſerit, obligetur 2). Enimuero cum et agnati poſſeſſoris a primo adquirente deſcendentes indubitato iure ad praedium auitum vtantur: ſequitur, poſſeſſorem ob *condominium* 3) agnatis competens, niſi ſit *vltimus ſuae gentis* 4), a primo adquirente deſcendentis, non poſſe de praedio diſponere 5), illud diuidere 6), aut aere alieno onerare, niſi iis, quorum intereſt, conſentientibus 7). Deinde vero *filiae* quoque, vt finis familiae (§. 193. 194.), etiamſi non renunciauerint, a ſucceſſione in haec praedia auita *excluduntur* 8), nec ad eamdem, niſi exſtincta gente maſculina [auf den ledigen Anfall] admittuntur 9).

1) p. mvller *de prouidentia maiorum.* Ien. 1693.

2) WOLR. BVRCHARDI *de hereditate quadruplici ſ. de genere bonorum quadruplici in ſucceſſionibus illuſtrium.* Marp. 1755. *c.* 4. *p.* 57. *ſqq.*

3) H. C. SENKENBERG *primae lineae condominii pro indiuiſo ſ. ganerbinatus.* Goett. 1736. J. J. Reinhard in aurea deductione: Die Gemeinſchaft als ein wahrer Grund der Erbfolge, und der einzige Grund der Lehnsfolge der Seitenverwandten 1755. f. p. 23. ſq. FR. CAR. CONRADI ſ. reſp. IO. C. H. DREYER *de inaequali maſc. et femin. ſucceſſ.* §. 4. *p.* 25. *ſqq.*

4) S. FR. WILLEMBERG *de iure vltimi gentis ſuae.* Ien. 1735. REINHARTH *ad Chriſt. I,* 44. *p.* 108. *ſqq.*

5) IO. AVG. HELLFELD *de reſtricta illuſtrium alienandi facultate maxime quoad allodia auita.* Ien. 1747. I. C. H. DREYER *de reſtricta facultate bona hereditaria alienandi ad hereditaria bona mobilia non pertinente iure germanico, holſatico et lubecenſi.* Kil. 1750.

6) ANDR. SIGISM. GREEN *de prohibita bonorum allodialium diuiſione.* Lipſ. 1754.

7) REINHARTH *ad Chriſt. I,* 42. KOBE *de pecunia mutuaticia tuto collocanda c.* 5. §. 58. *p.* 105. *ſqq.*

8) IO. ST. PÜTTER *de iure feminarum adſpirandi ad fideicommiſſa familiae.* Marp 1745. I. PH. HAHN *de excluſione filiarum illuſtrium ab allodio legitima ex iure et patriae moribus vane ex renunciationibus quibuscumque petenda.* Mogunt. 1755. LVDEWIG in *conſil. halenſ. T. II. p.* 2063. *ſq.* PVFENDORF obſ. III, 19.

9) quae de praediis auitis diximus, legibus moribusque multarum prouinciarum diſerto probantur. Brem. Ritterr. t. 1. 3. Sächſ. L. O. P. 2. c. 12. 31. Oeſterr. Succeßionsordn. d. 1720. t. 12. p. 38. ſq. SCHMID *ad ius bauar. T. I. p.* 608. Mindiſche Landesvertr. p. 274. ſqq. C. C. *march.* II, 5. p. 130.

156. cont. 2. p. 133. ſq. Hinterpommerſche Lehns-conſtit. t. 5. p. m. 57. ſqq. *de ſtatuto geislingenſi nobilitatis immediatae vniuerſae*, quod d. 12. Febr. 1653. confectum dicitur, vid. C. W. STRECKER diſſ. *diuerſa dubia quidem vexata, et maximam partem feudalia ac equeſtria, praxi tamen in Francia orientali recepta.* Erf. 1736. p. 67. ſqq. et Pütters Deductionen p. 157. ſqq. Holſtein. Landger. ordn. P. 4. t. 5. §. 11. Elſaſſ. Ritterordn. p. 73. ſq. Heſſiſche L. O. P. 3. t. 23. 25. Fränkiſche Ritterordn. p. 48. Mecklenb. Erbvergleich; in adp. p. 28. In plerisque prouinciis res omnis ad pacta familiae et obſeruantiam redit.

## §. 556.

Inter *ciues* idem olim *bonorum hereditariorum* 1) fauor fuit, vt inter nobiles. Ex quo autem a militari gloria penitus defecerunt (§. 234.), nec ſplendori familiarum conſeruando ſatis intenti fuerunt: factum eſt, vt introducto praeſertim iure Romano, cuius inter ipſos liberior quam inter nobiles vſus, (§. 70.) conſeruandorum in familia bonorum neceſſitas tantum non penitus euaneſceret. Et licet varia iura ſtatutaria et prouincialia bonorum hereditariorum inter ciues mentionem faciant 2), et in eorum ſucceſſione extraneos praeferri nolint [was einmal in den Erbgang gekommen, muß in dem Erbgang bleiben]: facile tamen eſt ad animaduertendum, naturam horum bonorum hereditariorum maxime eſſe immutatam, cum non tantum per

filias elocatas in alias familias tranſeant, verum etiam poſſeſſori libera diſponendi, quin et, praeter prodigalitatem et dolum, alienandi facultas relinquatur 3).

1) PAVLL. FR. ROMANVS *de bonis hereditariis.* Lipſ. 1671.

2) ius *lubec.* lib. I. t. 10. a. 6. *hamb.* P. 3. t. 1. a. 7. *luneb.* P. 6. t. 5. *mindenſ.* lib. I. t. 2. a. 1. Bauzen. Stadtr. P. 2. t. 1. a. 4. Stad. P. 1. c. 4. Zell. t. 9. p. 26. Verd. ſtat. 13. Brem. P. 2. t. 4. §. 7. ſtat. 45. in C. C. *oldenb.* p. 287. Dithmarſ. a. 23. Oſtfrieſ. L. R. lib. 2. c. 114. Eiderſtädt. L. R. a. 31. P. 2. a. 15. 81. Nordſtrand. P. 2. a. 52. Huſum. P. 2. t. 2. Neumünſter. Kirchſpielsgebr. a. 13. Hadeler L. R. P. 2. t. 2. P. 3. t. 8. 11. Solm. P. 2. t. 10. §. 1. Magdeb. P. O. c. 22. §. 4. Schaumb. P. O. c. 27. Debeo haec DREYERO *de reſtr. facult. alien. bona hered. p.* 5. 33.

3) ANKELMANN *§. 22. p. 30. ſqq.*

# Capvt III.

## De ivribvs rervm.

### Sectio I.
### De ivre dominii et praescriptione.

### §. 557.

Eminentiſſimum omnium iurium, priuatis circa res ſuas competentium, eſt dominium; quod in eminens ſ. publicum et priuatum deſcribi ſolet. *Dominium eminens* 1) denotat ius Principis, vſum rerum ſubditis competentium in ſalutem reipublicae dirigendi; quod in *prohibita bonorum ad manus mortuas alienatione* 2), reſtricta aedificandi libertate 3), impedita ſiluarum ruina (§. 287.), introducta contractuum confirmatione (§. 551.) et infinitis aliis iuris publici priuatique capitibus ſeſe exſerit 4).

1) H. CONRING *de dominio eminente.* Helmſt. 1677.

2) BARTH. LEONH. SCHWENDENDÖRFER *de manu mortua et iure circa illam.* Lipſ. 1677. IO. EISENHART *de manu mortua.* Helmſt. 1693. G. C. CRAMER *de alienatione bonorum cum primis equeſtrium ad manus mortuas per ſtatutum prohibita.* Alt. 1726. C. G. BVDER *de iure manus mortuae.* Ien.

Ien. 1738. et in *opuſc. p. 995. ſqq.* KOBE *c. 1. §. 6.*

3) FRID. IAC. RIESE *de reſtricta aedificandi libertate.* Gieſſ. 1734.

4) LEYSER *ſp. 676.*

## §. 558.

*Dominium* 1) priuatum vero in Germania quoque denotat ius re ſua ſolitarie vtendi, deque ipſa eius ſubſtantia diſponendi, quae facultas ſi pluribus in eadem re pro indiuiſo competat, *condominium* 2) adpellatur.

1) CHR. THOMASIVS *de dominio eiusque natura in genere intuitu iuris germanici priuati.* Hal. 1721.

2) IO. ANDR. FROMMANN *de condominio territorii;* in diſſ. LAVTERBACHII *T. IV. p. 1584. ſqq.* H. C. SENKENBERG *primae lineae condominii pro indiuiſo ſ. ganerbinatus.* Goett. 1736.

## §. 559.

Qui vtrumque hoc cum dominio coniunctum habet ius, ſolitarium nempe vſum et omnimodam diſpoſitionem, *dominium plenum* habet; qui non indelibatum vtrumque tenet, ei *dominium minus plenum* tribuendum eſt. Iam ſi minus plene dominus ſolitarium poſſideat vſum, cum parte aliqua iuris diſponendi, *dominium vtile* 1); ſin reliqua proprietatis pars, ius nempe diſpoſitioni de re auctori-

ctoritatem interponendi ipſi competit, *dominium* habet *directum* 2), quod vtrumque ſi pluribus pro indiuiſo in re aliqua contingat, *condominium vtile aut directum* adpellare licebit.

1) hoc nuper ICtis extorquere auſus eſt HOMMELIVS in den acad. Reden über Maſcovs Lehnrecht. p. 357. ſqq.

2) N. H. Gundling von dem wahren Urſprung des Worts dominii directi; P. XII. Gundlingian. p. 156. ſqq.

## §. 560.

Si iura haec dominii pleni inter plures perſonas antea diuiſa in vna perſona coniungantur, *conſolidatio* 1) exſiſtit, quae ſi dominus vtilis dominium directum adquirat, *appropriatio* 2); ſin vero domino directo dominium vtile quoque accedat, *conſolidatio* 3) in ſenſu ſtricto dicitur.

1) IO. GE. KVLPIS *de conſolidatione*; in Vol. diſſ. p. 1. ſqq.

2) GABR. SCHWEDER *de appropriatione feudi* §. 4. GOTTH. DAN. HOFFMANN *de appropriatione feudorum* §. 7.

4) GE. LVD. BOEHMER *de conſolidatione feudorum impedita c. 1.* §. 5. *p. 9.*

## §. 561.

Quod ad *titulos* 1) dominium transferentes et *modos adquirendi* dominium attinet: plera-

pleraque, quae vſu fori hodierno obtinent, e iure peregrino petita ſunt, quae hic congerere non attinet. Hoc vnum tantum moneo: *magnum* hodie ratione *dominii diſcrimen inter diuerſos perſonarum* Germaniae *ordines* intercedere. *Nobiles* enim lautiſſimis ceteroquin iuribus circa praedia ſua vtentes (§. 281. ſqq.) *dominium* tamen admodum *reſtrictum habent* ob ſingularem, quam delineauimus, bonorum auitorum indolem (§. 555.). *Ruſtici* porro dominium vel plane non habent, vel ita limitatum, vt vix hoc nomen mereatur (§. 365.). Longe autem alia *ciuium* 2) ratio. Hi enim praeſertim ob laxiorem inter ipſos iuris Romani vſum (§. 70.) et abrogatum fere vbique diſcrimen bonorum auitorum et adquiſitorum (§. 556.) liberrimo iure circa bona ſua vtuntur, niſi quod ob tributa de iis ſoluenda reipublicae magis ſint obnoxia, quam praedia nobilium, et hinc contractus ſuper iis celebrati publice confirmandi ſint 3) [§. 551]. Si tamen ciuis praedium nobile adquirat, iura quoque iisdem cohaerentia nanciſcitur, exceptis iis tamen prouinciis, vbi nobiles demum ad adquirenda praedia nobilia admittuntur (§. 263. 264.).

1) I. A. ALTERMANN *de titulis et adquirendi modis.* Helmſt. 1750.

2) a praediis ciuium *borgagia* ſ. praedia *borgenſatica* ſollicite diſtinguenda ſunt. Buri p. 181. ſqq.

3) I. H. BOEHMER *de praerogatiua hypothecae publ. c. 2. §. 2. ſqq. T. III. exerc. ad Pand. p. 959. ſq.*

§. 562.

§. 562.

Inter modos adquirendi dominium eminet *praeſcriptio* 1), quae Germanis Verjährung, Verſäumniß, Verſchweigung dicitur, et nihil aliud denotat, quam adquiſitionem rei vel iuris ex vſu per tempus modumque lege determinatum continuato. Iam licet vniuerſa fere de praeſcriptione doctrina ex principiis iuris Romani hodie diiudicanda ſit: ſunt tamen quaedam praeſcriptionis ſpecies a Romanis diuerſae vſuque fori receptae.

1) C. G. RICCIVS *de praeſcriptione Germanorum.* Frf. 1738.

§. 563.

*Praeſcriptio annalis* 1) in fauorem commercii olim introducta et vſu medii aeui maxime frequentata etiamnum quibusdam iuribus ſtatutariis 2) ſeruatur in rebus mobilibus vltra mare adlatis 3) [in Sachen die über See und Sand kommen], et ſuo modo in rebus etiam immobilibus, quarum translationes a magiſtratibus confirmatae ſunt (§. 551.); in plerisque tamen prouinciis vrbibusque prorſus euanuit, adeoque in caſu dubio eius obſeruantia ſemper probanda eſt.

1) IO. G. HEINECCIVS *de praeſcriptione annali iuris Lubecenſis a iure communi diuerſa.* Hal. 1734. G. W. LVD. BENEKE *de praeſcriptione annali Germanorum.* Gieſſ. 1751. C. W. STÜRMER *de praeſcriptione*

*ſcriptione annali immobilium germanica et potiſſimum Norimbergenſi.* Alt. 1747.

2) ius *lubec.* lib. 1. t. 8. lib. 5. t. 6. a. 1. Steins Abhandl. P. I. §. 179. *hamb.* P. I. t. 30. a. 3. P. 2. t. 19. §. 3. de *Francofurto* ad Moenum Orth T. I. p. 316. ſq. ref. *noric.* t. 16. §. 5. HEINECCIVS §. 21. RICCIVS c. 4. §. 2. c. 5. §. 7. STÜRMER §. 10. p. 14. ſqq.

3) IO. S. STRYK *de praeſcriptione rerum vltra mare adlatarum.* Hal. 1710. 1748.

## §. 564.

*Tricennaria* 1) praeſcriptio olim Germanis in cognita 2) item ex praeceptis iuris communis peregrini hodie iudicatur; quae enim in quibusdam iuribus particularibus 3) de ea cauentur, mere peregrina ſunt. In Saxonia 4) tamen annalis praeſcriptio cum tricennaria ita coniuncta eſt, vt 31 annis, 6 hebdomadibus et 3 diebus abſoluatur.

1) GVNDLINGIANA *P. 26. obſ. 1.* de paroemia belgica: de Prâſcriptie van een derden deel van hondert Jaeren gaet voer alle ſegel ende Brefe; conſule ANT. MATTHAEVM *de paroemiis p. 304. ſqq.*

2) POLACK *lib. II. c. 5. §. 1. p. 96.*

3) Naſſ. L. O. P. 6. c. 1. p. 169. Solm. L. R. P. 2. t. 31. p. 315. ref. *francof.* P. 2. t. 3. §. 8. t. 8. §. 16. t. 9. §. 9.

4) I. P. S. I, 29. An Eigen und Erbe mag ſich der Sachs verſchweigen bey 30 Jahr, und Jahr und Tag, und eher nicht. RICCIVS c. 4. §. 2.

§. 565.

## §. 565.

De *praeſcriptione libertatis* iam dictum eſt (§. 313. 385.) Reliquae autem praeſcriptionum ſpecies 1), quae hinc inde occurrunt, nimis ſunt ſpeciales 2), quam quae hic recenſeantur. De cetero errare eos puto, qui Germanos bonae fidei 3) rationem in praeſcriptione procul habuiſſe contendunt. Certe hodie in hoc vt in reliquis de praeſcriptione capitibus potior videtur iuris communis peregrini prae iure germanico antiquo conditio (§. 28. 36. 68.).

1) RICCIVS *c. X. ſqq. p. 93. ſqq.*

2) iure *naſſouico* citato ad *praeſcriptionem immemorialem* probandam ſufficit, ſi teſtes 45 annis maiores de 40 annorum ſpatio teſtantur.

3) contrarium enim probat paroemia: Hundert Jahr Unrecht iſt nicht eine Stunde Recht. HERTIVS I, 3. Eiſenharth p. 2. quae autem e iure lubecenſi aliisque ideo proferuntur, facillimae ſunt confutationis. MEVIVS *P. 2. d. 378. P. 9. d. 160.*

# Sectio II.

## De servitutibus praediorum.

## §. 566.

Alterum ius rerum ſeruitutibus praediorum continetur. *Seruitus* 1) praediorum generatim denotat reſtrictionem libertatis naturalis praedii in fauorem alterius perſonae

ſonae vel praedii; quae ipſa reſtrictio cum vel ius Principis territoriale vel iura priuatorum concernat: *ſeruitutes* inde *iuris publici* 2) *et priuati* permanant; quarum prima tamen ſpecies huc non pertinet. De cetero vniuerſa haec doctrina, cum leges patriae de eadem ſileant, fere vnice ex iure peregrino interpretanda eſt, cum ſi earumdem exercitium 3) ſpectes, tum modum easdem conſtituendi 4) et amittendi 5): neque adeo eorum 6) ſententiae ſubſcribendum reor, qui Germaniam ſubtilitatibus, quas putant, iuris Romani hac in re facillime carere opinantur.

1) praxi potiſſimum inſeruit CHR. HILDER. SYRINGII i. e. FR. SCHWESERI *theatrum ſeruitutum*; licet nec concinne nec ſatis adcurate compilatum.

2) H. ARTOPOEVS *de iuris publici ſeruitutibus*. Arg. 1689. IO. H. FELZ *de ſeruitutibus iuris publici*. Arg. 1701. CHR. IO. CONR. ENGELBRECHT *de ſeruitutibus iuris publici*. Helmſt. 1715. et cum praefat. CHR. GOTTL. BVDERI. Ien. 1739.

3) C. L. CRELL *de ſeruitutibus ad certum modum reſtrictis*. Vit. 1751.

4) Orth T. II. p. 530. ſqq. iure *wurtembergico* nemo ſine conſenſu Principis ſeruitutem aedibus imponere poteſt. Würtemb. L. R. P. 2. t. 9. §. gleicher weiß. LAVTERBACH *diſſ. iur. Rom. et wurtemb. T. II. diſſert. p. 1175.* Lindenſpür p. 74.

5) W. A. SCHÖPF *de praeſcriptione ſeruitutum exſtinctiua*. Tub. 1716.

6) LEYSER *ſp. 107. m. 1.* IO. SIM. BECKENSTAIN *de inutilitate diſtinctionis inter ſeruitutes urbanas et ruſticas*. Regiom. 1725.

## §. 567.

Cum infinitae ſint vtilitatis ſpecies, quam quis ex alterius praedio percipere poteſt, ſtatim adparet, neque iuſtum ſeruitutum numerum iniri poſſe, praeſertim cum omnia fere iura per modum ſeruitutis in alterius praedio exerceri poſſint, quo pertinet v. c. *ius venandi* (§. 286.) *ius lignandi* (§. 287. 540.) *ius piſcandi* (§. 532.) *ius grutiae* (§. 531.) *ius glandis legendae* (§. 541.) et quae ſunt huius generis alia 1). In primis notari meretur nobiliſſima *ſeruitutum in faciendo conſiſtentium* 2) ſpecies, quae quia cum iure cogendi coniunctae ſunt, *iura bannaria* quoque vocantur, Romanis prorſus incognita 3) et tantum non improbata 4). Potiſſima horum iurium recenſebimus.

1) olim durante iuris manuarii licentia *ius aperturae* (Oeffnungsrecht) nobiliſſimam ſeruitutis ſpeciem conſtituebat. AH. FRITSCH *de iure aperturae.* Rudolſt. 1668. 1673. W. DECKHER *de iure aperturae.* Arg. 1670. IO. IOA. SCHOEPFER *de apertura regali.* Roſt. 1702. diſſ. mea *de reliquiis iur. manuar. in iure publ. et priuat.* §. 21. *p.* 55. *ſq.*

2) EPHR. GERHARD *de ſeruitutibus in faciendo conſiſtentibus.* Ien. 1710. GOTTL. GERH. TITIVS *de ſeruitute faciendi.* Lipſ. 1710. in *Vol. diſſ. p.* 508. *ſqq.* IO. WIEGER *de ſeruitute in facto non conſiſtente.* Arg. 1749.

3) N. H. Gundling: warum die Römer keine ſeruitutes in faciendo conſiſtentes ſtatuiret; in den kleinen Schriften *p.* 454. *ſqq.*

4) MEVIVS *P. I. d.* 60.

## §. 568.

Eminet in hiſce iuribus *ius cereuiſiarium bannarium* [Bierzwang, Zwangbrau], vi cuius ſubditi intra certam regionem, cereuiſiam in praefectura, caupona bannaria [Zwangſchenke] vel vrbe emere coguntur, neque aliunde eam arceſſendi poteſtatem habent, quod ius priuilegio vel praeſcriptione quaeſitum, non ſtrictae tantum eſt interpretationis, atque adeo ad vinum extendi nequit, verum etiam cum libertati naturali et ipſi adeo Principum vtilitati repugnet, difficillimo negotio, nec niſi auditis vicinis, quorum intereſt, impetratur 1).

1) titius §. 39. c. l. scheidii *tract. ſpecial. de iure coqu. et vend. cereuiſ.* §. 18. p. 52. ſqq. pufendorf obſ. II, 53. C. C. *march.* V, 2. p. 30.

## §. 569.

Idem fere dicendum de *molendinis bannariis* 1) ſ. Zwangmühlen, in quibus incolae regionis cuiusdam frumentum ſuum conterere iubentur, et ne eius rei cauſſa alio diuertant, legitimis mediis compelli poſſunt. Tametſi enim plerumque ius exſtruendi molendina admodum reſtringatur (§. 529) libertati tamen ſubditorum plerumque ita conſulitur, vt niſi expreſſum adſit priuilegium vel obſeruantia, molendinum bannarium eſſe haud praeſumatur 2).

1) P. MÜLLER *de molendinis bannariis.* Ien. 1678. Vit. 1749. IO. W. WALDSCHMID *de molendinis bannariis.* Marp. 1718. Cramer: vom Unterſcheid der Bann- oder Zwangmühlengerechtigkeit und des Rechts, fremde Müller abzuhalten, daß ſie aus einem gewiſſen Bezirk kein Getreide zum Mahlen auf ihre Mühlen abholen dürfen; nebſt der Bedeutung des Worts Dingmahl; *P. 10.* der Wezlar. Nebenſt. *p. 56. ſqq.*

2) TITIVS §. 40. C.C. *march.* V, 3. p. 245. PVFENDORF obſ. I, 226. II, 45. III, 162. ENGELBRECHT obſ. 37.

## §. 570.

Maiorem aliquantum iuris fauorem nanciſcuntur *furni bannarii* 1) [Zwangbacköfen], metum nempe incendii aliqua ratione minuentes. Hinc in pagis praeſertim quamplurimis ob maiorem incendii metum deprehenduntur; rarius tamen in vrbibus, vbi denuo extra caſum priuilegii vel obſeruantiae non praeſumuntur 2).

1) S. STRYK *de iure furnorum.* Frf. 1677. Frid. Rud. Lauhn Bedenken: in wie weit das Recht eines Zwangbackofens auf die Weißbackgerechtigkeit zum feilen Kauf zu ziehen ſey? 1752.

2) C. C. *march.* V, 1. p. 312. VI, 2. p. 213. Naſſ. P. O. p. 110. TITIVS §. 41. REINHARTH ad Chriſt. III, 13. V, 3.

## §. 571.

Huc etiam ſpectant, licet ad iuris publici praeſertim doctrinam pertinentes, *ſalinae banna-*

*bannariae* 1) (§. 546.) Principum vel ſubditorum, cum nempe incolae territorii ex his ſolummodo ſalis emendi arbitrium habent, *poſtae* 2), quibus neceſſario vtendum, et alia inſtituta quamplurima, quibus Principes commerciorum cum exteris libertatem, in ſalutem reipublicae reſtringunt 3).

1) C. C. *Cal.* c. 4. p. 296. ſqq. C. C. *march.* IV, 2. p. 18. 24. ſq. IVNG *de iure ſalinarum c. 3. §. 21. ſqq. p. 161. ſqq.*

2) C. WILDVOGEL *de iure Principis eminenti circa poſtas.* Ien. 1705.

3) G. H. AYRER *de principe politiam circa commercia et ſtudia ciuium rite adornante c. 2. §. 7. p. 39. ſqq.* G. L. BOEHMER *de iure Principis reſtringendi libertatem commerciorum in vtilitatem ſubditorum.* Goett. 1754.

## §. 572.

Tandem *cenſus* etiam et *operae* 1), praeſertim ruſticorum 2) ſpeciem ſeruitutis in faciendo conſiſtentis conſtituunt, cum libertas naturalis ruſtici, tamquam poſſeſſoris praedii, in fauorem alterius reſtringatur, de quibus tamen cum ſupra, quod ſatis eſt, diſputauerimus (§. 347-361.) hoc loco diſſerere non attinet.

1) TITIVS §. 42.

2) CHR. GOTTL. BVDER diff. *de operis burgenſium.* Ien. 1748.

## §. 573.

Quod ad reliquas ſeruitutum ſpecies Romanis iam cognitas, attinet, parum ad easdem illuſtrandas ex iure patrio adferri poteſt, cum fere omnia ex iure peregrino et pactis iudicari debeant. Iure quarumdam vrbium *feneſtras* 1) aperire non licet, vbi ante non fuerunt, quod tamen ad exemplum trahi non poteſt 2).

1) Böhmiſche L. O. K. 17. §. 41. ius *lub.* III. 12. 13. ref. *francoſ.* P. 2. t. 6. §. 1. Orth T. II. p. 524. CHR. LEONH. LEVCHT *de iure feneſtrarum.* Norimb. 1718. et cura IO. IOD. BECKII. ibid. 1726. ref. *Noric.* t. 26. a. 3. Ulm. Bauordn. t. 10. §. 1.

2) LVD. CHR. ERLABECK *de iuribus aedificiorum.* Alt. 1760.

## §. 574.

*Ius paſcendi* 1) ſ. ius determinatam pecorum partem in fundum alterius agendi, vt pabulum ibi habeant, inſtrumento, quod Hutbrief adpellant, plerumque determinatur, idque, ſi ad perſonam, cui conceditur, adſtringatur, perſonale; ſin praedio cohaereat, reale; ſin denique vtriusque praedii dominis viciſſim competat, *ius compaſcui* ſ. Koppelweide nuncupatur 2). De cetero cum hac ſeruitute paſcendi non commiſcendum eſt *ius pecora in paſcua publica* agendi 3), quod omnibus, qui praedio aliquo in vniuerſitate inſtructi

ſtructi ſunt, aut conſenſu vniuerſitatis hoc iure aucti ſunt, tribuendum eſt (§. 547. 548.). Si *paſcua deficiant* 4), potior omnino videtur conditio praedii ſeruientis; niſi ſtatim ab initio defecerint.

1) GOTH. BARTH *de iure paſcendi*. Lipſ. 1693. in *Volum. diſſ. p. 377 ſqq.* IO. CHR. SCHÜTZ tractatus *de iure paſcendi publico et priuato ad Germaniae praxin adcommodatus*. Frf. 1732.

2) Denekens Dorf- und Landrecht P. 3. pag. 199 ſqq. Stiſſers Landwirthſchaft der Teutſchen c. 7. §. 4. p. 255. ſqq.

3) HENR. HAHN *de iure paſcendi in paſcuis propriis domino, in communibus vniuerſitatis ciuibus et incolis; in alienis iure compaſcui aut ſeruitutis competente, nec non de aliis ad paſcua, pecora, paſtores et ſimilia pertinentibus*. Helmſt. 1654.

4) ANDR. FLOR. RIVINUS *de aequali iure dominantis et ſeruientis praedii, ſi paſcua non ſufficiant*. Lipſ. 1738.

## §. 575.

A ſeruitute paſcendi denique diſtinguunt ICti pragmatici *ius ſtercorandi* [Pferchrecht], idque facultatem erigendi in propriis agris ſepta, eoque oues ſuas 1) immittendi ad foecundandos agros, adpellant; quod tamen ius improprie ſeruitutibus accenſetur, cum omnibus dominis agrorum competat, atque adeo merito pro libertate naturali praeſumatur 2). Si tamen quis pacto vel obſeruantia omnem vtilitatem ex ſtercoratione ouium oriundam

alterius agro praeſtare debeat, vera *ſeruitus ſtercorandi* inde oritur 3).

1) de iure alendi oues (Schäferengerechtigkeit) conſule Strubens Bedenken n. 122. p. 286 ſqq.

2) diſſentit GE. AD. STRVVIVS *de iure ouium cap. 6. p. m. 76 ſqq.* ſed rationes opinionis ſuae adfert non probabiles. Saepius tamen ius alendi ouium greges admodum reſtrictum. Caſſel. Grebenordnung t. 32. §. 3. Würtemb. Weid- und Schafordn. §. 2. Bayr. Forſtordnung a. 35. de Saxonia CARPZOV. P. 2. d. 206. alibi certus numerus ouium praefinitus. SCHEPLITZ P. 3. t. 20. §. 1. Gothaiſche L. O. P. 2. c. 3. t. 21. Altenb. II, 3, 20. cf. etiam GRVPENII obſeru. p. 975 ſqq.

3) IO. SAM. STRYK *de iure cratium.* Hal. 1702.

## SECTIO III.
### DE IVRE PIGNORIS.

### §. 576.

Tertium ius rerum, de quo nunc paucis exponendum eſt, pignore continetur, quod olim in maxima pecuniae apud Germanos raritate tantum non ſemper loco vſurarum et in ſecuritatem creditorum conſtitutum eſt. Eſt autem *pignus* 1) in Germania ius creditoris, omnem vſum ex re in ſecuritatem crediti a debitore ipſi conſtituta, loco vſurarum, vſque ad reſtitutionem ſortis percipiendi; quod adeo recte *antichreticum* vocatur.

1) ioach. pottgiesser *de indole et natura pignoris, quoad ius gentium, iura et conſuetudines Germaniae.* Marp. 1722. goth. reinh. koeselis *de iure pignoris ex communi et electorali ſaxonico iure enucleato.* Lipſ. 1732. ioach. de fricciis *de differentiis iuris Romani et Germanici circa pignus in manus traditum.* Kil. 1733. ge. henr. ayreri *diff. iuris Romani et germanici circa pignora.* Goett. 1742. chr. gottl. riccivs *de dominio pignoris germanici.* Goth. 1747. ge. henr. ayreri progr. I. II. III. *de commodati et pignoris ſecundum iura ſtatutaria comparatione.* Goett. 1750.

## §. 577.

Quod ad naturam et indolem iuris pignoratitii in Germania attinet: conſtans olim fuit ICtorum opinio, *dominium pignoris in creditorem tranſire*, quod tamen *omnino falſum eſt.* Licet enim in *quibusdam iuribus ſtatutariis* 1) *rei vindicatio contra tertium poſſeſſorem denegetur* 2), ſecundum tritam iuris antiqui paroemiam: Hand muß Hand wåhren, vel: wo ich meinen Glauben verloren, muß ich ihn wieder finden 3): hoc tamen non vniuerſale vmquam fuit, et ad exceptionem potius referri debet, cum haec ipſa iura creditorem ex regula ad reſtitutionem obligent 4). *Quod* autem *inter illuſtres oppignoratis territoriis* 5) *dominium* pignoris ſaepius in creditores *transferatur*: hoc non *ex* generali pignoris germanici indole, ſed *pactis* contractui *adiectis* 6), *deriuandum* eſt. Quae quum ita ſint, nec leges imperii

 perii

perii aut particulares 7) prouinciarum hoc dominium creditori tribuant: omnis haec de dominio pignoris doctrina comnientis quorumdam ICtorum adſcribenda eſt; atque adeo *creditor antichreticus*, cum fructus pignoris loco vſurarum percipiat, *ad rationes reddendas* omnino *obligatur* 8), cum neque hic exceſſum vſurarum leges tolereat.

1) I. P. S. II, 60. ius *lub.* III, 2, 1. 2. Steins Abhandl. des Lüb. Rechts P. 3. §. 72. EIVSD. Einl. §. 226. p. 283 ſq. *hamb.* P. 2. t. 11. a. 7. idem ſtatutis *bremenſ.* ſancitum. CASP. A RHEDEN *de ſtatut. bremenſ. ad mercaturam bremenſ. compoſitis* §. 31 *ſqq.* *p.* 24 *ſqq.*

2) HENR. BODINVS *de rei vindicatione contra bonae fidei poſſeſſorem non competente.* Hal. 1703. NIC. HIER. GVNDLING *de rei vindicatione ex iure Romano et patrio.* Hal. 1726. WALTH. VINC. WIESE *de rei vindicatione iuris Lubecenſis.* Roſt. 1757. ENGELBRECHT *obſ. 10.*

3. IO. AMSEL *de rationabilitate canonis: Hand muß Hand gewähren.* Regiom. 1694. HERTIVS *de paroem. I, 18.* PISTORIVS cent. 5. par. 10. MATTHAEVS *de paroem. p. m. 216 ſqq.* Eiſenharth p. 319.

4) RICCIVS *de dominio pign.* §. *10. 11.*

5) IO. STRAVCH *de oppignorationibus imperialibus.* Ien. 1671. et in *opuſcul. p. 727 ſqq.* NIC. HIER. GVNDLING *de iure oppignorati territorii.* Halae 1706 HENR. CHR. SENKENBERG *de iudice controuerſiae de reluitione oppignorati territorii* Gieſſ. 1739.

6) RICCIVS l. c. §. 16.

7)

7) Maynz. L. R t. 19. Trier. L. R t. 14. §. 2. Churcölln. Rechtsordn. t. 14. Magdeb. P. O. c. 49. Naſſ. L. O. P. I. t. 12. Hohenl. L. R. P. 3. t. 16. Solm. L. R. P. 2. t. 14. 15. p. 202. ref. *francof.* P. 2. t. 17. 18. C. C. *march.* II, 1, 107. Oeſterreich. Execut Ordn. t. 6. §. 1. 2. SVTTINGER obſ. 148. Würtemb. L. R. P. 2. t. 7. Gerſtlacher lib. I. § 88. Cölln. ſtatuta p. 179 ſq. Schaumb. Sächſ. Recht P. 3. p. 62 ſq. Dithmarſ. L. R a. 51. ſtat. *mulhuſ.* lib. 3. a. 71 ſqq. p. 348 ſqq. Pfälz. L. R. P. 2. t. 16. p. 263 ſqq. Jülich. und Berg R. O. a. 103. p. m. 99. Baden. L. R P. 4. t. 16. p. m. 170 ſqq. Erfurt. Ordn. p. 328. Nördling. Stadtr. P. 2. t. 9. Schwed. Pommerſche Grundgeſetze p. 79. 81. 107. 217. 238. 288. 410.

8) R. P. O. 1548. t. 17. §. 8. 1577. t. 17. §. 9. 10. WILH. ENGELBRECHT *de creditore antichretico ad fructus percipiendos non obligato.* Helmſt. 1724. DIET. HERM. KEMMERICH *de creditore antichretico rationes non reddente.* Ien. 1733. HENR. BROKES *de antichreſi, quatenus eſt vſurariae prauitatis inuolucrum non toleranda.* Viteb. 1734. GOTH. LVD. MENKEN *nullum exceſſum vſurarum in pacto antichretico eſſe tolerandum.* Lipſ. 1745.

## §. 578.

De cetero ex dictis ratio adparet, cur leges *pactum commiſſorium circa pignora* 1) maximo odio proſequantur, licet id olim per vniuerſam Germaniam vſu fori frequentaretur. Scilicet cum valor pignoris creditori dati ſortem plerumque excedat, atque adeo ſub hoc pacto vſuraria prauitas tantum non ſemper delitelcere ſoleat: leges imperii 2) et

qua-

quarumdam prouinciarum 3) hac ipſa de cauſſa hoc pactum omnino reprobarunt.

1) IO. WILH. ENGELBRECHT *de lege commiſſoria contractui pignoratitio illicite et emtioni venditioni aliisque contractibus licite adiecta.* Helmſt. 1729. CHR. GOTTL. RICCII *problema iuris germanici: num pactum commiſſorium circa pignora in Germanorum fora, in quibus id quondam valuit, rurſus ſit inuehendum et adprobandum.* Ien. 1743.

2) R. P. O. 1577. t. 20. §. 5.

3) Pfälz. L. R. P. 2. t. 16. mand. elect. *ſaxon.* d. 1609. von wucherl. Contr. §. item. Gothaiſche L. O. P. 2. c. 4. t. 20. §. vlt. Altenb. L. O. p. 312. Würtemb. L. R. P. 2. t. 7. P. O. der Burg Friedberg t. 14. §. 3. haec ex RICCIO §. *19. p. 33 ſqq.*

# LIBER IV.
# DE IVRE CONTRACTVVM ET SVCCESSIONVM.

## CAPVT I.
## DE IVRE CONTRACTVVM.

### SECTIO I.
### DE PACTIS ET CONTRACTIBVS IN GENERE.

§. 579.

Recenſitis iam potioribus rerum iuriumque circa eas competentium ſpeciebus: progrediendum nunc eſt ad modos, quibus res et iura rerum transferuntur, quod quum inter viuos pactis et contractibus, mortis cauſſa vero per ſucceſſionem pacto, lege vel teſtamento delatam contingat: hoc libro de contractibus et ſucceſſionibus tradendum eſt, qua in re tamen ita verſabimur, vt non vniuerſam de contractibus et ſucceſſione materiam, ex iure ſcilicet peregrino fere vnice deducendam, ſed *ſingularia* tantum *iuris germanici*

*manici in doctrina de contractibus* in medium proferamus.

## §. 580.

*Pactum* 1) [Geding] generatim promiſſionem ab altero acceptatam denotat. Iam cum Germanos nulla vmquam gens fide anteceſſiſſe dicatur 2); mirum non eſt, eosdem ante introductum ius Romanum omnibus pactis ſeria et deliberata mente initis vim obligandi dediſſe 3), nondum cognito, quod Romanis in vſu fuit 4), pactorum et contractuum diſcrimine. Enimuero aliud hodie dicendum videtur. Cum enim ius Romanum, quantum patet, in ſubſidium receptum ſit (§ 70.) ac *diſcrimini pactorum et contractuum in iuribus Germaniae particularibus non derogatum* 5) ſit; niſi quod ſtipulationum nullus plane vſus eſſe deprehendatur 6); praeſumtio omnino pro iure Romano capienda eſt, licet plerique ICti contrariam opinionem amplectantur 7).

1) MATTH. STEIN *de diſſonantia iuris ciuilis et canonici cum vſu fori circa pacta.* Roſt. 1712. GEBH. CHR. BASTINELLER *de actione ex quocumque pacto moribus data.* Viteb 1718. IO. BALTH. WERNHERI progr. *de actione ex pacto moribus data.* ib. eod. WILH. HIER. BRÜCKNER *de vi pactorum nudorum hodierna, eiusque vero fundamento.* Ien. 1721.

2) GE. CHR. GEBAVERI progr. *de alea et fide* ad Tac. c. 24. Goett. 1741.

3)

3) quo refertur paroemia: ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann. HERTIVS I, 8. Eiſenhart p. 311 ſqq.

4) de hoc ſtrictim expoſui in *elem. antiqu. iur. Rom. publ. et priuat.* §. 749 ſqq. p 540 ſqq.

5) HENR. COCCEII *de vſu et differentia hodiernorum pactorum et ſtipulationum.* Frf. 1692. ENNO LVD. BRENNEISEN *de inutilibus pactorum iuris Romani diuiſionibus in foris Germaniae.* Hal. 1696. H. BODINI *vindiciae pactorum iuris Romani ad demonſtrandum, nec hodie ex nudo pacto actionem competere.* Hal. 1696. FRID. GREG. LAVTENSACK *ſpecimen iurisprudentiae otioſae in capitibus de iurisdictione et pactis.* Erf. 1707. FRID. VLR. PESTEL *aequitas doctrinae Romanorum de pactis nudis adſerta.* Rint. 1748.

6) LAVR. ANDR. HAMBERGERVS *de non vſu ſtipulationum vſuque pactorum in foris Germaniae.* Ien. 1714. in *opuſculis* EIVS ab ESTORE editis *p.* 151 *ſqq.*

7) Orth T. I. p. 5. FERD. LAZ. MAVR. IMHOF *an omnes contractus iuxta vſum fori germanici ſint conſenſuales.* Helmſt. 1714.

## §. 581.

Vt facilius de ſingulis futuri contractus articulis conſtet, ſolent contrahentes potiora eius momenta ante veram contractus conſummationem in litteras redigere, quod *punctationes* ſ. *minutas* 1) vocant, ex quibus tamen actio non datur, niſi ex iisdem adpareat, contrahentes in easdem plene conſenſiſſe, atque adeo eſſentialia contractus in liquido conſtituta eſſe inde intelligantur 2).

1) IO.

1) IO. GE. BREHME *de tractatibus*. Ien. 1681. PETR. MÜLLER *de punctatione ſ. minuta*. Ien. 1690. HENR. HILDEBRAND *de punctationibus*. Alt. 1699. IOACH. HENR. WALTHAVSEN *de praeambulis priuatorum tractatibus eorumque iure*. Helmſtad. 1711.

2) LEYSER ſp. 33. m. 7. ſp. 39. m. 2. ſp. 40. m. 2. 3.

## §. 582.

*Scriptura*, niſi de ea conuentum fuerit excepto cambio, et pactis nuptialibus ruſticorum (§. 365. 422.) neceſſaria non eſt. Facto tamen a notariis *contractus* inſtrumento, *praelectio* 1) neceſſaria eſt. Perfecto contractu *poenitentia* 2) non admittitur, qua de cauſſa contrahentes in ſignum perfecti contractus *arrham* 3) [Handgeld, Topſchilling] conſtituere ſolent, qua etiam relicta a pacto recedi non poteſt. Si tamen pacto nondum perfecto arrha conſtituatur, eaque relicta facultatem poenitendi contrahentes ſibi reſeruent, *multa poenitentialis* 4) [Reubuſſe, Reukaufsgeld, Gottespfennig] adpellatur; quod tamen in dubio non praeſumitur 5). Conſummationem contractus *traditio* inſequitur, ad quam varia ſymbola accedere ſolent 6), et ſi de rebus immobilibus transferendis agitur, confirmatio, de qua ſupra (§. 551.) dictum eſt, iudicialis.

1) Notariatsordn. 1512. §. 14. 16. IVST. HENN. BOEHMER *de contractu non praelecto*. Hal. 1700. *T. II. exerc. ad Pand. p. 309 ſqq.*

2) MELCH. HOLLER *de poenitentia in contractibus nominatis perinde ac innominatis obtinente.* Vltr. 1734. TOB. IAC. REINHARTH *de poenitentia vnius partis ob moram vel perfidiam alterius in contractibus nominatis exule.* Goett. 1737.

3) BARTH. LEONH. SCHWENDENDÖRFER *de arrhatione.* Lipſ. 1652. WOLFG. AD. LAVTERBACH *de arrha eiusque iure.* Tub. 1657. IO. VRSINVS *de contractu arrhali.* Arg. 1660. IO. MADER *de arrharum materia.* Arg. 1697. CHR. THOMASIVS *de arrhis emtionum.* Hal. 1702. IO. HENR. FELZ *excerpta controuerſiarum illuſtrium de arrhis.* Arg. 1703. FRID. VLR. PESTEL *de arrha contractibus vulgo adiici ſolita.* Rint. 1735. IO. MATTHW. REVTER *de arrha pacto imperfecto data.* Hal. 1747. IO. CAR. HENR. DREYERI *differentiae iur. Rom. et germ. in arrhis emtionum.* Kil. 1747. IO. AVG. BACH *de mulcta poenitentiali in emtione venditione,* Lipſ. 1756.

4) ius *hamb.* II, 8, 10. Steins Einleitung in die Lüb. Rechtsgel. §. 263. 264.

5) IO. CHR. KOCH *ſpecim. compendii Pand.* (Ien. 1757.) *p.* 50 *ſqq.*

6) IO. GOTH. SCHAVMBVRG *de traditione ſymbolica.* Viteb. 1736. CHR. FRID. DANNREVTHER *de translatione iurium ſymbolica.* Alt. 1748.

## §. 583.

Quod ad *generalia contractuum requiſita* attinet, eorumque propter dolum, vim metumque infirmationem: tantum non omnia *ex iure peregrino diiudicanda* ſunt. Facile tamen eſt ad animaduertendum, eos qui vel nullo vel limitato rerum ſuarum dominio vtuntur, ad conſenſum eorum, quorum in-

tereſt, requirendum obligari, quod exemplis praediorum ruſticorum (§. 365.) et auitorum (§. 553.) ſupra adductis illuſtratur.

## §. 584.

Ipſa pacta et contractus in principales et acceſſorios diuidi ſolent. *Principales* ſunt, qui ipſi ſua natura ſubſiſtunt, neque ad aliud pactum accedunt; *acceſſorii* vero, qui in ſecuritatem negotii alterius iam contracti aut contrahendi celebrari ſolent. De vtrisque ſigillatim exponemus, addita tractatione de cambio ex pluribus negotiis ſ. contractibus mixto.

# SECTIO II.

## DE CONTRACTIBVS PRINCIPALIBVS.

## §. 585.

In contractibus, qui nullo intercedente onere ius in alterum transferunt, eminet omnino *donatio* 1) ſ. pactum de re noſtra gratis in alterum transferenda. Haec ſicuti in plerisque capitibus ex praeceptis iuris communis iudicatur 2): ita tamen ſingulare hoc habet ex iure germanico, quod in quibusdam prouinciis non niſi integrae valetudinis homines donare queant (§. 204.); quod in rebus immo-

immobilibus iudicis 3)(§. 551.), in rebus auitis autem agnatorum conſenſus (§ 553.) requiratur, et donatio ad manus mortuas (§. 557.) nouiori aetate admodum reſtringatur.

1) IO. PETR. DE LVDEWIG *differ. iur. Rom. et germ. in donationibus et barbari adnexus acceptatione.* Hal. 1721. I. F. WERNHER *de acceptatione in donationibus neceſſaria.* Vit. 1724.

2) IO. FRID. WAHLII progr. *de legitima donandi ratione.* Goett. 1747. Solm L. R. P. 2. t. 13.

3) IO. H. ALBINVS *de donationibus bonorum immobilium, iure inprimis ſaxonico.* Vit. 1732.

## §. 586.

Ad ea pacta, quibus de re omnimodo in alterum transferenda, ſub certa tamen praeſtatione, agitur, permutatio pertinet et emtio venditio. *Permutatio* 1) antiquiſſimus ſine dubio Germanorum contractus in conuentione conſiſtit de re noſtra pro re alterius transferenda; eaque ſaepe in fraudem iuris retractus, licet inualide, iniri ſimulatur 2).

1) Solm. L. R. P. 2. t. 9. Naſſ. L. O. P. 1. t. 17. Hohenl. L. R P. 3. t. 16.

2) C. F. WALTHER *de vero genere contractus ex permutatione et emtione aequaliter mixti.* Alt. 1744. I. F. WAHLII progr. *de permutatione pacto diſplicentiae ad formam legis commiſſoriae vallato,* Goett. 1748.

## §. 587.

*Emtio venditio* 1) continet pactum de re pro certo pretio in alterum transferenda, atque adeo in Germania quoque ſolo conſenſu nititur 2), niſi de rebus immobilibus (§. 551.), auitis (§. 553) vendendis agatur, aut arrha 3) conſtituta ſit (§. 582.) De cetero in translatione rerum immobilium venditarum interdum quoque *pretium acceſſorium* 4) v. c. pro redemtione clauium [Schlüſſel-Halter-Strickgeld] venditores ſibi ſtipulantur, cuius tamen promiſſio in caſu dubio haud praeſumitur 5).

1) LVD. MART. KAHLE *ſelecta iuris bremenſis in contractu emtionis venditionis*. Marp. 1753. IO. ANDR. MICH. NAGEL *de contractu quodam iudaico emtionis et venditionis*. Alt. 1754

2) huc tendit paroemia: Bieten und wiederbieten macht den Kauf. PISTORIVS I, 50. Eiſenbarth p. 330 ſqq. ius *lubec.* P. 3. t. 6. *hamb.* P. 2. t. 8. Solm. P. 2. t. 10. Naſſ. P. 1. t. 2 ſq. Hohenl. L. R. P. 3. t. 2.

3) IO. GOTTL. WEIDLER *an quis in contractu emtionis venditionis, cui mulcta poenitentialis adiecta eſt, altera parte inuita poenitere, et ſoluta hac mulcta a contractu reſilire poſſit?* Vit. 1734.

4) ERN. IO. FRID. MANZEL *de pretio redemtionis clauium.* Roſt. 1747.

5) ſi emtor non omne pretium ſoluit, *venditores* ratione *reſidui* (Reſtkaufſchilling) *pretii* ſibi *hypothecam* et ipſum adeo *dominium*, donec tota ſolutio facta fuerit, *reſeruare* ſolent. HERTIVS *de reſeruatione dominii vel hypothecae in re vendita.* Orth T. I. p. 188 ſqq. IO. FRID. WAHL *de validitate et effectu reſeruationis dominii et hypothecae in ſecuritatem pretii reſidui in rebus praecipue* im-

*immobilibus venditis vulgo* Reſtkaufſchilling *in ciuitate imperiali francof. vſitatae.* Goett. 1753.

## §. 588.

Venditio rerum priuatis competentium licet plerumque libera ſit: ex rationibus tamen ſupremae politiae quarumdam rerum venditio aut omnino prohibita aut ſalutari reſtrictione limitata eſt, quo pertinent *fructus in herbis* 1), infra verum pretium non vendendi; *libri improbatae lectionis* 2), *venena* 3) non niſi conſenſu medicorum aut peritorum in arte ſalutari vendenda, *actiones a Iudaeis quaeſitae contra Chriſtianum, Chriſtiano non cedendae* 4) (§. 214.); immobilia intra campimarchiam vrbis ſita non niſi in ciues transferenda (§. 312.) et quae ſunt huius generis alia.

1) R. A. 1548. t. 19. 1577. t. 19. Trier. L. R. t. 18. §. 8. io. gottl. heineccivs *de venditione illicita fructuum in herbis.* Hal. 1738. in *operib. T. II. p. 275 ſqq.* conſtit. *Caſſell.* d. 14. Iul. 1662.

2) ivst. henn. boehmer *de eo quod iuſtum eſt circa libros improbatae lectionis.* Hal. 1726. adr. deod. steger *de publica rei librariae tutela.* Lipſ. 1740.

3) chr. thomasivs *de iure circa pharmacopolia ciuitatum.* Hal. 1697.

4) R. A. 1559. §. 79. vid. ſupra §. 214. n. 7. p. 245. io. sam. frid. boehmer *de ceſſione nominis a Iudaeo in Chriſtianum facta rata vel irrita.* Frf. 1758.

## §. 589.

Quod ad *vitia rerum vendendarum* attinet, diſtinguunt Germani, vtrum in oculos incurrant vel non; illa non praeſtantur 1). Haec vero ſi vſum rei, quem contrahentes ſperarunt, impediant, redhibitioni 2) [Rückkauf, Wandelung] locum faciunt. Hinc in *venditione equorum* 3) certa *vitia cardinalia* paſſim legibus determinata 4) ſunt, quae ſi intra praefinitum tempus legitimum adpareant, contractus, reſtituto venditori pretio, reſcinditur. Si tamen omne vitium in ſe ſuſceperit venditor, etiamſi non ſit cardinale, eiusdem praeſtationem ſuſcipere obligatur 5).

1) quod indicat paroemia: wer die Augen nicht aufthun will, der thue den Beutel auf. PISTORIVS cent. 1. par. 5. Eiſenharth pag. 338 ſq. Pfälz. L. R. II, 7, 22.

2) IO. HENR. STELZ *de redhibitione*. Baſil. 1646.

3) GOTH. MASCOVII proluſio *de redhibitione equorum*. Goett. 1738.

4) de terris brunſuico-luneburgicis cf. MASCOVIVS *p. 8 ſq.* PVFENDORF obſ. I, 237. *elem. iur. brunſuic.* §. *334.* Schaumb. Sächſ. Recht P. 3. p. 251 ſq. Regenſp. Decr. T. I. p. 643. C. C. *Culmb.* T. II. Vol. I. p. 198. 715. plura habet STRYKIVS in *vſu mod. lib. XXI. t. 1.*

5) IO. VOLKM. BECHMANN *de eo quod circa equos publice priuatimque iuſtum eſt.* Ien. 1676. IO. LVD. GVTBIR *de tribus vitiis equorum capitalibus ſaxonicis.* Vltr. 1694. CHR. GOTTL. BVDER *de vitiis pecorum venalium.*

## §. 590.

Ordinarie omnibus rerum ſuarum dominis rem, cuicumque velint, vendere permittitur. Si tamen haec alienandi facultas ita reſtringatur, vt quis potius prae aliis ius ad rem, ſi velit, emendam, nanciſcatur, *ius protimiſeos* 1) [Vorkaufs- ſ. Näherrecht] adpellatur, quod ſi pacto 2) tribuitur, *conuentionale*, ſin legibus conſtituitur, *legale* nominatur 3). Tale ius ciuibus prae exteris in praediorum ciuicorum alienatione (§. 312. 588.) vrbibus ſtapulae iure munitis (§. 330), principi ratione metallorum in territorio ſuo effoſſorum (§. 542), domino ratione operarum a ruſtico aliis locandarum 4) [§ 352.], et interdum domino iurisdictionis intuitu annonae et rerum comeſtibilium competit 5). De cetero ſicuti hoc ius protimiſeos libertatem ſubditorum naturalem reſtringens, niſi pactum, lex vel obſeruantia adſit, haud praeſumitur: ita nec ſemper ius tribuit, rem, in fraudem iuris protimiſeos alienatam, retrahendi, niſi ſimul cum iure retractus coniunctum ſit 6).

1) IO. FRID. WAHL *de iure protimiſeos.* Gieſſ. 1728.
2) HIER. FRID. SCHORCH progr. *de pacto protimiſeos.* Erf. 1740
3) PVFENDORF obſ. III, 200.
4) TOB. IAC. REINHARTH *de iure protimiſeos et retractus circa ſeruitia et operas liberorum ſubditorum in Saxonia electorali dominis competente,* Erf.

Erf. 1726. ANDR. FLOR. RIVINI diſſ. *retractum legalem in locatione locum non habere.* Vit. 1744.

5) Hohenl. L. R. P. 3. t. 5. §. 15.

6) LEYSER *ſp. 196. m. 3.* GE. SAM. MADIHN *de iure protimiſeos eiusque a iure retractus diſcrimine.* Hal. 1758.

## §. 591.

Ius rem venditam traditamque ab emtore, oblato eodem pretio, intra tempus lege praefinitum, repetendi, *ius retractus* 1) [Abtrieb, Beſchuddung, Loſung, Einſtand, Zuarecht] adpellatur; quod ius proximo conſanguineo prae extraneis competens, *retractus gentilitius* 2) [Erbloſung, Erbfreundrecht] dicitur. Si condominio 3) vel ciui prae exteris competit, *retractus ex condominio* l. *incolatu* 4) [Markloſung]; ſin poſſeſſori praedii principalis cenſitici ad partem auulſam cum praedio principali coniungendam (§. 552.) datur, *ius congrui* 5) [Geſpilde, Spaltungsrecht, Theilloſung, Zinsloſung], ſin tandem vicinis prae remotioribus, *retractus ex vicinitate* 6) adpellatur. Tandem *priuilegio* 7) quoque retractus dari aut ad longius tempus extendi poteſt. Iam quod ad exercitium iuris retractus attinet, *gentilitium prouinciae Germaniae* tantum non omnes, licet ſublato alibi rerum hereditariarum et adquiſitarum diſcrimine, *agnoſcunt* 8), et plerumque intra annum, ſex vel tres menſes a die notitiae exerceri iubent; *de reliquis* autem

tem eiusdem *ſpeciebus* ſecus dicendum earumque adeo *obſeruantia*, niſi probata eadem fuerit, *non praeſumitur* 9). Si concurſus retrahentium oriatur, illi praeferuntur, qui aut duplici 10), aut fortiori ſaltem retractus iure vtuntur 11).

1) ex ſilua ſcriptorum de iure retractus hos tantum nomino: IO. VOLKM. BECHMANN *de iure retractus.* Ien. 1683. MICH. GRASS *de reditu dominii legali.* Tub. 1724 WOLFG. AD. SCHÖPF *decas quaeſtionum circa materiam retractus.* Tub. 1737. E F. Walchs Abhandlung vom Näherrecht. Jena 1766. 8.

2) THEOD. REINKING *de retractu conſanguinitatis.* Marp. 1631. Frf. 1670. IO. FRID. RHETIVS *de iure retractus gentilitii.* Frf. 1670. CHR. GOTTL. BVDER *de origine iuris retractus gentilitii in Germania.* Ien. 1738. BERNH. FRID. RVD. LAVHN *epiſtola de retractus gentilitii medio aeuo vſitati memoria vere germanica.* Vin. 1738. I. F. PLÜMKE *de retractu nec iure ciuili, nec canonico, nec feudali longobardico, nec denique iure recentiori introducto.* Marp. 1750. IO. CASP. HEIMBVRG *de retractu gentilitio iure in re.* Ien. 1757.

3) de iure *francof.* P. 2. t. 4. cf. Orth T. I. p. 503. Naſſ. L. O. p. 20.

4) IO. EISENHARTH *de retractu territoriali vulgo* Marktloſung. Helmſtad. 1697. WOLFG. AD. SCHÖPF *de retractu territoriali vulgo* Marktloſung. Tub. 1748. Gothaiſche L. O. P. 2. p. 239. C. C. *Culmbac.* T. I. p. 15.

5) IO. FRID. RHETIVS *de iure congrui, quod germanice vocant* Geſpilde. Frf. 1669. AH. FRITSCH *de iure congrui.* Ien. 1678. FRID. GERDES *de iure congrui.* Gryph. 1678. *T. III. oper. p. 466 ſqq.*

*ſqq.* IO. GOTTL. SIEGEL *de iure congrui in Thuringia.* Lipſ. 1726. Goth. L. O. II, 2, 14. Würtemb. L. R. II, 16. Anhalt. P. O. t. 20. §. ſonderl. aber.

6) LYNKER dec. 791. IO. GOTTL. MÜLLER *de retractu ex vicinitate.* Erf. 1723. LVDOLF P. I. obſ. 66. PVFENDORF obſ. III, 41, cf. e. g. de terra *hadelenſi*, *wurſatica* et *kehdingenſi elem.* mea *iur. brunſu.* §. *340. n. 3.*

7) LVDOLF obſ. 275. pag. 75. nobilitati immediatae franconicae in bonis equeſtribus matriculae inſertis ad 3 annos ex priuilegio Leopoldi de 1688. competit. Fränk. Ritterordnung p. 45. 46. 247. IMM. WEBERI diſſ. *de retractu nobilibus imperii immediatis per priuilegia caeſarea conceſſo.* Gieſſ. 1719. IO. HENR. SOMMERI *vindiciae libertatis corporis nobilium immediatorum. c. 4. p. 211 ſqq.* de Auſtria cf. Lünigs Landſ. Ritterſch. I. 342. Elſaſſ. Ritterordn. p. 16.

8) hoc de vniuerſa fere Germania ſolidiſſime probauit Strube T. V. der Nebenſt. p. 60 ſqq. cui addo: Naſſ. L. O. P. 1. t. 5. Hohenloh. L. R. P. 3. t. 5. Erfurt. Retractsordnung. Baden. L. O. P. 8. t. 3. Jülich. und Berg. R. O. c. 98. p. 94 ſqq. Churcölln. R. O. t. 15. §. 4. Wolterek p. 210. Interdum conſanguineo extraneo negetur retractus gentilitius. Naſſ. L. O. l. 1. §. 14. 17. Solm. L. R. II, 12. Maynz. L. R. t. 24. §. 3.

9) PVFENDORF obſ. I, 132.

10) IVST. HENN. BOEHMER *de fundamento retractus duplicis in agris Hamburgenſium vſitati occ. a. 61.* des Landrechts. Hal. 1722.

11) HENR. HILDEBRAND *de varii contractus concurrentis praelatione.* Alt. 1725. DREYER *de vſu iuris anglo-ſaxon. p. 13 ſqq.* ENGAVII *deciſ.* P. 2. *d. 93. p. 103.*

§. 592.

## §. 592.

Ex iis contractibus, qui rem retento aliquo iure in aliquem transferunt, primo loco notandum *mutuum* 1), quo res fungibilis ea lege in alterum transfertur, vt tantumdem in eodem genere aliquando reſtituatur. Iam cum inſignis olim eſſet in Germania pecuniae raritas, et Pontifices quoque ex male intellecto 2) ſacrae ſcripturae loco vſuras improbarent 3), vſu Germaniae obtinebat, vt debitor creditori *loco vſurarum* pro vſu pecuniae mutuaticiae *pignus antichreticum* (§. 576. ſq.) concederet; vel fundum antichretice datum, addito tamen *pacto de retrouendendo* 4), et *reſeruata reluendi poteſtate* 5) venderet; vel ſi hoc non placeret, creditori *annui reditus* 6) ex praedio debitoris *loco vſurarum vendebantur*, quod Gülten, jährliche Renten verſchreiben adpellant; de quo annuorum redituum fonte ſi rite adpareat 7), debitor praeuia creditoris interpellatione [Loſung], et reſtituta ſorte principali, praedium ab eiusmodi obligatione omnino liberare poteſt 8), niſi pactum de non redimendis annuis reditibus [unablösliche Renten] interueniſſe probatum fuerit 9).

1) IO. PETR. DE LVDEWIG *differentiae iuris Romani et germanici in mutuo*. Hal. 1715.

2) IO. DAV. MICHAELIS *de mente legis Moſaicae vſuras prohibentis*. Goett. 1750.

3) FRID. WILH. PESTEL *fons errorum de odio vſu, arum legitimo inueſtigatus et obſtructus*. Rint. 1753.

4)

4) IO. OTTO TABOR *de pacto retrouenditionis.* Arg. 1648. IO. FRID. KAYSER *de praeſcriptione pacti de retrouendendo.* Gieſſ. 1724.

5) CHR. THOMASIVS *de vſu practico diſtinctionis inter emtionem cum pacto de retrouendendo et contractum pignoratitium.* rec. 1753. WILH. HIER. BRÜCKNER *de iure reluitionis debitori contra creditorem in Saxonia electorali competente* Ien. 1724. GOTTL. STVRM *de praeſcriptione reluitionis pignorum ſecundum analogiam iuris ciuilis.* Viteb. 1728. REINHARTH *ad Chriſt. III, 27.*

6) IO. ANT. GEIGER *de eo quod iuſtum eſt circa emtionem annui reditus.* Alt. 1679. NIC. CHR. LYNKER *de annuis reditibus.* Ien. 1697. IO. IAC. SORBER *de cenſu conſtitutiuo ſ. mutuo palliato.* Ien. 1746.

7) IO. VLR. L. B. DE CRAMER *de charactere diſtinctiuo contractus mutui et annorum redituum;* T. III. oper. p. 467 ſqq.

8) R. P. O. 1548. t. 17. §. 8. Churcölln. R. O. t. 16. LVDOLF *P. II. obſ. 127.* MATTHAEVS *de paroem.* p. 138 ſqq. Eiſenharth p. 294 ſq. IO. CHR. VNGER *de pacto repetendae ſortis a venditore annuorum redituum.* Goett. 1737.

9) WILH. FERD. BACHOV. L. B. AB ECHT *de iuſtitia praeſcriptionis circa bona ſub pacto retrouenditionis alienata.* Ien. 1730. et cum notis SAM. LVCII. Frf. 1731.

## §. 593.

Ex quo autem hoc ipſum damnandarum vſurarum odium decoxit, et leges imperii 1) *vſuras quincunces* 2) ex pacto et mora admiſerunt: factum eſt, vt pignus etiam antichreticum

ticum 3), et cenſus ſ. reditus annui 4), aut decimae 5) loco vſurarum conceſſae legitimam vſurarum quantitatem excedentes reprobarentur, hodieque adeo poſſeſſores pignoris, annuorum redituum vel decimarum, ad *legitimum vſurarum modum* 6) reddendasque rationes obligentur; vt tamen iudicis in hac re arbitrio 7) multum relinquatur 8).

1) R. P. O. 1548. t. 17. §. 8. 1577. t. 17. §. 9. Rec. deput. de 1600. §. 139. R. A 1654. §. 174.

2) Dav. Mevius von wucherlichen Contracten. Stade 1673. IVST. HENN. BOEHMER *de fundamento vſurarum pecuniae mutuaticiae.* Hal. 1728. IO. FRID. HOMBERGK *de vſuris in contractibus ſtricti iuris ſecundum Rec. deput. de 1600. §. 139.* Marp. 1736. IO. PETR. DE LVDEWIG *differentiae iur. Rom. et germ. in vſuris praecipue vltra alterum tantum.* Hal. 1740.

3) GOTH. LVD. MENKENII diſſ. *nullum exceſſum vſurarum in pacto antichretico eſſe tolerandum.* Lipſ. 1745.

4) R. P. O. 1548. t. 17. §. 1.

5) Cramer von Zehnten, die ſtatt Zinſen über das geſetzte quantum verliehen; *P. 4.* der Wetzlar. Nebenſt. *p. 82 ſqq.*

6) HENR. BODINVS *de vſuris licitis vltra quincunces.* Hal. 1701. J. G. von Meyern Gedanken von der Rechtmäßigkeit des ſechſten Zinsthalers in Deutſchland. Hann. 1732. ANONYM. Refutation der Meierſchen Gedanken. Frf. 1734. Meyers Antwort auf die ſogenannte Refutation. Hann. 1734. Iure *bremenſi* ducali et *guelpherbytano* permiſſae vſurae *ſemiſſes. elem.* mea *iur. brunſuic.* §. 391. dubia tamen contra vſum earumdem in ducatu guelpherb. monuit

mouit ANONYMVS in den Braunſchweigiſchen Anzeigen 1746. p. 1401 ſqq.

7) GE. HENR. AYRER *de arbitrio iudicis circa vſuras pecuniae mutuaticiae.* Goett. 1750.

8) de *collatione vſurarum in concurſu creditorum* cf. KOBE *de pecunia mutuaticia tuto collocanda c. 8. §. 113 ſqq. p. 210 ſqq. elem.* mea *iur. brunſu. §. 342.*

## §. 594.

Quod ad *reſtitutionem ſortis* in contractu mutui attinet: propter frequentes *rei monetariae* 1) germanicae *mutationes* magnae ſuper hac quaeſtione lites in foris quotidie naſcuntur, quae res quum legibus perpaucis 2) definiatur, ex analogia iuris vnice decidenda eſt. Videtur autem res omnis his quidem regulis poſſe comprehendi. Si *valor monetae intrinſecus aut extrinſecus publica auctoritate* mutatus fuerit, reſtitutio mutui ſemper ex tempore contractus aeſtimari debet, adeoque aut iidem nummi, qui tempore contractus a creditore dati, reſtituendi, aut ſi amplius haberi nequeant, id quod intereſt, *collybi* 3) ſ. *agio* nomine praeſtari oportet 4). *Valoris* autem *extrinſeci priuata auctoritate* mutati, quem plerumque den Curs vocant [e. g. Hamburger-Frankfurter Curs] ratio nullo modo haberi debet, niſi pacto id promiſſum, cum quia mercatores nullam habent poteſtatem valorem nummorum immutandi, tum quia id quod a Principe contra leges toleratur,

qua-

quale eſt curſus monetae mercatorius legibus contrarius, ius agendi tribuere nequit; ac denique quia omnis ratio curſus huius mercantilis raro ad verum monetae valorem redigitur; ſed plerumque dictatoria quorumdam negotiatorum auctoritate omnis conſtituitur 5).

1) HENR. DE BVNAV *de iure circa rem monetariam in Germania;* cum praefat. GE. CHR. GEBAVERI. Lipſ. 1716. 1747. (von Praun) gründliche Nachricht von dem Münzweſen- insbeſondere der Teutſchen; cum praef. KOEHLERI. Goetting. 1739. Helmſt. 1741. 8. IO. PHIL. CARRACH *de interpretatione legum imperii fundamentalium inprimis monetalium.* Hal. 1752. GE. HENR. AYRERI progr. *de emendatione legali rei monetariae in Germania perturbatiſſimae.* Goett. 1761.

2) Holſtein. L. G. O. P. 4. t. 5. §. 12. p. m. 93. C. C. *oldenb.* P. 4. pag. 107 ſqq. Naſſ. L. O. P. 1. c. 9. p. 39 ſqq. Orth T. I. p. 656 ſqq. C. C. *magdeb.* T. III. p. 283 ſqq. Würtemb. L. R. P. 2. t. 1. §. 1. doch wo der Entlehner Gerſtlachers Würtemb. Landesgeſetze lib. I. §. 85. p. 128 ſqq. MANZELII *ius mecklenb. P. I. p. 30 ſqq.* Schaumb Sächſ. Recht P. 3. p. 348 ſqq. Cod. *auguſt.* T. II. p. 900 ſqq. C. C. *march.* cont. 4. p. 235 ſqq. Pfälz. L. R. P. 2. t. 2. p. 208 ſqq. Jülich. und Berg. R. O. c. 104. p. 99 ſq. Churbraunſchw. Münzedict d. 24. Dec. 1759. §. 10 ſq. Heßiſch. Münzedict d. 18/28 Apr. 1733.

3) IO. GE. ESTOR *de permiſſo et vetito collybo, quem agio vocant, praeſertim in antiquioribus debitis retribuendis iure ciuili haud conceſſo.* Marp. 1754.

4) ANDR. DINNER diſſ. III. *de monetae mutatione quoad ſolutionem.* Alt. 1622. IO. WOLFG. TEXTOR

TOR *de monetae valore.* Heidelb. 1680. IO. WILH. PFENNIG *de rei nummariae mutatione et augmento.* Lipſ. 1692. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de reductione monetae ad iuſtum pretium.* Hal. 1737. H. M. SHCÜTTE *de reſtitutione monetae mutui, mutata monetae bonitate.* Erf. 1738. C. F. SCHOTT *de cura Principis circa mutationem monetae.* Erf. 1754. C. F. I. SCHORCH *proluſio de reddendo mutuo in caſu ſi monetae mutatio medio tempore facta eſt.* Erf. 1761 J. L. Schmidt Abhandl der Rechtsfrage: in was für Münz orten iſt eine Geldſchuld abzutragen. Jena 1763.

5) praeter ſcriptores adlegatos ſuper vniuerſa hac quaeſtione adhuc conſulendi: LVDOLF *T. I. obſ. 213.* LEYSER *ſp. 529.* PVFENDORF *obſ. I, 159.* ENGAVII *dec. P. 2. d. 27. p. 24.* HEVMANNI *initia iur. polit. germ.* §. 283 *ſqq. p.* 408 *ſqq.*

## §. 595.

*Mandati* natura vnice ex iure communi peregrino conſtituenda. *Depoſitum* 1) [Niederlegung zur treuen Hand] item fere e iure Romano interpretandum. Qui fidem deponenti datam fallit, [die treue Hand durch Untreue verrücken 2)] alicubi poena dupli 3), et ob depoſitum miſerabile ablatum interdum poena capitali adficitur 4); neque de *commodato* ſingulare quid in legibus patriis occurrit. Quibusdam legibus Germanorum particularibus 5) cautum eſt, vt deponenti et commodanti, ſi res depoſita et commodato data alienata fuerit, non rei vindicatio contra tertium poſ- ſeſſorem,

ſeſſorem, ſed actio tantum contra depoſitarium et commodatarium concedatur, quae tamen iura nec vniuerſalia ſunt aut pro regula iuris germanici adhibenda, nec dominii translationem in commodatarium et depoſitarium euincunt (§. 577.). *Societatis* 6) quoque [Maſcopey] inter mercatores initae ratio ex iure peregrino petenda eſt, niſi in quantum nititur iure ſingulari inter mercatores vſitato 7).

1) Solm. L. R. P. 2. t. 8. Naſſ. L. O. P. 1. t. 11. Hohenl. L. R. P. 3. t. 14. ius *lub.* P. 3. t. 3. ius *hamb.* P. 2. t. 13.

2) J. C. H. Dreyers Beſtimmung der treuen Hand, welche durch Untreue verrückt wird. *T. II.* der vermiſchten Abhandl. *p. 905 ſqq.* ENGELBRECHT obſ. 10.

3) Naſſ. L. O. P. 1. t. 11. a. 11. p. 46.

4) quod iure electorali brunſuico-luneb. ſancitum. C. C. *Cal.* c. 2. p. 689. PVFENDORF *proc. crim. brunſu. luneb. c. 24.* §. 51.

5) I. P. S. III, 60. ſtat. *lub.* III, 2, 1. 2. Steins Abhandl. des Lüb. Rechts P. 3. §. 72. EIVSDEM Einleit. §. 226. p. 283 ſqq. paroemias et ſcriptores ad hunc locum pertinentes ad §. 570. adlegauimus.

6) IO. RVD. ENGAV *de ſocietate mercatoria, vulgo* von der Maſcopey oder Compagniehandlung. Ien. 1747.

7) WOLFG. AD. LAVTERBACH *de iure ſingulari in curia mercatorum vſitato.* VLR. EYBEN *de conſtitutione et iuribus factorum ſ. inſtitorum.* Marp. 1684.

## §. 596.

Quae de contractu *locationis conductionis* 1) [Beſtä dniß] in quibusdam legibus particularibus ſtatuuntur 2), parum a iure communi differunt. De *locatione perpetua* 3) [Erbleihe, Erbpacht] quae in bonis ruſticorum praeſertim obtinet, ſupra, quod ſatis eſt, dictum (§. 365.). *Contractus locationis cum famulis* 4) peculiaribus ordinationibus vi ſupremae politiae promulgatis [Dienſtbotenordnung] iudicatur, quae tamen magis ex politia quam iure explicandae. Merces ipſis promiſſa alibi Liedlohn 5) adpellatur, et paſſim valde priuilegiata eſt. Tandem ad hunc contractum refertur quoque *contractus Socidae* 6), ex emtione et locatione mixtus, quo denotatur conuentio de omnimodo vſu et dominio pecorum determinatorum [eiſern Vieh, Stammvieh 7)] pro certa mercede ita in alterum transferendo, vt finito contractu eadem pecorum quantitas reſtituatur.

1) IO. WILH. DE GOEBEL *obſ. theoretico-practicae de locatione et conductione.* Helmſt. 1742. Nota eſt de cetero iuris patrii cum peregrino hac in re concordantis paroemia: **Kauf bricht Miethe**, de qua HERM. ZOLLIVS et OTTO PHIL. ZAVNSCHLIFFER ſcriptis depugnarunt, cuius litis hiſtoriam exhibent **Nettelblatts** Beyträge zur juriſt. gel. Hiſt. p. 525 ſqq. cf. etiam EPHR. GERHARD *de regula iuris german.* **Kauf geht vor Miethe.** Alt. 1718. PHIL. LVD. BECK *de conductore in locatorem iuſte retorquente paroemiam:* **Kauf bricht**

bricht Miethe. Alt. 1745. Eiſenharth p. 352 ſqq.

a) Solm. L. R. P. 2. t. 5. ref. *francof.* P. 2. t. 14. Naſſ L. O. P. 1. t. 6. Hohenl. L R. P. 3. t. 7. ius *lubec.* lib. 3. t. 8. *hamb.* P. 2. t. 9.

3) Eſtor von der Verpachtung auf Lebenslang, Willkühr und lange Zeit T. I. der klein. Schrift p. 147 ſqq. p. 243 ſqq. REINHARTH *ad Chriſt. V, 13. VI, 44.*

4) IO. THEOD. SCHEFFER *de iure famulorum.* Tub. 1730. HEVMANNI *initia iur. polit.* §. *185. p. 228 ſqq.*

5) PVFENDORF *T. I. obſ. 105.* RICCIVS *in ſpicilegio p. 136 ſqq.* GE. LVD. BOEHMER *de iure mercedis opificum in concurſu creditorum.* Goett. 1753. §. *15. p. 30 ſq.*

6) BVRC. HENR. TILEMANN *de contractu ſocidae.* Ien. 1672. ANDR. HOMBORG *de contractu ſocidae.* Helmſt. 1685. IO. OTTO TABOR *de contractu ſocidae.* T. I. opp. p. 127 ſqq.

7) hinc paroemia: eiſern Vieh ſtirbt nicht, PISTORIVS *cent. 3. par. 78.*

## §. 597.

Reſtat, vt de contractibus aleae plenis dicatur 1), quo nomine denotantur conuentiones, quarum euentus non a voluntate paciſcentium, ſed incerto fortunae iudicio dependet. Germani ſicut *aleae* 2) iam olim deditiſſimi 3), ita nec hodie *ludos* 4) odio proſequuntur; niſi quod illa ludorum genera, quae omnem ingenii vim excludunt, et ſolo fortunae iudicio reguntur [Hazardſpiele] legibus

bus publicis acerbis exagitentur nullamque adeo obligationem producant 5). *Sponſiones* 6), modo dolus abſit, nullibi improbantur. *Lotariae* 7) itidem contractum aleae plenum continent, eaeque publica tantum auctoritate habendae, et interdum ſubditis vſu lottariarum ab exteris indictarum penitus interdictum eſt 8).

1) IVST. CHR. DITHMAR *de ſponſionibus aliisque contractibus aleam continentibus*, in *ſylloge diſſ. p. 269 ſqq.*

2) ANDR. SENFTLEBEN *de alea veterum.* Lipſ. 1667. 8.

3) TAC. C. 24. GE. CHR. GEBAVERI progr. *de alea et fide.* Goett. 1741. LEYSER *ſp. 126. m. 2.* IO. HEVMANN *de aleatoribus* T. III. *exercit. iur. german. diſſ. V.*

4) SIGISM. GOTTL. HILLIGER *de actionibus occaſione ludi competentibus vel non.* Lipſ. 1712.

5) HEVMANNI *initia iur. polit.* §. 200 *ſqq. p.* 250 *ſqq.*

6) TOB. IAC. REINHARTH *de ſponſionibus.* Erf. 1734.

7) CHR. WILDVOGEL *de eo quod iuſtum eſt circa lottarias.* Ien. 1718. E. I. F. MANZEL *de lotteriis.* Roſt. 1725.

8) exemplo terrarum brandenb. hoc illuſtrat Ludewig gel. Anzeig. P. I. p. 230 ſqq.

## §. 598.

Ad contractus aleae plenos bodmeria quoque adſecuratio et contractus vitalitius referri

ri debet. *Bodmeria* 1) [contrat à groſſe avanture] ſpecies mutui eſt, cum nempe nauis domino ea lege creditur pecunia, vt carina nauis [Schiffskyl] redeunte maiores vſurae, quae plerumque centeſimae ſunt 2), cum ſorte ſoluantur; ſin carina haud redeat, creditor ſortem et vſuras amittat. Inſtrumentum, quod hanc in rem conficitur, Bodmereybrief vocatur, e quibus recentius ſemper derogat antiquiori 3). *Iactu facto* creditor bodmeriacus in partem damni non venit, cum non in merces, ſed carinam nauis crediderit, quod paroemia: von Bodmerey gibt man keine Haverey ſatis indicat 4). Illis tamen poſtponitur, qui ad inſtaurandam nauim pecuniam crediderunt, quod paroemia iuris maritimi: ein Bylbrief geht vor Bodmerey ſignificat 5).

1) NIC. CHR. LYNKER *de bodemeria ſiue foenere nautico.* Ien. 1679. H. COCCEII *de bodemeria.* Heidelb. 1683. H. BODINVS *de bodemeria.* Hal. 1697. S. F. WILLEMBERG *de bodemeria.* Gedan.

2) Steins Abhandl. des Lüb. Rechts P. 5. §. 138.

3) hinc paroemia: der jüngſte Bodmereybrief geht dem älteſten vor. PISTORIVS IV, 3. Eiſenhart p. 372.

4) WEDDERCOP *introd. in ius nautic. lib. 3. t. 11. §. 154. p. 145.* ipſas autem *hauariae* ſpecies eleganter expoſuit IDEM *IV, 1. p. 153 ſqq.*

5) PISTORIVS III, 33. cf. etiam SCHOTTELIVS *c. 22.* et LVDOLF *P. 2. obſ. 194. p. 518.*

## §. 599.

*Adſecuratio* 1) eſt conuentio de periculo mercium 2) per loca periculoſa vehendarum pro certo praemio ſuſcipiendo, quod ipſum praemium Verſekerlohn, Prämie Verſekerlohn adpellatur. Inſtrumentum, quod ſuper hoc contractu conficitur, *polizae* 3) nomine inſignitur. Perfecto pacto, adſecurans omne 4) nauis merciumque damnum fatale in ſe ſuſcipiat neceſſe eſt; ſalua autem redeunte naui maiores vſurae, pacto determinatae, ipſi ſoluuntur.

1) REIN. KVREKE *de aſſecurationibus.* Hamb. 1667. H. COCCEII *de aſſecuratione.* Frf. 1663. MELCH. DIET. GROLLMANN *de iure aſſecurationis.* Gieſſ. 1708. IO. AD. CRON *de iure aſſecurationum.* Roſt. 1725. 8. FRANC. MICH. POPPE *de litium aſſecurationis cauſſa orientium deciſione.* Gott. 1752. Verſuch über Aſſecuranzen, Havereyen und Bodmereyen. cet. Hamb. 1753. 4 cf. Hamb. Aſſecuranz- und Havereyordnung de 1731. in NETTELBLATTII *theſauro T. I. Vol. I. p. 1071 ſqq.*

2) et perſonarum, ad obligationem nempe lytri ſoluendi PETR. MÜLLER *de redemtione captiuorum.*

3) IO. WERLHOF *de inſtrumento aſſecurationis vulgo Polizza.* Helmſt. 1707. Lipſ. 1736.

4) non tamen inſolitiſſima pericula. EV. OTTO *de praeſtatione caſuum ſolitorum, inſolitorum et inſolitiſſimorum. c. 2. §. 7.*

5) WEDDERKOPF *lib. III. t. 7. p. 98 ſqq.*

## §. 600.

*Vitalitius* 1) tandem *contractus* [Geding über Leibrenten] eſt conuentio, qua alteri ea lege pecunia ſoluitur, vt creditor maiores ad dies vitae vſuras inde percipiat, eo autem mortuo ſortem omnem ſibi habeat. Iam cum in hoc contractu vſurae non pro ſolo pecuniae mutuaticiae vſu, ſed quia ſortem omnino abſorbent, dari ſoleant, maiores etiam vſurae ob maius debitoris periculum conceduntur. Ceterum eadem ratione reſcinditur hic contractus, qua omnia pacta diſſoluuntur 2).

1) IMM. WEBER *de contractu vitalitio, qua alimenta ad dies vitae comparantur.* Gieſſ. 1706. 1750. LVD. CHR. NICOLAI *de contractu vitalitio.* Arg. 1728. CHR. FERD. HARPPRECHT *de iure contractus vitalitii in concurſu creditorum.* Tubing. 1754.

2) GE. HENR. AYRER *de reſciſſione contractus vitalitii.* Goett. 1750. PVFENDORF *obſ. I, 60.*

# SECTIO III.

## DE CONTRACTIBVS ET PACTIS ACCESSORIIS.

## §. 601.

Contractus acceſſorii, vt diximus (§. 584.) ſunt conuentiones in ſecuritatem contractus principalis initae. Sicuti enim decre-

ſcente paullatim fide germanica in publicis negotiis *guarantiae* pactorum foederumque aliaque eius generis firmamenta introduci coeperunt, ita priuati quoque variis conuentionibus acceſſoriis debitores ſuos arctius conſtringere ſtuduerunt 3).

1) IO. CHR. WILH. STECK *de guarantia foederum pactorumque religionis cauſſa initorum*. Hal. 1756. EIVSDEM Abhandl. aus dem teutſchen Staats- und Lehnrecht p. 185 ſqq.

2) FRID. LVD. WALDNER DE FREVDENSTEIN *de firmamentis conuentionum publicarum*. Gieſſ. 1753.

3) IO. RVMPF *de nonnullis conuentionibus Germanorum acceſſoriis, quibus debitores ſuos arctius obligare nitebantur*. Goett. 1755. KOBE *de pecun. mutuat. tuto colloc. c. 3. §. 20 ſqq. p. 34 ſqq.*

## §. 602.

Prima ergo contrahentium cura in eo poſita eſt, vt de omnibus obligationis pactitiae momentis rite conſtet, quem in finem *inſtrumenta guarentigiata* 1) conficiuntur, quibus quis pure profitetur, quid, quale, quantum debeat; quae ſi legitime concinata ſint 2), exſequutiue ex iis agi poteſt 3), reiecta omni adpellatione aut aliarum exceptionum illiquidarum adlegatione 4).

1) GE. KREKEMEYER *de inſtrumentorum definitione, fide, recognitione ac diffeſſione*. Goett. 1743.

2) GE. ENGELBRECHT *de inſtrumentis indiſcretis*. Helmſt. 1707.

3) BERGERI *electa proc. execut.* §. 20. WERNHER P. I. obſ. 149.

4) IO. FRID. WAHL *de recognitione inſtrumentorum per teſtes et comparationem litterarum.* Goett. 1750. IDEM *de natura exceptionis implementi non ſequuti.* ib. 1751.

## §. 603.

Altera cura in *fideiuſſoribus* 1) idoneis nanciſcendis verſatur, quorum vero iura et obligationes fere vnice ex iure communi petuntur. Feminis mercatricibus tamen beneficia iuris communis in fideiuſſione recte denegantur 2) [§. 196. 326.], quod ex neceſſario legum erga commercia fauore deriuandum 3). Iure auſtriaco fideiuſſor etiam ante debitorem principalem conueniri poteſt 4). Iure Hamburgenſi ad vſuras non obligatur 5). In Pomerania Suethica 6) denique fideiuſſoribus, qui beneficiis iure communi indultis renunciarunt, *beneficio adſiſtentiae* 7) *et ſtili curiae* ſuccurritur, vt alia nimis particularia taceam 8).

1) ANT. HERING *de fideiuſſoribus.* Frf. 1606. 4. et in operib. Colon. 1724. f.

2) IVST. HENN. BOEHMER *de valida mulierum interceſſione.* Hal. 1718. *T. III. exerc. p. 351 ſqq.* TOB. IAC. REINHARTH *potiſſima capita inualidae mulierum interceſſionis pro efficaci perperam habitae.* Erf. 1732.

3) CHR. GOTH. GVTSCHMID *de fauore commerciorum.* Lipſ. 1750. IDEM in diſſ. *mercaturae legum*

 *feren-*

*ferendarum auxilio iuuandae ratio ſalutaris.* ibid. 1752.

4) FINSTERWALDER obſ. II, 94. ſtat. *lub.* III, 5, 1.

5) P. 2. t. 6. §. 2. AVG. RVD. IES. BVNEMANN *de fideiuſſore vſuras non iubente, ad ſtat. hamb.* Hann. 1749. Würtemb. L. R. II, 5. Preuſſ. L. R. IV, 13. a. 1. §. 4. Orth T. II. p. 293.

6) reſolut. H. Barnim d. 12. Febr. 1601. §. 9. Wolgaſt. L. A. 1637. t. 53. §. wenn ein fideiuſſor. MEVIVS P. 7. d. 24.

7) AVG. DE BALTHASAR *de beneficio ſtili curiae fideiuſſorum in Pomerania.* Gryph. 1736. IDEM *de beneficiis adſiſtentiae et L. 22. D. mand. fideiuſſori competentibus.* ib. 1742.

8) Eiſenharth p. 326 ſqq.

## §. 604.

*Obſtagium* 1) [Einlager, Einreiten] eſt conuentio acceſſoria, qua debitor promittit, ſe in caſu non factae iuſto tempore ſolutionis in locum pacto determinatum, eumdem tamen tutum et honeſtum, conceſſurum, ibique ſub metu infamiae (§. 208.) remanſurum eſſe, donec omne debitum expungatur. Quae conuentio cum debitoribus admodum eſſet oneroſa 2), neque creditores multum iuuaret, legibus imperii 3) damnata, et in Holſatia tantum conſeruata eſt 4).

1) ORT. FOMANN *de obſtagio.* Ien. 1639. AHASV. FRITSCH *de iure intradae, vulgo* Einritt. Ien. 1672. IO. STRAVCH *de obſtagio.* Ien. 1672. IO. SCHILTER *de iure obſtagii et obſidum.* ibid. 1673.

IO. OTTO TABOR *de iure obſtagii*. Arg. 1674. IO. CHR. FALKNER *de obſtagio*. Ien. 1674. SAM. REYHER *de ſingularibus quibusdam obſtagii iuribus*. Kil. 1709. CHR. HENR. AMTHOR *de obſtagio*. Kil. 1712. IOACH. POTTGIESSER *de obſtagio*; in calce commentationis de pignore. Marp. 1722. Joh Lud. Heubel Verſuch vom Einlagerrecht. Hamb. 1727. Joach. von Friccius Widerlegung der ungegründeten Meinung, daß in dem H. Schleßwig und Holſtein die Beziehung des Einlagers der Ehre nachtheilig ſey. Hamb. 1732. C. G. Knorre, ob diejenigen, welche ſich zum Einlager verbunden, und aus dem hohen teutſchen Adel geweſen, daſſelbe in Perſon halten müſſen, oder ob ſie ſolches durch ihre Lehenleute, Ritter oder Knechte halten können? in den rechtlichen Anmerk. (Halle 1752. 8.) *p. 328 ſqq.* Joh. Balth. Danzmann Abhandlung von dem in Holſtein beybehaltenen, auch im Schleßwigiſchen gebräuchlichen Einläger und deſſen Rechte. Kiel 1754. C. G. Knorre von dem Einlager der Teutſchen; in den rechtl. Abhandl. und Gutachten. (Halle 1757.) *p. 132 ſqq.*

2) Eiſenharth p. 365 ſq.

3) R. P. O. 1577. t. 17. I. P. O. a. 8. §. 5. LVDOLF *obſ. 340.*

4) vid. ſupr. §. 208. n. 3. p. 237. FVCHS *introd. in proc. Holſat. c. 12. p. m. 211 ſqq.* Cramer von mandatis, welche auf Obſtagialobligationen noch heut zu Tage erkannt werden. *P. I.* der Wetzlar. Nebenſt *p. 157 ſqq.* de vſu huius iuris in *Pomerania* cf. Dähnerts Pommeriſche Bibl. T. II. p. 41.

## §. 605.

*Obligatio ſub poena banni* 1) hodie vix vllum vſum habet, licet olim admodum frequen-

quentaretur. Quae autem *ſub clauſula honoris* 2) aut *picturae famoſae* 3) [bey Strafe eines Schandgemähldes] iniri olim ſolebat, itidem legibus imperii 4) damnata eſt, et cum irrogatio infamiae ſententiam magis iudicis quam priuatorum voluntatem hodie ſequatur (§. 207); et illa obligatio promiſſione fidei generoſae vallata 5), niſi iudicis decretum accedat, violatorem infamem non efficit, fidem tamen et exiſtimationem fallentis inter viros honeſtos valde imminuit.

1) CHR. HENR. ECKHARD *de obligatione ſub poena banni eccleſ. et imperialis.* Ien. 1750.

2) PETR. MÜLLER *de cauſſis honorum.* Ien. 1670.

3) IO. SAL. BRVNNQVELL *de pictura famoſa et pacto ſub pictura famoſa.* Ien. 1733. IDEM in progr. *de pictura honeſta et vtili.* ib. eod.

4) R. A. 1577. t. 35. §. 7.

5) HERM. ZOLLIVS *de promiſſionibus generoſa fide vallatis.* Rint. 1695.

## §. 606.

*Pignoratio conuentionalis* 1), qua nihil olim ad firmandos contractus frequentius, hodie eam ob cauſſam locum habere non poteſt, quia nemo ſibi ipſi ius dicere 2), ſublato iure manuario, poteſt 3), et hinc media quoque huc tendentia omnino reprobata eſſe intelliguntur 4). Idem iudicium ferendum eſt de *clauſula* exſequutiua mit oder ohne Recht, ni-

ſi quod mandata cum vel ſine clauſula inde emanare ſoleant 5).

1) IO. AD. KOPP *de iure pignorandi conuentionali.* Marp. 1738. PVFENDORF obſ. II, 62.

2) I. H. BOEHMER *de poena ius ſibi dicentis ſine iudice.* Hal. 1725. RVD. PH. CHR. HENNE *de facultate ius ſibi dicentis ſine iudice.* Erf. 1753.

3) R. A. 1521. t. 2. §. 15. 1532. §. 15. C. G O. 1555. P. 2. t. 21. MEVIVS P. I. d. 95. WERNHER P. I. obſ. 203. REINHARTH ad Chriſt. IV, 39.

4) diſſentit KOPPIVS §. 18 ſqq. cuius argumentis ſatisfeci in diſſ. *de reliquiis iuris manuarii in iure publ. et priu.* §. *18. p. 50 ſqq.*

5) Rec. dep. de 1600. §. 32.

## §. 607.

Quod tandem attinet ad clauſulam, qua quis *ad carcerem* 1) *aut ſeruitutem* 2) ſemet obligat: illa quidem, niſi cambium aut periculum fugae exceperis; plane locum non habet, hanc autem iis in locis, vbi homines proprii ſuperſunt, addictio debitoris in manum creditoris ſequi ſolet (§. 379.).

1) TOB. IAC. REINHARTH *de differentia et conuenientia inter obligationem ad carcerem et litteras cambiales.* Erf. 1731.

2) PVFENDORF *obſ. I, 120.*

SECTIO

## SECTIO IV.

### DE CONTRACTV CAMBIALI.

### §. 608.

Expoſitis potioribus contractuum ſpeciebus reſtat vt de *cambiis* 1) et contractu cambiali pauca in medium proferamus, cuius rei tractatio vel ideo ad ius germanicum pertinet, quia cambia ex Italia 2) ad nos delata 3), in Germania potiſſimum exculta et praeſtantiſſimis *legibus* 4), ad exemplum adeo trahendis exornata ſunt.

1) ad praecipuos de iure cambiorum ſcriptores, praxi praeſertim inſeruientes pertinent: Joh. Jac. Heiviger Anleitung zum Wechſelrecht Frf. 1676. Cölln 1715. HENR. ZIPFEL *de teſſeris collybiſticis*. Erf. 1678. Nrb. 1738. IAC. DU PUY *de arte litterarum cambii*. Colon. 1712. Jac. Fridr. Ludovici Einleitung zum Wechſelproceß. Halle 1712. et ex edit. 10. ib. 1753. IO. CHR. FRANKII *inſtitutiones iuris cambialis*. Hal. 1721. Joh. Max Raumburgers Grundfeſte des H. R. Reichs und anderer Königreiche und Staaten Rechten und Gewohnheiten in Wechſelſachen. Frf. 1723. Joh. Gottl. Siegel vorſichtiger Wechſelgläubiger. Leipz. 1726. 8. 1739. 4. Joh. Ad. Beck tract. vom Wechſelrecht. Nürnb. 1729. 1752. IO. GOTTL. HEINECCII *elementa iuris cambialis*. Amſt. 1743. et ex edit. 6. Frf. 1756. cum IO. FRID. EISENHARTHI *ſpecimine bibliothecae iuris cambialis*. 8. J. G. Siegels Einleitung zum Wechſelrecht überhaupt. Leipz. 1743. 1752. Auserleſene Wechſelreſponſa einer hochlöblichen Juriſtenfacultät zu Frankfurt an der Oder. T. I. II. Frf. 1749. his adde,

adde, ſi lubet, meine Grundſätze des Wechſelrechts. Gött. 1758. 8. J. L. L'Eſtocqs Erläuterung des allgemeinen und Preußiſchen Wechſelrechts. Königsb. 1763. 4.

2) FRANKE *l. c. proleg. t. 2. §. 4 ſq. p. 9 ſq.* De cetero cum inſtitutis cambialibus hodiernis non commiſcenda ſunt *cambia publica* ſ. *tabulae nummulariae*, in vrbibus iure monetandi ornatis medio aeuo obuiae, de quibus praeclare expoſuit anonymus, quem GRVPENIVM eſſe ſuſpicor in Kölers Münzbel. T. XI. p. 35 ſq.

3) de ſimilibus Iudaeorum inſtitutis, cambium tamen non omnino continentibus vid. ESTOR *de permiſſo et vetito collybo ſ. agio c. 8. p. 29 ſqq.* de Romanis autem GE. HENR. AYRER *de cambialis inſtituti veſtigiis apud Romanos.* Lipſ. 1735. et in elem. heineccian. p. m. 97 ſqq.

4) has laudabili induſtria collegit IO. GOTTL. SIEGELIVS in *corpore iuris cambialis.* Lipſ. 1743. 2. Tom. quod primo ſupplemento auxit IO. LVD. VHLIVS. Lipſ. 1757. f. ſecundum prodiit 1763. f.

## §. 609.

Cambii vox plures habet ſignificatus, contractum nempe, inſtrumentum vel pecuniam cambialem deſignans. *Contractus cambialis* eſt conuentio de certa pecuniae ſumma ſub obligatione ad carcerem et paratiſſimam executionem ſoluenda; quae obligatio quum eſſentiam cambii declaret 1) facile intelligitur, quid ſit *clauſula cambialis* 2). *Litterae* porro *cambiales* [Wechſelbrief] ſunt inſtrumentum guarentigiatum (§. 602.) de certa pecuniae ſum-

ſumma ſub obligatione ad carcerem et executionem ſoluenda; ipſa denique *pecunia* ſub hac obligatione praeſtanda, *cambialis* ſ. cambium adpellatur 3).

1) io. chr. hedler *de natura cambiorum.* Vit. 1748.

2) io. flor. rivinvs *de clauſula cambiali.* Lipſ. 1715.

3) leyser ſp. 351.

## §. 610.

Cum omne cambium obligationem ad carcerem et paratiſſimam exſequutionem contineat, ſequitur *neminem*, *qui de perſona et rebus ſuis diſponere non poteſt*, *cambium dare* 1) et rigori iuris cambialis, ſe ſubiicere poſſe, quo fit, vt clerici 2), mulieres 3), non tamen mercatrices (§. 196. 326.) et filiifamilias 4), et minores cambia vel omnino inire prohibeantur vel reſtricto admodum iure cambiali vtantur. Religionis autem diuerſitas cambio non derogat, hinc *Iudaei* 5) etiam cambia dare poſſunt, quae tamen ad euitandas ipſorum fraudes ſalutaribus legibus circumſcribuntur.

1) goth. w. ioecher *de perſonis rigori cambiali ſubiectis.* Helmſt. 1725. conr. w. strecker *de iis qui a nexu cambiorum ſunt exemti.* Erf. 1734. goth. lvd. menken *de perſonis cambialiter contrahere prohibitis.* Viteb. 1734. io. chr.

chr. hedler *de perſonis, quae cambia dare poſſunt vel non.* Vit. 1751.

2) io. flor. rivinus *de clerico cambiante.* Lipſ. 1739.

3) iac. frid. ludovici *de muliere cambiante.* Hal. 1710. chr. w. gaertner *de femina debitore ad carceres obligato.* Lipſ. 1728.

4) ern. frid. knorre *de filiofamilias cambiante.* Hal. 1754.

5) gottl. sigism. schweizer *de validitate contractuum in ſpecie cambialium cum Iudaeis initorum.* Gieſſ. 1739. io. lud. vhl *de iure cambiali Iudaeorum.* Frf. 1754.

## §. 611.

Cambium omne vel proprium eſt vel improprium. *Cambium proprium* 1) [ein eigener Wechſel], quod olim per modum dicterii *ſiccum* 2) [ein trockener Wechſel] vocabatur, nihil aliud eſt quam debitum clauſula cambiali munitum. Cum enim quilibet debitor liberum rerum et perſonae ſuae arbitrium habens (§. 610.) arctius ſe creditori ſuo conſtringere poſſit 3): ſequitur, mutuum quoque clauſula cambiali recte muniri, atque adeo hanc eſſe contractum acceſſorium in ſecuritatem pacti principalis initum (§. 584. 601.) 4).

1) Beck c. XI. p. 364 ſqq.

2) de alio tamen ſignificatu vide Heydiger c. 14. p. 123. Ludovici c. 4. §. 91. p. 235 ſqq.

3) kobe *c. 3. §. 27 ſqq. p. 41 ſqq.*

4) meine Grundſätze ſ. 3. §. 26 ſqq. p. 24 ſqq.

## §. 612.

Cambii proprii non adeo magna ſunt et difficilia iura. Elapſo enim, quod in litteris cambialibus praefinitum eſt, tempore cambium aut recognoſcendum aut iurato diffitendum 1). Facta autem ſemel agnitione, ſine vlteriori mora, neque habita opponendarum exceptionum ratione, aut ſoluendum eſt, aut migrandum in carcerem 2).

1) Beck c. II. §. 9 ſqq. p. 368 ſqq.

2) IO. HENR. BERGER *de exceptione non numeratae pecuniae aduerſus cambium.* Viteb. 1700. SAM. FRID. WILLEMBERG *de exceptione doli mali in cambiis ceſſante.* Ged. 1730. LVDOLF *P. 2. obſ. 179.*

## §. 613.

Ius ex cambio natum, vt alia iura et obligationes, libere cedi poteſt, quae *ceſſio* 1) quia in dorſo cambii exprimi ſolet, *indoſſamentum* 2) vocatur. Si indoſſatario mandatum tantum exigendae pecuniae cambialis datur, *indoſſamentum in procura* 3) adpellatur; ſin autem veram ceſſionem continet, indoſſamentum in ſenſu ſtricto adpellatur, idque ſi ſaepius repetatur, *indoſſamentum in giro* 4) [ein girirter Wechſel] dicitur. Semper tamen nomen indoſſatarii diſerto exprimendum, quod ſi non factum, *indoſſamentum in bian-*

co 5) nominatur, quod fere vbique prohibitum.

1) MELCH. DIET. GROLLMANN *de ceſſione litterarum cambialium.* Gieſſ. 1711.

2) IO. FRID. HOEKNER *de litterarum cambialium indoſſamento.* Lipſ. 1707. FRANKE *lib. I. ſ. 2. t. 5. p. 179 ſqq.*

3) LEYSER ſp. 202.

4) Ludovici c. 4. §. 27.

5) Beck p. 112.

## §. 614.

Ad maiorem cambiorum ſecuritatem creditores cambiales *hypothecam* 1) pignus ſibi ſtipulantur, aut *fideiuſſores* 2) exigunt, praeſertim cum ipſa cambia, ſi res ad concurſum creditorum deuenerit, ſaepe ad debita chirographaria referantur, et in plerisque ordinationibus cambialibus creditoribus hypothecariis poſtponantur 3).

1) GEBH. CHR. BASTINELLER *de iure creditoris litterarum cambialium cum vel ſine hypotheca in concurſu creditorum.* Hal. 1714.

2) S. H. GERIKEN *de fideiuſſoribus cambialibus.* Gieſſ. 1752.

3) Beck c. 15. §. 10. p. 430 ſqq. meine Grundſätze c. 11. 12. p. 85 ſqq.

## §. 615.

*Cambium improprium ſ. traſſatum* [ein uneigentlicher, traſſirter Wechſel] eſt conuentio de

pecunia hoc loco ſoluta ſoluenti vel eius mandatario alibi ſub obligatione cambiali (§. 609.) per mandatarium ſcribentis reſtituenda 1). In hoc ergo plerumque quatuor perſonae contrahentes occurrunt: (a) *remittens* ſ. *numerans* [Herr des Wechſels] qui pecuniam hoc loco ſoluit, vt aut ipſi aut ipſius mandatario vel ceſſionario (§ 613.) in loco conuento reſtituatur; (b) *traſſans* [dator, cambſans, campſor, Cambiſt, Wechſelgeber, Ausſteller des Wechſels] qui pecuniam a remittente accipit, et promittit, ſe effecturum, vt ſolutio in loco conuento fiat; (c) *praeſentans* [Cambſarius, Briefinhaber], qui cambium in loco conuento praeſentat, et ſolutionem eius exigit; (d) *traſſatus* [Geldausgeber], cui ſolutio a traſſante in loco conuento iniungitur, quam ſimulac ſe facturum eſſe promittit, *acceptans* vocatur. Interdum ne quatuor quidem contrahentes adſunt, et tum *cambium* vocatur *contitum* ſ. *comparatum* 2).

1) BENED. HIER. DVCELIVS *de cambiis traſſatis.* Erf. 1719 C. AVG. RITTER *adſignationis et cambii traſſati idea prima et genuina curatius euoluta et e principiis euidentibus deducta.* Lipſ. 1747. ERN. FRID. KNORRE progr. *de vera natura et indole contractus cambialis in cambio traſſato.* Hal. 1752.

2) Beck c. 2. §. 2. p. 45 ſqq. FRANKE p. 131 ſqq.

§. 616.

## §. 616.

Statim ergo ac remittens in loco contractus pecuniam traſſanti ſoluit, aut ipſi ea de re fides habetur, contractus cambialis initium capit, quae ſolutio verbo: *Valuta* 1) [bin des Wehrts wohl vergnügt] exprimi ſolet; quo facto de *pretio cambii* [Wechſelcurs] 2) *collybo* ſ. *agio* 3) [§. 594.] remittens et traſſans conueniunt, quod ſi per proxenetas publicos, ſ. *ſenſales* 4) expeditur, his etiam praemium praeſtitae operae, quod Senſerve ſ. *Courtage* 5) adpellant, definitur.

1) FRANKE lib. I. ſ. 2. t. 4. p. 173 ſqq. SAM. STRYK *de fide habita ſ.* von Credithandlung. Frf. 1678.

2) FRANKE p. 147 ſqq. Siegel P. 2. c. 1. §. 8.

3) Ludovici c. 6. §. 19. Beck p. 51.

4) IO. IVST. SILBERRAD *de ſenſalibus vulgo* Mäcklern. Alt. 1711.

5) Beck c. 4. §. 63. p. 174.

## §. 617.

Facta a remittente ſolutione ipſum inſtrumentum cambiale conficitur. Continet hoc (a) in *lemmate* votum ſ. inuocationem nominis diuini, locum vbi ſcriptum, mentionem anni, menſis, diei, et ſummam ſoluendam numeris expreſſam. (b) *ipſum cambium* determinat diem ſolutionis, mandatum ſoluendi, mentionem litterarum cambialium, ad-

dita qualitate, an cambium ſit ſolum, vel primum, ſecundum cet., exactoris nomen, ſummam ſoluendam, profeſſionem dantis ſibi ſatisfactum eſſe, et promiſſionem ſummae traſſato reſtituendae vel compenſandae; (c) in *ſubſcriptione* a parte dextra nomen et praenomen traſſantis et fideiuſſoris, ſi quis adſit. His denique accedit nomen traſſati a parte ſiniſtra, ſin hic cambium acceptauerit 1).

1) Franke p. 173 ſqq.

## §. 618.

Iam ſi tempus ſolutionis in cambio definitum in tempus nundinarum ſollemnium incidat, *cambium* vocatur *nundinale* [Meßwechſel] ſ. quod idem eſt *traſſatum regulare*, *feriarum*; ſin vero extra nundinas ſolutio facienda ſit, *cambium traſſatum irregulare* [Auſſer- oder Nicht-Meßwechſel] ſ. *platearum* vocatur. Hoc denuo varia nomina ſortitur; ſi enim ſtatim poſt viſas litteras ſolutio facienda, *cambium a viſta* [Wechſel nach Sicht] ſin intra certum tempus poſt datas litteras; *cambium a dato*; ſin denique tempore conſueto ſolutio facienda, *cambium a vſo* adpellatur 1).

1) Beck p. 44. 69.

## §. 619.

Confecta ſchedula cambiali traſſans ſcriptis *litteris*, quae vocantur, *auiſatoriis* 1)

[Avis-

[Aviſsbrief] traſſatum de confecto cambio certiorem facit, eumque de honorandis litteris cambialibus iuſto tempore adit, ſeque idem in ſimili caſu facturum pollicetur, addita ſimul cauſſa factae in ipſum trattae ſ. traſſationis. Iam ſi plures ſchedulae cambiales ſuper eodem negotio confectae ſunt, additur: Auf dieſen meinen Secunda-Wechſel, prima ungezahlt; aut ſi vnum tantum eius ſit exemplum; auf dieſen meinen Solawechſel cet.

1) Beck c. 2. §. 3. p. 63 ſq. Siegel P. 2. c. 3. §. 4 ſqq.

2) Heydiger c. 7. p. 64. Ludovici c. 4. §. 6.

## §. 620.

Tempore praefinito (§. 618.) adpropinquante, aut ipſe remittens, qui tum praeſentans vocatur, aut eius indoſſatarius (§. 613.) cambium traſſato *praeſentat* 1), ab eoque ſolutionem ſecundum modum in ipſis litteris cambialibus et auiſatoriis praefinitum, intra *terminum peremtorium* 2) [Verfallzeit] exigit. Si traſſatus, ſe ſoluturum eſſe, promittit, *acceptare* 3) dicitur, quae acceptatio ſubſcriptione traſſati indicatur, et interdum etiam ex conſenſu tacito colligitur 4).

1) IO. CHR. KOENIGK *de praeſentatione litterarum cambialium*. Lipſ. 1712.

2) CHR. DONDORF *de termino peremtorio ſolutionis et proteſtationis cambiorum*. Lipſ. 1710. GOTH. WILH.

wilh. küstner *de menſtrua et annali praeſcriptione litterarum cambialium.* Lipſ. 1711.

3) io. ioach. schoepfer *de litterarum cambialium acceptatione.* Frf. 1684. sam. stryk *de cambialium litterarum acceptatione.* Hal. 1698.

4) Beck p. 135.

## §. 621.

Acceptans elapſis *induciis cambialibus* 1) [Diſcretions- Reſpit- Nach- Ehrentage] ſub obligatione clauſulae cambialis ſoluere cogitur 2). Si praeſentans in mora accipiendi ſit, pecuniam in iudicio *deponere* 3) poteſt, quo ipſo ſe ab omni diſcrimine cambiali liberat. Ipſa ceteroquin ſolutio ſuo modo per *adſignationem* 4) *contrationem* i. e. delegationem et *ſcontrationem* 5) ſ. compenſationem fieri poteſt, niſi lex, pactum et obſeruantia obſtet, et in caſu ſcontrationis omnibus, quorum intereſt, praeſentibus, res in libro ſcontrationum publico [Scontro- Marktbuch] deſignetur.

1) io. chr. franke *de induciis ad litteras cambiales ſoluendas eorumque termino addi ſolitis, vulgo* von Diſcretionstagen. Hal. 1715.

2) reinharth ad Chriſt. I, 75. p. 199 ſqq.

3) io. w. goebel *de depoſitione pecuniae iudiciali in proceſſu cambiali obueniente cum ſolutione coniuncta.* Helmſt. 1726.

4) sam. stryk *de adſignationibus mercatorum.* io. hier. stenger *de adſignationibus mercatorum.* Lipſ.

Lipſ. 1712. C. A. RITTER *de idea prima et genuina adſignationis et cambii traſſati.*

5) Beck c. 10. §. 8.

## §. 622.

Si ſe ſoluturum negat traſſatus, aut facta ſemel acceptatione ſolutionem denegat, tum praeſentans *proteſtationem* 1) interponit, et illo quidem caſu reliquis mercatoribus litteras cambiales offert, ſi forte quis easdem *in honorem litterarum cambialium adimplere* 2) velit; quo non facto traſſanti ipſum cambium cum proteſtatione mature transmittit; hoc autem aduerſus ipſum acceptantem ſ. traſſatum actione cambiali experitur, vt aut ſoluat, aut in carcerem concedat 3).

1) IO. IAC. VFFENBACH *de proteſtatione in cambiis.* C. G. Knorre: ob der Traſſat, wenn er den auf ihn traßirten Wechſel nicht nach deſſen Inhalt, ſondern dem Ausgeber zu Ehren acceptiren will, zu Erhaltung ſeines Regreſſes gegen denſelben eben ſowol als ein Dritter vor Notarien und Zeugen proteſtiren müſſe? in den rechtl. Abhandl. und Gutacht. *p. 28 ſqq.* Beck c. 8. §. 11. p. 310 ſqq.

2) CHR. THOMASIVS ſ. reſp. IO. CHR. FRANKE *de iure adimplementi litterarum cambialium honoris cauſſa.* Hal. 1715.

3) Beck c. 6. §. 2. p. 227 ſqq.

# CAPVT II.
## DE IVRE SVCCESSIONVM.

## SECTIO I.
### DE SVCCESSIONE PACTITIA.

## TITVLVS I.
### DE SVCCESSIONE PACTITIA INTER NOBILES.

### §. 623.

Cum iura germanica ſingularum prouinciarum et vrbium ſubditis ius concedant, pactis ſuis iuri communi derogandi (§. 55.), et eiusmodi diſpoſitiones pactitias de ſucceſſione quoque ſancte obſeruari velint (§. 427.); facile eſt animaduertendum, *pacta ſucceſſoria* 1) ſ. conuentiones de hereditate in alterum transferenda, quae ab antiquiſſimis inde temporibus 2) conſtanti Germaniae vſu obtinuerunt, etiamnum *valida* eſſe, *etiamſi iuramento non confirmata* 3) fuerint; licet ius Romanum in alia omnia iuerit, et eiusmodi pacta, tamquam vota captandae mortis, bonisque moribus contraria, condemnauerit 4).

1) IO. PHIL. RINGLER *de pactis illuſtrium ſucceſſoriis.* Frf. 1693. NIC. BETSIVS *de ſtatutis, pactis et conſuetudinibus familiarum illuſtrium et nobilium.* Arg. 1699. F. A. GREINER *de ſucceſſione principum et illuſtrium perſonarum lege vel pacto obueniente.* Erf. 1715 IO. FLOR. RIVINVS *de pactis ſucceſſoriis.* Lipſ. 1730. 1746. CONR. WILH. STRECKER *de doctrina ſucceſſionis pactitiae eiusque vſu et abuſu in Germania.* Erf. 1738. IO. PETR. DE LVDEWIG *diff. iur. Rom. et german. in pactis de ſuperſtitis heredio.* Hal. 1741. IO. PETR. BANNIZA *de pactorum ſucceſſoriorum praecipue familiarum illuſtrium conſtanti in Germania valore.* Wirc. 1748.

2) IVST. HENN. BOEHMER *de ſucceſſione hered. coniugum ex pact. dotal. c. 1. §. 8.* IDEM *de fundamento pactorum ad fideicommiſſa inclinantium c. 1. §. 4.*

3) PHIL. BALTH. GERDES *de validitate pactorum ſucceſſoriorum etiam iuramento non confirmatorum.* Gryph. 1729. REINHARTH ad Chriſt. II, 15. p. 32 ſq. Strubens Nebenſt. T. V, p. 53. not. d ibique citati.

4) REINHARTH VI, 20. p. 49 ſqq.

## §. 624.

*Pacta ſucceſſoria* licet mutuo conſenſu iniri debeant, non tamen ideo mutuam ſucceſſionem ſua natura tribuunt, cum *non* ſint *abſolute reciproca* 1). Ceterum cum hisce pactis vel de rebus iam competentibus in vim ſucceſſionis *diſponatur*, vel res nondum competentes iisdem *adquirantur*, vel ius ad ſucceſſionem *conſeruetur*, vel denique eidem *renuncietur:*

*cietur*: cauſſa iam reddi poteſt, cur *pacta ſucceſſoria* a ICtis in *diſpoſitiua*, *adquiſitiua*, *conſeruatiua* et *renunciatiua* deſcribantur.

1) ANT. LVD. SEIP *de ſucceſſione germanica pactitio haud reciproca.* Goett. 1751.

## §. 625.

*Pacta diſpoſitiua* in rebus auitis ſ. fideicommiſſis familiae (§ 44. 553.) ſemper conſenſu eorum, quibus ius ſuccedendi ex pacto et prouidentia maiorum competit (§. 555.) condenda ſunt 1); quo non impetrato omnino inualida eſſe intelliguntur 2). Sin vero agnati a primo adquirente deſcendentes, vel ex alio titulo ſucceſſuri non amplius adſint: *vltimus ſuae gentis* 3) [Stammhalter], de ſucceſſione libere diſponit; et cum pacta ſua natura ſint irreuocabilia: ſequitur, factam eiusmodi diſpoſitionem nec pacto nec teſtamento reuocari poſſe 4).

1) SAM. STRYK *de fideicommiſſorum illuſtrium conſtitutione et diſpoſitione.* Hal. 1701.

2) IO. FRID. HERTEL ſ. reſp. GOTTL. AD. HENR. HEYDENREICH *de alienatione fideicommiſſorum familiae vel omnibus etiam de familia conſentientibus illicita.* Ien. 1737. G. W. WAGNER *de mutatione ſucceſſionis in familiis illuſtribus.* Gieſſ. 1740. C. L. STIEGLITZ *de fideicommiſſis familiae ab iis, quorum intereſt, ſublatis ad deciſ. elect. ſax. 10.* Lipſ. 1752.

3)

3) SAM. FRID. WILLEMBERG *de iure vltimi gentis ſuae.* Ged. 1733. Ien. 1735.

4) REINHARTH *ad Chriſt. I, 44. p. 168 ſqq.*

## §. 626.

Ex pactis ſucceſſoriis adquiſitiuis 1) pactum confraternitatis et ganerbinatus praeſertim notatione dignum. *Pactum confraternitatis* 2) [Erbverbrüderung] eſt conuentio duarum pluriumque familiarum illuſtrium nobiliumque de bonis determinatis familiae exſtinctae in ſuperſtitem familiam iure ſucceſſionis transferendis; in cuius rei memoriam paciſcentes ſibi inuicem fratrum 3) titulum conferre ſolent; quae pacta ſin ſuper bonis feudalibus ineantur, domini directi conſenſum omnino requirunt 4).

1) I. H. MÜNCH *de pacto hereditatis inter illuſtres feminas adquiſitiuo.* Gieſſ. 1715. Moſers Staatsrecht T. 17. p. 1. ſqq.

2) DOM. ARVMAEVS *de confraternitatibus, confoederationibus et pactis ſucceſſoriis principum et familiarum illuſtrium.* Ien. 1614. IO. VOLKM. BECHMANN *de confraternitate Principum.* Ien. 1660. IDEM *de confraternitatibus illuſtrium familiarum in ciuitate Germanorum.* ibid. 1666. IO. PHIL. STREIT *de pacto confraternitatis inter nobiles aliosque priuatos moribus vſitato.* Erf. 1718.

3) Joh. Jac. Moſers progr. von dem Brudertitul unter groſſen Herren, beſonders den gekrönten Häuptern. Frankf. 1737. CHR. LVD. CRELL *de adoptione in locum fratris non monſtroſa.* Viteb. 1748. 1755. §. 9. p. m. 50 ſqq.

4) SAM. STRYK *de ſucc. ab int. diſſ. 8. c. 7. §. 18.*

§. 627.

## §. 627.

*Pacta ganerbinatuum* 1) ex priſtina iuris manuarii licentia deriuanda ſunt 2), et generatim denotant ſocietates nobilium de condominio certorum bonorum immobilium, mutuae defenſionis cauſſa, initas 3). Pacta quibus haec ganerbia conſtituebantur, eiusque fines limitesque definiebantur, *pax burgi* ſ. Burgfriede 4) adpellabantur (§. 525.). Reſtituta pace publica cum principalis ganerbiorum finis, mutua nempe defenſio, ceſſaret: pleraque etiam ganerbia penitus euanuerunt 5).

1) IAC. WERN. KYLLINGER *de ganerbiis caſtrorum.* Tub. 1620. Joh. Leib von Ganerben und der Ganerbenhäuſern. Cob. 1620. et in ESTORIS kleinen Schrift. *T. II. p. 395 ſqq.* MART. ZACH. CRAMER ſ. reſp. FRID. IAC. LEICKHER *de ganerbinatu.* Lipſ. 1677. et apud ESTOREM *l. c. p. 433 ſqq.* NIC. CHR. LYNKER *de ganerbinatu.* Ien. 1689. IO. NIC. HERTIVS *de ganerbinatu;* apud ESTOREM *l. c. p. 721 ſqq.* IO. WILH. WALDSCHMID *de pactis ganerbinatuum ſ.* Burgfrieden. Marp. 1725. IO. FRID. SCHERZ *de pactis ganerbicis familiarum illuſtrium in I. R. G.* Arg. 1739.

2) diſſ. mea *de reliquiis iuris manuar. in iure publ. et priu. §. 14. p. 43 ſq.*

3) GE. LVD. BOEHMER *de iurib. ex ſtatu milit. German. pendent. c. 3. §. 4. p. m. 72 ſq.*

4) WALDSCHMID *§. 8.* exempla eiusmodi pactorum ſiſtunt KVCHENBECKER in *anal. haſſ. P. II. p. 410 ſqq.* ESTOR in den klein. Schrift. *T. III. p. 61 ſqq.* et PVFENDORF *obſ. III, 20.*

5) R. A. 1500, t. 9. 1521, t. 12. 1548, t. 20.

§. 628.

## §. 628.

Differunt ab his ganerbiis *burgmanniatus* 1) [Burgmannſchaften] licet et illi hodie plerumque ganerbinatus adpellentur. Habuerunt nempe Imperatores Principesque ſua *burga* ſ. caſtra (§. 277.) quibus comes caſtri [Burggraf] praeerat; quae rite defendi quum Imperatorum Principumque admodum intereſſet: factum inde, vt nobilibus ſub nexu feudali *cuſtodia caſtrenſis* [Burghude] conferretur, ipſisque ideo varia beneficia ex pertinentiis caſtri adſignarentur, qui inde *caſtrenſes* [Burgmänner] nouiori autem aetate Ganerben vocati ſunt. Iam cum hae familiae in ſocietatem caſtralis cuſtodiae peragendae cauſſa abirent: mutuae etiam amicitiae et concordiae leges ſancitae, eaeque conuentiones quoque pacis burgorum ſ. Burgfrieden nomen ſortitae ſunt, licet in iisdem de mutua ſucceſſione non agatur, cum caſtrenſibus ſ. burgmannis condominium vtile caſtri plane non competat 2).

1) egregie rem omnem expediuit et exemplo potiſſimum *burgmanniatus friedbergenſis* illuſtrauit BOEHMERVS *l. c. c. 3. §. 6 ſqq. p. 77 ſqq.*

2) elegans exemplum eiusmodi burgmanniatus in caſtro Grubenhagen ſiſtit **Köhler** in den Münzbeluſt. T. XI. p. 149.

## §. 629.

*Pactum ſucceſſorium renunciatiuum* 1) eſt conuentio de iure hereditario in fauorem alterius

terius dimittendo. Sin tamen renuncians ſibi hereditatem exſtinctis iis, in quorum fauorem renunciauit [auf den ledigen Anfall] ſaluam eſſe iubet, *pactum renunciatiuum reſeruatiuum* 2) adpellatur. Iam cum haec renunciatio vel a filiabus in fauorem maſculorum, vel a poſtgenitis vel minoribus in fauorem primogenitorum vel maiorum fieri poſſit: de ſingulis etiam ſigillatim videamus.

1) I. H. Waldschmid *de pacto renunciatiuo.* Arg. 1674.

2) Reinharth ad Chriſt. I, 70. p. 74. Cramer: vom Unterſchied zwiſchen einem Vorbehalt des ledigen Anfalls und der Collateralfälle *P. 10.* der Wezlar. Nebenſt. *p. 133 ſqq.*

## §. 630.

Quod primo ad *renunciationem filiarum nobilium* 1) attinet: hoc expediti iuris eſt, *feminas nobiles*, cum finis ſint familiae (§. 193. 194.) *iure antiquo et medio a ſucceſſione in praedia auita* ad conſeruationem ſplendoris familiae (§. 37.) penitus *excluſas* fuiſſe 2). Hinc maſculi etiam remotiores ipſis praeferebantur, niſi gens nobilis partitionem, quam Grund- et Todtheilung 3) vocant, feciſſet, quae omnem inter diuidentes agnationem exſtinguebat; quo caſu filiae ſaepius prae agnatis remotioribus admiſſae eſſe leguntur 4). *Renunciatione* vero opus non videbatur, cum feminis

feminis ius ſuccedendi non competeret, adeoque nec de eius dimiſſione quisquam cogitaret 5).

1) HENR. BREVLAEVS *de more renunciandi, quem Germaniae principum, comitum, baronum, nobiliumque filiae, ſi quando nuptui collocantur, obſeruare ſolent.* Frf. 1593. 8. IO. BACKMEISTER *de renunciatione filiarum illuſtrium.* Arg. 1682. in MOSERI *diſſ. iur. publ. p. 969 ſqq.* SAM. STRYK *de filia nobili renunciante.* Frf. 1686. HENR. COCCEII *de renunciationibus et reſeruationibus filiarum illuſtrium.* Frf. 1714. N. A. BREYER *de renunciationibus filiarum illuſtrium.* Heidelb. 1717. NIC. HIER. GVNDLING *errores pragmaticorum de renunciatione hereditatum filiarum illuſtrium.* Hal. 1729. IO. VLR. CRAMER *de pacto hereditario renunciatiuo filiae nobilis.* Marpurg. 1731. IDEM *de pacto filiae nobilis hereditatis renunciatae reſeruatiuo.* ibid. 1734. HENR. CHR. SENKENBERG *de renunciationibus filiarum illuſtrium.* in *Volum. meditat.* (Gieſſ. 1740. 8.) *pag. 408 ſqq.* IO. MICH. DAHM *de natura renunciationis* bis zu einem ledigen Anfall. Mog. 1746. IO. HENR. BOCRIS *larua renunciationibus filiarum illuſtrium et opinioni deſuper, licet communi, detracta.* Bamb. 1750.

2) COCCEII §. 8 ſqq. LVDOLF P. I. obſ. 28. 31.

3) IO. GE. ESTOR *de terrarum partitionibus illuſtrium Germaniae inter ſe, praeſertim ea, quae vocatur* Todtheilung *illorumque effectis quoad ſucceſſionem.* Marp. 1746. IO. STEPH. PÜTTER *de normis decidendi ſucceſſionem illuſtrium controuerſam.* Goett. 1757. §. *49 ſqq.*

4) J. J. Reinhard vom Erbfolgsrecht der Töchter vor den Stammsvettern in teutſchen Reichsallodien. Gieſſ. 1746.

5) IO. PHIL. HAHN *de excluſione filiarum illuſtrium ab allodio legitime ex iure et moribus patriae, vane ex renunciationibus quibuscumque petenda.* Mog. 1755.

## §. 631.

Introducto autem iure peregrino, cum metus eſſet, ne filiae ex huius principiis ad ſucceſſionem cum fratribus vocarentur: renunciationes inualuerunt, licet eae numquam pro re merae facultatis haberentur, aut feminas ob non factam renunciationem ius ſuccedendi accepiſſe legamus 1). Quod autem ad *vſum et effectum renunciationum ex iure hodierno* attinet: *inter illuſtres* primo ius antiquum vbique ſeruatum, adeoque nec hodie filiae, etiamſi non renunciauerint, vel renunciare nolint, ius ſuccedendi in bonis auitis habent 2). *Inter nobiles* vero res aliquantum mutata. Cum enim qualitas bonorum ſtemmatica l. fideicommiſſaria, ad demonſtrandam feminarum excluſionem, non omnino praeſumatur, ſed ex pactis familiae, diſpoſitione primi adquirentis, priuilegio vel obſeruantia probari debeat (§. 553.): ſequitur, probata demum hac qualitate ſtemmatica feminas nobiles excludi, quo caſu circa renunciationem eodem cum perſonis illuſtribus iure vtuntur 3).

1) GVNDLING c. 2. §. 4. 5. p. 26 ſqq.

2) HAHN *c. 3. p. 39 ſqq.*

3) IO.

3) IO. STEPH. PÜTTER *de iure feminarum adſpirandi ad fideicommiſſa familiae, et de earum renunciatione quae fit exſtincta iam ſtirpe maſculina vulgo* nach dem ledigen Anfall. Marpurg. 1745. IDEM *de normis* §. 21 *ſqq.* IDEM in den auserleſ. Rechtsfällen p. 156 ſqq.

## §. 632.

Iam cum haec feminarum renunciatio in fauorem tantum gentis maſculinae fiat, aut fieri praeſumatur: ſequitur, exſtincta gente maſcula easdem, etiam non facta reſeruatione 1), ad ſucceſſionem regredi; vnde *heredum regredientium* [Regredienterben] nomen nanciſcuntur 2). *Quo* autem *ordine* ſuccedant, non vna omnium eſt ſententia; aliis feminae, quae primo adquirenti proxima eſt, aliis filiae vltimi ſuae gentis, aut quae eidem proxima eſt, ſucceſſionem deferentibus. *Inter illuſtres* haec controuerſia nondum deciſa eſt 3). Quod autem ad *nobiles* attinet, potior videtur eorum ſententia, qui *filiam vltimi defuncti* vel eidem proximam praeferri iubent. Licet enim *omnes feminae* a primo adquirente deſcendentes *ius habeant ſuccedendi*, exſtincta gente maſculina: *ordo* tamen *ſucceſſionis ſecundum omnia iura*, quae vmquam in Germania obtinuerunt, et etiamnum obtinent, *ſemper ab vltimo defuncto* ducitur, adeoque inter nobiles etiam obtinere debet, donec exceptio ex legibus vel obſeruantia doceatur; praeſer-

 tim

tim cum renunciatio plane neceſſaria non ſit, nec verum ius ſuccedendi feminis ante exſtinctam gentem maſculinam competat 4).

1) F. C. HARPPRECHT *de regreſſu ad bona ab illuſtribus praecipue filiabus renunciata etiam in caſu ſtemmatis prorſus ſublati vere et ſolum apparenter praecluſo.* Tub. 1711.

2) PÜTTER *de iure feminar. adſpir. ad fideic. famil. c. 3. §. 27 ſqq. p. 24 ſqq.*

3) PÜTTERI *elem. iur. publ. §. 679. p. 812.*

4) ad vniuerſam hanc controuerſiam ſequentia ſcripta eriſtica pertinent: IO. VLR. CRAMER *de pacto hereditario renunciatiuo filiae nobilis.* Marp. 1731. IDEM *de pacto filiae nobilis hereditatis renunciatae reſeruatiuo.* ib. 1734. HENR. CHR. SENKENBERGII diſſ. *qua filiam gentis ſuae vltimam in regnis et principatibus priuatiue ſuccedere oſtendit.* Goett. 1736. recuſa ſub titulo: *de ſucceſſione filiarum in regnis et principatibus;* cum additionibus et appendice *de ſucceſſione auſtriaca;* et cum praefat. GE. WILH. LVD. BENEKENII *de renunciationibus et pactis reſeruatiuis.* Gieſſ. 1742. IO. VLR. CRAMERI diſſ. *qua iura genuina de renunciationibus, clauſulis ſucceſſionis reſeruatiuis, harumque valore et ſucceſſione hanoica, Ser. Principi Dn. Wilhelmo Haſſiae Landgrauio competente vindicantur.* Marp. 1736. HENR. CHR. SENKENBERGII *diſquiſit. vlterior occaſione ſucceſſionis hanoicae de iure ſuccedendi proximioris feminae illuſtris prae remotiore.* (Darmſt.) 1737. Elegantem vniuerſae controuerſiae ideam exhibent Nettelblatts Halliſche Beyträge zur juriſt. gel. Hiſtorie T. I. p. 309 ſqq.

§. 633.

## §. 633.

Alterum pactum ſucceſſorium renunciatiuum eſt *primogenitura* 1) qua continetur conuentio omnium quorum intereſt, de ſucceſſione indiuidua in primogenitum ita conferenda, vt ſemper primogeniti primogenitus ſuccedat, et primogeniti linea maſculina exſtincta ſucceſſio ad ſecundogenitum cet. deferatur; qua ipſa de cauſſa quum *ſucceſſio* non ex gradus proximitate, ſed lineae praerogatiua cenſeatur, *linealis* 2) adpellatur, eiusque vniuerſa ratio ſine dubio in conſeruatione ſplendoris familiae et euitanda omni diuiſione hereditatis ſita eſt.

1) IO. MEHLBAVM *de iure primogeniturae.* Helmſt. 1611. IAC. THOMASIVS *de iure primogeniti.* Lipſ. 1657. SAM. KEYHER *de iure primogeniorum.* Goth. 1666. 12. IO. IOACH. ZENTGRAV *de praerogatiua primogeniti quoad ſucceſſionem.* Vit. 1668. CASP. QVESTEL *de primogeniturae vi et conditionibus.* Ien. 1671. IO. PHIL. SLEVOGT *de iure primogeniturae et maioratus.* Ien. 1694. IO. SCHVLZE *de primogenitura cui e geminis adiudicanda.* Frf. 1695. FEL. SPITZ *de ſucceſſoribus ex iure primogeniturae.* Alt. 1696. CHR. LVD. STIEGLITZ *de immutabilitate iuris primogeniturae.* Lipſ. 1699. GE. MELCH. DE LVDOLF *de introductione iuris primogeniturae.* Ien. 1703. 4. 1733. f. IO. LVD. WIEDERHOLT *de praerogatiuis primogenitorum illuſtrium.* Herbip. 1714. FRID. CAR. VOIT A SALZBVRG *de emolumentis territoriorum Germaniae ex iure primogeniturae deſcendentibus.* Lipſ. 1718. FRANC. GE. ANDR. HEILAND *de ſucceſſione ſecundum ius primogeniturae.* Erf.

Erf. 1734. IO. SIM. SEYFRIED *de iure primogeniturae conſuetudine introducto.* Marp. 1735. IO. VLR. CRAMER *de valida et inualida iuris primogeniturae abolitione.* Marp. 1739. GE. WILH. WAGNER *de mutatione ſucceſſionis in familiis illuſtribus.* Gieſſ. 1740. IO. GOTH. BAVER *de primogeniturae ſine conſenſu ſuperiorum ordinata.* Lipſ. 1733.

2) IO. WOLFG. TEXTOR *de ſucceſſione ex linea.* Heidelb. 1685. IO. SCHILTER *de natura ſucceſſionis feudalis, et linealis ſucceſſionis origine atque vſu in foro germanico.* Arg. 1691. FRID. VLR. PESTEL *de iudice in dubia ſucceſſione lineali et graduali Principum.* Rint. 1719.

## §. 634.

Ad *introducendam primogenituram* conſenſum poſtgenitorum, agnatorum, dominique directi requiri, expediti iuris eſt, ſiue eadem pacto, ſiue teſtamento, lege aut conſuetudine introducatur. *Principis* autem *conſenſus* an ex neceſſitate *a nobilibus petendus* ſit, ſi de bonis mere allodialibus quaeſtio eſt, admodum diſceptatur. Iam cum in plurimis territoriis 1) libertas nobilium expreſſa lege haud circumſcribatur, et conſeruandi familiarum ſplendoris eadem inter nobiles, quae inter illuſtres, ratio ſit: ſequitur, nobilibus omnino primogeniturae introductionem in dubio permitti oportere. Enimuero cum ſemper metus ſit, ne ſuprema territoriorum dicaſteria ex rationibus politicis contra hanc ſuccedendi rationem priuata auctoritate introductam pro-

pronuncient: *conſultius eſt, rem omnem Principis conſenſui et confirmationi committi* 2). Idem fere de *abolitione* iuris primogeniturae rite introductae dicendum.

1) Moſers Staatsr. T. 13. p. 474 ſq. In Sileſia Principis conſenſus neceſſarius LVNIG *corp. iur. feud. germ. T. II. p. 261.* Idem ſancit Hinterpommerſche Lehnsconſtit t. 2. §. 2. ibique SCHWEDER p. m. 21. quod in omnibus terris brandenburgicis ſublatum in conſt. von Allodificirung der Lehen d. 1717. §. 4. p. m. 311. apud SCHWEDERVM, vbi primogenitura libere iniri et gratis confirmari iubetur.

2) LVDOLF P. ſpec. §. 13. I. F. WAHL *de ſententiarum ſummorum S. R. I. tribunalium contra Principes apanagiatos exſequutione* §. 5. pag. 12. PVFENDORF obſ. I, 195.

## §. 635.

Iam cum introducta ſemel primogenitura vniuerſa hereditas ad primogenitum deuoluatur, omnisque adeo diuiſio prohibeatur: cauendum omnino eſt, ne *poſtgeniti* vitam priuo adquirente et natalibus ſuis indignam inire cogantur; quem in finem communi paciſcentium conſenſu vel iudicis arbitrio de *alimentis* ipſis proſpici ſolet, quae olim *deputatum*, poſtea *legitima* 1), vel pro diuerſa poſtgenitorum conditione *apanagium* 2), *paragium* 3) vel *freragium* 4) dicebantur, auctisque primogeniti reditibus omnino augentur 5).

 1)

1) HENR. CHR. SENKENBERG *de grauamine in legitima Romanis et Germanis vſitato.* Goett. 1738. IO. IAC. MOSER *de legitima S. R. I. ſtatuum liberorum vtriusque ſexus tam legitimorum ſ. ex aequali ſ. inaequali matrimonio procreatorum quam naturalium.* Frf. 1738. in EIVSD. *ſelectis iur. publ. et priuat.* p. 182-238.

2) ex ſilua ſcriptorum de apanagio potiſſimum notandi: GE. HENR. SPRINGSFELD *de apanagio.* Erf. 1641. Brem. 1664. IO. SCHILTER *de paragio et apanagio.* Arg. 1701. IO. NIC. HERTIVS *de commentitia apanagii et paragii diſtinctione in I. R. G. principatibus et comitatibus.* Gieſſ. 1709. in *opuſc. Vol. 2. T. 2. p. 59 ſqq.* IO. HENR. BOECLER *de iure primogeniturae et apanagii.* Arg. 1712. haec aliaque compilata ſunt in IOACH. MEIERI *corpore iuris apanagii et paragii.* Lemgou. 1727. f.

3) LOTH. SIGISM. A MINKWITZ *de paragio.* Vit. 1697.

4) CAR. DU FRESNE in diſſ. II. ad IOINUILLAM, germanice verſa in PISTORII *amoenit. T. I. p. 61 ſqq.*

5) IO. STEPH. PÜTTER *de augendo apanagio auctis reditibus primogeniti regentis;* cum praefatione I. A. KOPPII *de incongrua adplicatione paragii et apanagii improprii ad familias Germanorum illuſtres.* Ien. 1745. cf. etiam Heineccii vermiſchte Anmerk. p. 340 ſqq.

## §. 636.

*Maioratus* 1) magnam quidem cum primogenitura affinitatem habet, in eo tamen differt, quod ſucceſſio indiuidua non ex lineae praerogatiua deuoluatur, ſed ad eum, qui natu

natu maior eſt in familia, deferatur 2). *Minoratus* 3) denique contrariam ſeruat ſuccedendi rationem, cum vniuerſa ſucceſſio vel pars eius praecipua ad minorem natu ſine lineae praerogatiua in familia deuoluatur.

1) IO. AD. GREGOROVIVS *de iure maioratuum.* Reg. 1717. FRID. LVD. COMES A SOLMS *de maioratu.* Lipſ. 1729. IO. IOD. BECK *de licita maioratuum et fideicommiſſorum familiae alienatione.* Alt. 1732. CHR. RENAT. BRAVN *de legato libertatis in bonis maioratuum.* Reg. 1755.

2) commoda eius et incommoda percenſet illuſtriſſ. COM. A SOLMS §. *27-29. p. 5. ſqq.*

3) IO. VLR. CRAMER *de minoratu in familiis illuſtribus.* Marp. 1738.

## §. 637.

*Pacta* denique *ſucceſſoria conſeruatiua* ſunt conuentiones, quibus ius hereditarium iam competens conſenſu eorum, quorum intereſt, denuo confirmatur, quae adeo non peculiarem pactorum ſucceſſorium ſpeciem conſtituunt 1), ſed pactorum acceſſoriorum (§. 601.) loco habenda ſunt, cum ad ſecuritatem quorumcumque pactorum ſucceſſoriorum iniri ſoleant.

1) LEYSER ſp. 44.

## Titvlvs II.

### De pactis svccessoriis civivm et rvsticorvm.

### §. 638.

*Burgenſes* licet eadem facultate pacta ſucceſſoria condendi vtantur, ob ceſſantem tamen inter ipſos conſeruationem ſplendoris familiae non adeo frequenter iure pactorum ſucceſſoriorum reguntur, praeſertim cum maior inter ipſos liberiorque ſit teſtamentorum vſus. Ipſorum tamen *pacta nuptialia* (§ 427. 428 429.) et conuentiones de *vnione prolium* contrahenda (§. 487. 488.) grâue omnino pactorum ſucceſſoriorum exemplum ſiſtunt; de quibus tamen ſupra, quod ſatis eſt, expoſuimus.

### §. 639.

Quod tandem ad *ruſticos* attinet, rariora 1) inter eos ſunt pacta ſucceſſoria, cum bona ſua non optimo iure poſſideant (§. 362. ſq ), adeoque de iisdem nec pacto, ſine domini conſenſu, diſponere queant. Quae autem de *praecipuo* ſ. Voraus, de portione patri decrepito filio curiam cedenti adſignanda [alte Theil, Altvaterrecht] dicenda ſunt, ſupra iam occupauimus (§. 365. 366.).

1) vide tamen Eſtors Beſchreibung einer bäuerlichen Ganerbſchaft im Grunde Breidenbach: T. II. der Klein. Schrift. p. 367 ſqq. J. U. von Cramer vom Minorat bey Bauergütern; P. VII. der Wetzlar. Nebenſt. p. 162 ſqq.

# SECTIO II.

## DE SVCCESSIONE TESTAMENTARIA GERMANORVM.

### TITVLVS I.

### DE SVCCESSIONE TESTAMENTARIA INTER NOBILES.

### §. 640.

Teſtamentorum 1) olim nullus omnino vſus fuit in Germania 2). Mature tamen artibus cleri 3), et introductione iuris peregrini frequentari coeperunt. Facile ergo eſt ad animaduertendum, vniuerſam fere de ſucceſſione teſtamentaria doctrinam ex praeceptis iuris peregrini diiudicari oportere, hodieque adeo teſtamenta eumdem in Germania fauorem 4) experiri; quem ius commune ipſis adſignauit, niſi facultas teſtandi ex rationibus peculiaribus iuris patrii reſtricta eſſe intelligatur 5).

1) SAM. STRYK *de cautelis teſtamentorum.* Hal. 1703. IO. AD. KOPP *de teſtamentis Germanorum iudicialibus et ſub dio conditis, vulgo:* ungehabt und ungeſtabt; *et de origine et vſu teſtamentorum apud veteres Germanos ac differentia inter teſtamenta Germanorum atque Romanorum.* Frf. 1736. H. Müllers hiſtoriſch juriſtiſcher Tractat von den Teſtamenten und letzten Willen, Geſchichten, Ordnungen und Erbverträgen. Hamb. 1750.

2) MATTHAEVS *de paroem. p. 243 ſqq.* GE. CHR. GEBAVERI progr. *de iure ſucceſſionum apud veteres Germanos.* Goett. 1753.

3) KOPP l. c. §. 3.

4) W. H. BRVCKNER ſ. reſp. IO. IAC. DE ZWIERLEIN *de fauore vltimarum voluntatum.* Ien. 1721.

5) IO. CHR. SCHACHER *de reſtricta teſtatoris poteſtate.* Lipſ. 1706. IO. GOTTL. HEINECCIVS *de teſtamenti factione iure germanico arctis limitibus paſſim circumſcripta.* Hal. 1736. IO. IOA. REINECCIVS in diſſ. *Germania ſucceſſionis teſtamentariae quondam ignara, an hodieque et magis faueat.* Vit. 1740.

## §. 641.

Iam licet illuſtribus quoque ac nobilibus teſtandi facultas omnino competat: non eadem tamen conditione cum priuatis vtuntur (§. 70.). Scilicet cum pleraque illuſtrium nobiliumque bona ſint auita, eaque non ex beneficio vltimi defuncti, ſed ex pacto et prouidentia maiorum ad proximos agnatos [Stamms- und Lehensvettern] deuoluantur (§. 555.): ſequitur, poſſeſſorem ſuper his non niſi

ſi agnatorum conſenſu 2) poſſe teſtari, niſi forte ſit vltimus ſuae gentis (§. 555. 625.) vt adeo nec pater filium *exheredare* poſſe videatur, cum filius non ipſius ſed maiorum beneficio ſuccedat. *Super adquiſitis* autem *bonis libera nobilium* quoque *teſtamenti factio* (§. 553.), niſi quod et circa haec pactis familiae (§. 44. ſq.) vel introducta primogenitura (§. 633. ſq.) maioratu (§. 637.) vel minoratu (§. 637.) poſſeſſorum diſponendi facultas ad maiorem familiae ſplendorem ſaepenumero reſtringatur.

1) VLR. AB EVBEN *de teſtamento principis vel comitis S. R. I.* Gieſſ. 1662. *T. II. opp. p. 378 ſq.* GE. AD. STRVVIVS *de teſtamentis Principum imperii.* Ien. 1688. PAVL. GOTH. GAMBS *de teſtamentis Principum ordinandis.* Arg. 1690. H. COCCEII *de teſtamentis Principum.* Frf. 1690. SAM. STRYK *de principe teſtatore.* Hal. 1701. GE. WILH. LVTHER *de teſtamentis Principum.* Alt. 1707. I. H. FELZ *de teſtamentis Principum imperii.* Arg. 1709. EB. SIGISM. WINCOP *de eo quod circa Principis imperii diſpoſitionem teſtamentariam iuſtum eſt.* Erf. 1732. IO. GE. MVHLHAVSE *de teſtamentis Principum.* Marp. 1733 TOB. IAC. REINHARTH *de teſtamento Principis imperii eccleſiaſtici.* Goett. 1741.

2) IO. DAN. STENGER *de vltima voluntate adprobationis et conſenſus indiga.* Erf. 1746.

TITV-

# TITVLVS II.

## DE SVCCESSIONE TESTAMENTARIA INTER CIVES ET RVSTICOS.

### §. 642.

Ciues longe liberiori teſtamentorum condendorum facultate vtuntur, quam nobiles, eorum tamen teſtamenta in cauſſis tantum non omnibus ex regulis iuris communis conficiuntur: ſunt tamen et inter hos quaedam inſtituta teſtandi facultatem reſtringentia. Hinc bonorum hereditariorum (§. 556.) in familia conſeruandorum cauſſa introductum eſt *ius reuolutionis ſ. recadentiae* 1), vi cuius bona ad proximum heredem eius lineae, vnde peruenerunt, regrediuntur, quod teſtamento imminui nequit 2). Eadem de cauſſa *feminae* alibi haud libere teſtantur 3). *Adflictae valetudinis homines* etiamnum in quibusdam territoriis teſtari non poſſunt (§. 203. 204.) quod de *hageſtolziis* quoque dicendum (§. 410.) et ſuo modo de *peregrinis* 4) (§. 217. 222.). Alibi *pubertas teſtamentaria* anno 18. demum contingit 5), vt taceam iure Sleſuicenſi teſtamenta non niſi Principis conſenſu confici oportere 6).

1) GE. HENR. BRÜCKNER *de iure recadentiae.* Erf. 1689. IO. IAC. SORBER *de iure reuolutionis et recadentiae.* Marp. 1755.

2) quod

2) quod de iure Leodienſi, ducatus Iuliae et Montium, Friſiae orientalis et comitatus Marcani probauit SORBER §. *10. p. 13 ſqq.* de Duisburgo vid. LVDOLF *P. 3. obſ. 297.*

3) ius *lub.* II, 1, 14. *hamb.* III, 1. §. 13. 14. 17. IVST. HENN. BOEHMER *de teſtamentis mulierum.* Hal. 1741. *T. IV. exerc. p. 843 ſqq.* IDEM *de prudentia iuris lubecenſis in materia ſucceſſionis teſtamentariae.* Hal. 1708.

4) IO. CHR. VLR. TRESENREVTER *de his qui heredes inſtitui prohibentur.* Goett. 1760.

5) exemplis ex iure auſtriaco, bohemico, Palatinatus ſuperioris, badenſi, palatino electorali, cellenſi, hadelenſi, bremenſi, otterndorſenſi, luneburgenſi, prutenico, ditmarſico, henricopolitano, petitis hoc demonſtrauit IO. HEVMANNVS *de pubertate teſtamentaria Germ.* §. *6. T. I. exercit. p. 3. 4.*

6) vi edicti de 1708. quod adlegat HEINECCIVS cit. diſſ. §. 13.

## §. 643.

Teſtamentorum conficiendorum ſollemnitates iure Romano definitae nullibi quidem abrogatae ſunt. Sunt tamen quaedam Germaniae iura, quae Romanum teſtamenti condendi modum variis tricis implicatum diſſuadent 1). Certe tutiora ſunt quae Germanis perplacuerunt *teſtamenta publica* 2), quae vel priuatim conſcripta in iudicio deponuntur, dato tantum teſtatori inſtrumento depoſitionem legitime factam teſtante [Recognitions-ſchein]; vel praeſente iudice, actuario 3) et neceſſario

neceſſario ſenatorum vel ciuium numero 4) in aedibus teſtatoris, conſignantur, et teſtatori praeleguntur 5).

1) Oberpfälz. L. R. t. 3. Culmb. L. O. t. 9. §. 3. Würtemb. L. R. P. 3. t. 3. Baden. L. R. P. 5. t. 4. Naſſ. L. O. P. 3. c. 2. Solm. P. 2. t. 23. Pfälz. P. 3. t. 3. ref. *francof.* P. 4. t. 1. §. 1. *hamb.* P. 3. t. 1. a. 1. Lüneb. P. 4. t. 1.

2) HENR. CHR. L. B. DE SENKENBERG *de teſtamenti publici origine et ſollemnitatibus extrinſecis ſecundum ius Romanum et patrium.* Goett. 1736. EIVSDEM weitere Ausführung von gerichtlichen Teſtamenten bey den Teutſchen. ibid. 1736. IO. CHR. EALSER *de forma teſtamenti iudicialis externa ex rationibus iuris Romani et patrii.* Gieſſ. 1745. CHR. VLR. GRVPENII obſ. I, *de forma teſtamentorum iudicialium et priuatorum in ſcriptis, et de ſinceritate teſtamentorum ſub teſtificatione actorum ſiue teſtium indubitata fide ſeruanda, vallanda, munienda;* II, *de depoſitione teſtamenti ad acta ex formula conſtitutionis electoralis ſaxonicae.* Hann. 1753. Cramer: ob ein teſtamentum ſoli Conſuli in aedibus eius priuatis, abſentibus ſcabinis et actuario inſinuatum pro valido iudiciali, indeque vitio viſibili carente zu halten? P. 10. der Wetzlar. Nebenſt. *p. 73 ſqq.*

3) IAC. FRID. LVDOVICI *de actuarii praeſentia in actu teſtandi.* SENKENBERG *cit. diſſ. c. 3. §. 12, c. 4.* EIVSDEM weitere Ausführung c. 4. 5. p. 23 ſq. Knorrens rechtl. Abhandl p. 59 ſqq. REINHARTH ad Chriſt. IV, 15.

4) qua de re expoſitis multorum ſtatutorum iuriumque prouincialium locis egregie expoſuit HEVMANNVS T. I. exercit. ſp. 2-7. quem non exſcribo.

5) I. H. BOEHMER *de teſtamento non praelecto.* Hal. 1699. *T. IV. exerc. p. 899-942.*

§. 644.

## §. 644.

Quae reliqua ſunt teſtamentorum et ſucceſſionis teſtamentariae iura, fere omnia ex iure peregrino petuntur. Variae tamen circa *aditionem hereditatis* 1) ſollemnitates paſſim vſu receptae, quas ius peregrinum ignorat. *Heredis inſtitutio* 2), quae ex ſententia iuris Romani caput eſt et fundamentum teſtamenti, ex diſpoſitione quorumdam iurium particularium neceſſaria non eſt 3). *Exheredatio* item praeceptis iuris Romani cenſetur, niſi quod ob non requiſitum conſenſum connubialem parentum liberi *legitima* 4) vel in totum vel ex parte priuari queant (§. 416.).

1) DAN. TERSZTYENSKY *de aditione hereditatis et modo adquirendi hereditatem ex legibus medii aeui.* Frf. et Lipſ. 1759.

2) GERH. HENR. LAMPRECHT *de forma heredis inſtitutionis ex iure germanico, praeſertim Lubecenſi.* Goett. 1760.

3) IO. CHR. VLR. TRESENREYTER *num heredis inſtitutio caput ſit et fundamentum teſtamenti.* Alt. 1759.

4) HENR. CHR. SENKENBERG *de grauamine in legitima Romanis et Germanis vſitato.* Goett. 1738.

## §. 645.

*Ruſticorum* tandem *teſtamenta* rariora ſunt et magis limitata, cum bona ſua non optimo iure poſſideant, atque adeo in condendis teſta-

ſtamentis ad conſenſum domini adſtringantur (§. 365.). Ratione ſollemnitatum et modi conficiendi cum teſtamentis ciuium conueniunt, niſi quod tempore meſſis vel ſi plures teſtes haberi nequeant, quinque teſtes ſufficiant 1); et in quibusdam prouinciis coram parocho et duobus vel tribus teſtibus 2) teſtari poſſint.

1) Notariatsordn. tit. von Teſtam. §. und ſollen. SAM. STRYK *de cautel. teſtam. c. 13. §. 9.* Heineccii vermiſchte Anmerk. p. 293 ſqq.

2) quod de iure *bauarico* v. c. probauit IO. PAVL. KRIEGER *de teſtamento coram parocho et duobus teſtibus.* Alt. 1734. de iure Thuringico, Schaumburgico, Naſſouico cf. HEVMANN *T. I. ſp. 2.* Cölln R. O. t. 1. §. 2. Oſtfrieſ. L. R. II, 211. Hadel. L. R. III, 7. Rehding. L. R. a. 14. Dithmarſ. a. 26. Jülich-Berg R. O. p. 71.

## SECTIO III.

## DE SVCCESSIONE LEGITIMA S. EA, QVAE AB INTESTATO DEFERTVR.

### TITVLVS I.

### DE SVCCESSIONE LEGITIMA ILLVSTRIVM ET NOBILIVM.

### §. 646.

Succeſſionis denique legitimae illuſtrium nobiliumque duplex eſt forma, cum vel ſecundum proximitatem gradus [nach rechter Sip-

Sipzahl; je näher dem Sip, je näher dem Erbe 1)] vel ex praerogatiua lineae ſuccedatur, et hinc *ſucceſſio* in *gradualem* et *linealem* deſcribitur. Haec in caſu primogeniturae, maioratus vel minoratus demum locum habet (§. 633. ſq.), atque adeo non praeſumitur 2); illa vero regulam iuris patrii quoque conſtituit 3).

1) Eiſenharth von Sprichw. p. 156 ſq. p. 260. huc etiam tendit paroemia belgica: het naeſte Lyf; de Mann vor t'Wyf, de outſte op der ſtråten de qua cf. MATTHAEVS *de paroem. p. 243 ſqq.*

2) Pütters Deductionen p. 123 ſqq. p. 147 ſqq.

3) hinc etiam ad nobiles pertinet paroemia: ſo viel Mund, ſo viel Pfund. Eiſenharth p. 261 ſq. GE. FRID. DEINLEIN *dubia quaedam in ſucceſſione ab inteſtato collateralium in capita ſecundum regulam:* ſo viel Mund, ſo viel Pfund. Alt. 1743. CAR. WILH. MAVR. DE BODE *de ſucceſſione gentilitia, vulgo* die Stammsfolge *ratione principatuum, comitatuum et dynaſtiarum I. R. G. ex regula obtinente, ac de effectibus eiusdem eminentioribus.* Goett. 1750.

## §. 647.

Gradualis nobilium ſucceſſio pro diuerſa praediorum auitorum vel adquiſitorum qualitate differt. *In bonis adquiſitis* ſucceſſio vnice ex iure communi diiudicatur, niſi ex pactis familiae alia ſuccedendi ratio placuerit. *In bonis auitis* vero omnes a primo adquirente deſcendentes pro ſuo quisque gradu ad ſucceſſionem vocantur, ſin vero omnes a pri-

mo adquirente deſcendentes exſtincti, feminae admittuntur (§. 630. ſqq.) et, neque his exſiſtentibus, vltimo ſuae gentis (§. 555. 625.) ius de bonis eiusmodi diſponendi competit. *Adſcendentium* 1) *ſucceſſio in bonis auitis vix datur* 2), cum res demum auitae dicantur, quae ab adſcendente ad deſcendentes deuoluuntur. De cetero in multis etiam nobilium familiis vſu receptum eſt *ius optionis* [Köhrrecht, Theilungschur] ex paroemia iuris ſaxonici: *maior diuidit, minor eligit* 3), quae tamen ad fratrum liberos haud extenditur 4).

1) in Auſtria nulla olim adſcendentium fuit ſucceſſio, et fiſcus ipſis praeferebatur. FINSTERWALDER *obſ. II, 119.* WEINGARTEN *faſcic. lib. I. P. 3. p. 65 ſqq.* quod Imp. Carolus VI. conſtit. de S. A. I. de 1720. t. 5. §. 1. mutauit. IO. HEVMANNVS *de genio iuris germ. recte internoſcendo* §. 7. p. 15 *ſq.* BECK *ſpecimen I. iur. publ. auſtriaci* (Vienn. 1750.) *c. 6.* §. *14. p. m. 135.*

2) GE. BEYERI *problema iuris: adſcendentium ſucceſſionem nullam eſſe.* Vit. 1712. in *Volum. diſſ. p. 349 ſqq.*

3) Sächſ. L. R. P. 3. c. 15. GE. BEYER *de prouerbio maior diuidit, minor eligit.* Viteb. 1712. *l. c. p. 296 ſqq.* CHR. GOTTL. BVDER: *maior diuidit, minor eligit, iuris Germano-Saxonici axioma inter illuſtres quoque vſitatum;* in EIVSDEM *amoenit. iur. feud. p. 145 ſqq.*

4) Eiſenharth p. 281 ſqq.

## §. 648.

*Feminarum nobilium* nullam eſſe *ſucceſſionem* in bonis auitis ſupra demonſtrauimus (§. 630.

(§. 630. ſqq.). A ſucceſſione autem quae extincta gente maſculina ipſis tribuitur, omnino differt *ius virginis nobilis, quae gentis ſuae vltima* 1) eſt, [Erbjungfernrecht] *in ducatu Megapolitano* vſitatum, quod ſcilicet in feudis tantum locum habet, et virgini nobili vſumfructum tantum ad dies vitae indulget. Praeter hanc vero gerada potiſſimum feminis competit, de qua et rebus expeditoriis paucis exponemus.

1) Aſſecurationsrevers de 1621. §. 27. p. m. 28 ſq. ERN. AVG. RVDLOF *de natalibus commentitiis iuris vſufructuarii filiarum nobilium in Megapoli.* Roſt. 1738. CHR. NETTELBLADT progr. *de Albertino priuilegio ſucceſſionis feminarum nobilium Megapol. in feudis.* Gryph. 1741. J. H. Baleckens gründl. Abhandlung vom Mecklenburgiſchen Erbjungfernrecht. Roſt. 1762.

## §. 649.

*Gerada* 1) eſt complexus rerum 2) ad ornatum veſtitumque muliebrem pertinentium feminae nobili [adeliche Gerade] vel ciuicae [bürgerliche Gerade], ex hereditate defunctae feminae iure praecipui 3) lege vel obſeruantia debitarum, vt adeo nec res immobiles, nec res mobiles maſculorum ad geradam referantur, cum a feminis tantum relinquatur. Quam filiae, etiam illegitimae capiunt, *plena* dicitur [volle Gerade], quae vero reliquis feminis tribuitur, *minus plena* [Niftelgerade] ad-

adpellatur. Si res geradicae ab vxore prouenerunt, *illata*; ſin maritus vxori easdem donauerit, *accepta* dicitur. Clerici denique cum res expeditorias non capiant, cum feminis ad geradam admittuntur, quae *extraordinaria* 4) nominatur.

1) ad praecipuos de gerada ſcriptores pertinent: ANDR. GOLDBECK *de gerada*. Berol. 1612. IAC. BORN *de gerada*. Lipſ. 1665. GE. AD. STRVVIVS *de rebus geradicis, morgengabicis, cibariis, expeditoriis*. Ien. 1675. GOTH. LVD. MENKEN *de rebus geradicis*. Vit. 1710. Gottfr. Barth ausführlicher Bericht von der Gerade, - Leibgedinge, Morgengabe, Mußtheil, auch ferner vom Heergeräthe. Leipz. 1721. Goth. Aug. Hofmann ausführliche Beſchreibung der Gerade, und des Heergeräths in Ober- und Niederſachſen. Frf. und Lpz. 1733. GE. HENR. AYRER *de rebus geradicis a tutore non alienandis*. Goett. 1754.

2) indicem alphabeticum rerum geradicarum dat Barth p. 163-237. et p. 238 ſqq. eas res quae ad geradam vulgo, ſed perperam referuntur, recenſet.

3) ſi tamen gerada maximam hereditatis partem exhauriat, legitimae imputatur. Sächſ. L. O. P. 3. C. II. IO. GOTH. HARTVNG *de imputatione geradae in legitimam*. Ien. 1713. IO. FLOR. RIVINI progr. *de modo computandi geradam, ſi pater eamdem filiae in legitimam maternam imputare velit*. Lipſ. 1734. in EIVSD. collect. progr. *p. 65 ſqq.* EIVSDEM diſſ. *an vitricus priuignis geradam in legitimam imputare poſſit*. ibid. 1749.

4) MART. LANGE *de ſucceſſione clerici in geradam maternam*. Lipſ. 1708. GOTTL. AVG. IENICHEN *de clerico nepote exule ſucceſſionis in geradam auiae maternae*.

*maternae.* ib. 1730. Knorrens rechtliche Anmerkungen. p. 275 ſqq.

## §. 650.

Rerum geradicarum plenum dominium in feminam tranſit, eaque libere adeo de eadem diſponit; niſi quod mortis cauſſa alienari nequeat 1), neque etiam vxor marito eam donare poſſit 2). Vendi autem poteſt pro pretio etiam minimo ſimulatoque 3). Si femina eam intra annum et diem, a die notitiae, non petit, *praeſcripta* 4) cenſetur, et hereditati imputatur [ſie wird für Erbe gehalten]; ſin vero cognata plane non adſit, *fiſcus* 5) eamdem capit. De cetero cum in definiendis rebus geradicis ſingula Germaniae iure ſtatutaria admodum differant, eaque ſaepenumero magnam hereditatis partem exhauriat, et ad exteros deducat: magno eam legislatores odio proſequuti ſunt 6); eaque de cauſſa hodie in ſola fere Saxonia ſupereſt, et certe extra Saxoniam eius obſeruantia probanda eſt 7); quo factum, vt Saxones quoque *ius retorſionis* 8) ea de cauſſa exerceant.

1) AYRER §. 3. p. 8 ſqq. FRID. GOTTL. SIEGEL *de poteſtate diſponendi vltima voluntate circa geradam in praeiudicium fiſci.* Lipſ. 1751.

2) BENED. CARPZOVIVS *de donatione geradae.* Lipſ. 1651. Sächſ. L. O. P. 3. c. 13.

3) Schaumburgs Sächſ. Recht P. 3. p. 124.

4) IO. FLOR. RIVINVS *de praeſcriptione geradae.* Lipſ. 1719.

5) IO. FLOR. RIVINVS *de ſucceſſione fiſci in geradam.* Lipſ. 1725. Barth. p. 40. F. G. ZOLLER *de poteſtate diſponendi vltima voluntate circa geradam in praeiudicium fiſci.* Lipſ. 1751.

6) vide, ſi lubet, quae de terris brunſuico-luneburgicis dixi in den Hannöv. Beyträgen de 1760. p. 1377 ſq. IO. ANDR. SCHMID *de Helmſtadio per frauenradam adflicto.* Helmſt. 1718. Eiſenharth kleine Schriften T. II. p. 223 ſqq. Steins Einleit. in die Lübiſche Rechtsgel. §. 198. Knorrens Abhandl. p. 252 ſqq.

7) GE. ANDR. IOACHIM *de ſucceſſione geradae iuxta forum domicilii inſtituenda.* Lipſ. 1727.

8) WERNHER *enunc.* 350. Barth c. 2. §. 16. c. 6. §. 14. Eiſenharth von Sprichw. p. 268 ſqq.

## §. 651.

Rebus geradicis opponuntur *res expeditoriae* 1), [Heergeräthe, Heergewette, Herwede]. Scilicet cum olim omnes ingenui ad militiam ſubeundam obligarentur [§. 229. 234.] filiae autem militiae incapaces eſſent: vſus fori filio ingenuo omnes res ad expeditionem ornatumque militarem neceſſarias, excluſa filia, addicebat, filiabus vero geradam, quam diximus, adſignabat. Nouiori demum aetate natura rerum expeditoriarum aliquantum mutata eſt, cum, ceſſante ingenuorum obligatione ad militiam, res veſtitum ornatumque virilem ſpectantes praeſertim inter ciues huc referrentur 2). De cetero hodie nec res expeditoriae filio debentur, niſi vbi ſucceſſio

 filiarum

filiarum in res geradicas probata fuerit 3), cum heergewetta vtplurimum in compenſationem geradae dari ſoleat 4).

1) GE. AD. STRVVIVS *de heergewetta ſaxonica.* Ien. 1662. ABR. KAESTNERI progr. *de equo ad res expeditorias pertinente.* Lipſ. 1739.

2) Knorrens Anmerk. p. 44. PVFENDORF obſ. I, 90.

3) IO. MOELLER *de iure ſuccedendi in rebus expeditoriis vulgo* Heergewette. Erf. 1646. GE. WERNER *de iure ſuccedendi in rebus expeditoriis et vtenſilibus.* Helmſt. 1654. CASP. MATTH. MÜLLER *de eo quod iuſtum eſt circa ſucceſſionem heergeweiticam in Pomerania orientali.* Roſt. 1710.

4) ratione iuris exigendi et praeſcriptionis cum gerada conueniunt. Barth c. 8. §. 20. *De praeſtatione heergewettae domino directo facienda* eleganter, vt omnia, expoſuit BVDERVS in *obſ. p. 92 ſqq.*

§. 652.

Iam quod ad *obligationem heredis* 1), praeſertim nobilis attinet; ratione bonorum adquiſitorum ad praeſtanda facta defuncti omnino obligatur; in bonis vero auitis non item. Cum enim horum poſſeſſio non ex beneficio vltimi defuncti, ſed ex pacto et prouidentia maiorum ad heredem perueniat, neque etiam poſſeſſor ſine conſenſu agnatorum praedium alienare aut aere alieno onerare poſſit: ſequitur, heredem, non niſi ex conſenſu ſuo ad facta defuncti, praeſertim aes alienum, praeſtanda obligari [§. 555.] 2).

 1)

1) FRID. GERDES *de obligatione ſucceſſorum*. Gryph. 1682. *T. II. oper. p. 686 ſqq.* H. COCCEII *de obligatione ſucceſſorum*. Heidelb. 1685 CASP. MATTH. MÜLLER *de obligatione ſucceſſoris feudalis ex facto anteceſſoris*. Roſt. 1692 GE. BEYER *de obligatione ſucceſſoris illuſtris*. Vit. 1714. in *diſſ. p. 326 ſqq.* IO. PETR. DE LVDEWIG *de obligatione ſucceſſoris in principatus et clientelas*. Hal. 1714. IVST. GE. CHLADENIVS *de obligatione ex facto praedeceſſoris*. Vit. 1725. BENED. BREMERI diſſ. *num debita feudalia a vaſallo ſoluta heres allodialis a ſucceſſore in feudo repetere poſſit?* Goett. 1741. J. J. Reinhard: ob und wie weit nach natürlichen und alten teutſchen Rechten ein Erbe ſchuldig ſey, des Erblaſſers Verpflichtung zu erfüllen? in der kleinen Ausführ. *P. II. p. 357 ſqq.* I. VLR. CRAMER *de obligatione ſucceſſoris in territoriis Germ. T. IV. opuſc. p. 386 ſqq.*

2) CARPZOVIVS P. 3. c. 33. BOEHMER Vol. II. P. 1. conſ. 711. Hommels acad. Reden über Maſcovs Lehnrecht p. 323 ſqq.

# TITVLVS II.

## DE SVCCESSIONE LEGITIMA CIVIVM ET RVSTICORVM.

### §. 653.

Succeſſio ab inteſtato ciuium 1), niſi communionem bonorum coniugalem exceperis (§. 468 ſqq), fere omnis ex iure communi peregrino deriuatur. Hinc *maſculorum et feminarum eadem ſuccedendi ratio*, niſi quod in terris Germaniae ſeptemtrionalibus quaedam priſtini iuris inaequalitatis veſtigia paſſim remanſe-

manſerint 2). Ordinarie ergo adſcendentes 3), deſcendentes et collaterales 4), eo, quem ius commune ſequitur, ordine ad ſucceſſionem vocantur.

1) SAM. STRYK *de ſucceſſione ab inteſtato.* Frf. 1669. Hal. 1719. 1733. IO. WILH. DE GOEBEL *de ſucceſſione ab inteſtato ex iure naturali, ciuili et ſtatutario.* Helmſt. 1737.

2) hinc dupla portio filio adſignatur iure fleſuicenſi, ſcanico, iutico, flensburgenſi, eicklenfordenſi, huſumenſi, eiderſtadenſi, nordſtradenſi, femarienſi, quod latius probauit F. C. CONRADI ſ. potius auctor reſp. IO. CAR. HENR. DREYER *de inaequali maſculorum et feminarum ſecundum iura cimbrica ſucceſſione.* Helmſt. 1744. *p. 62 ſqq.*

3) Iure ſaxonico (I. P. S. I, 17.) et wirceburgenſi (L. G. O. P. 3. t. 8.) liberorum hereditas ſolis parentibus, excluſis fratribus, cedit, quod vocant den Schooßfall; vnde orta eſt paroemia; das Kind ſ. Erbe fället wieder in der Mutter Schooß. Eiſenharth p. 256 ſq. PISTORIVS cent. I. par. 80. IO. FLOR. RIVINVS *de ſucceſſione matris ex ſtatuto Budiſſinenſi,* vom Schooßfall. Lipſ. 1735.

4) IO. GOTH. KRAVSE *de fratre vnilaterali defuncti materteram in terris iuris ſaxonici communis a ſucceſſione excludente.* Vit. 1735. PVFENDORF obſ. III, 201.

## §. 654.

Circa ſucceſſionem collateralium agnatorum [Schwertmagen] cognatorumque [Spillmagen 1)] celebris nata eſt controuerſia de *praerogatiua duplicatis vinculi* 2) [die volle Geburt,

burt, das volle Band, vollbürtige Verwandten] prae illis qui ex vno tantum latere defuncto iuncti ſunt [das halbe Band, die halbe Geburt, halbbürtige Verwandten], praeſertim an haec praerogatiua vltra fratres fratrumque liberos extendenda ſit. Enimuero cum omnis haec duplicis vinculi praerogatiua ex iure Romano deriuanda ſit, neque etiam paroemia: die halbe Geburt trit um einen Grad zurück, vltra fratrum liberos extendenda ſit 3), cum leges Germaniae particulares 4) id non velint, nec paroemiae legibus et obſeruantia haud roboratae ius faciant (§. 66.): verior videtur et iuri conſentanea eorum ſententia, qui vlteriorem huius praerogatiuae extenſionem negant, eamdemque in fratrum liberis ſubſiſtere contendunt 5).

1) ſuper hac denominatione omnino conferri debet GE. CHR. GEBAVERI praefatio *de agnatorum et cognatorum nominibus germanicis* Schwertmagen *et* Spillmagen; praemiſſa IO. ANDR. HANNESENII commentationi *de computatione graduum.* Goett. 1736.

2) Vniuerſa haec quaeſtio his potiſſimum ſcriptis ventilata: Herm. Ge. Krohns Verſuch der Lehre von dem Vorrecht der vollen Geburt vor der halben in Erbſchaftsſachen. Lübeck 1746. (J. C. Backmeiſters) Widerlegung des Verſuchs. Lübeck 1748. H. G Krohns weitere Ausführung des Verſuchs rc. ib. 1748. quae ſcripta eriſtica coniunctim prodierunt hoc titulo: Abhandlung von dem Vorrechte cet. Lübeck 1748. 4. C. F. WINKLER *de fundamento praelationis, qua iure Lubecenſi gaudent in ſucceſſio-*

*ſucceſſione libero fratrum germanorum prae fratribus vnilateralibus.* Kil. 1762.

3) PVFENDORF obſ. I, 85. Eiſenharth p. 263 ſq.

4) Mecklenb. P. O. p. 250. Naſſ. L. O. p. 129. ius *hamb.* III, 3, 16. *mindenſ.* II, 2, 10. *cellenſ.* t. 15. Otterndorf. Weichb. a. 10. Hadler. L. R. P. 3. t. 15. Lüneb. P. 5. t. 4. conſt. *marchica* Ioachimi I. de ſucceſſ. t. 6. ſ. 3. §. 5. t. 7. §. 1. Heßiſch. G. O. 1497. c. 43. Sächſ. L. O. P. 3. c. 18. ref. *norica* P. 3. t. 35. a. 8. *wormat.* P. 4. lib. 4. t. 1. §. vlt. *francof.* P. 5. t. 3. a. 8. CASP. A RHEDEN *diff. iur. rom. et bremenſ. in ſucc. ab int. ſ.* 4. §. 14 *ſq.* Steins Einleitung in die Lüb. Rechtsgel. §. 195. ENGELBRECHT obſ. 60.

5) PVFENDORF obſ. II, 192. 193. Cramer: ob und wie weit die volle Geburt vor der halben ein Vorrecht bey der Erbfolge habe? P. 6. der Wetzlar. Nebenſt. *p.* 84-142.

## §. 655.

Ad *ruſticorum ſucceſſionem* 1) legitimam quod attinet; friſaſſi (§. 368. ſqq.) eodem fere in ſucceſſione cum ciuibus iure vtuntur. Quod autem reliquas ruſticorum claſſes ſpectat, alii aut iure hereditario plane non vtuntur, aut admodum variante, cum modo primogenitus modo minor curiam nanciſcatur, aut quem dominus maxime idoneum iudicauerit, qua tamen de re ſupra quod ſatis eſt, expoſuimus 2) (§. 361. ſq.).

1) STRVBE *de iure villicor. c.* 8. §. 3 *ſqq. p.* 291 *ſqq.* GOEBEL *de iure et iudicio ruſticor. c.* 4. §. 14. *p.* 226 *ſqq.*

2) PV-

2) PVFENDORF *obſ. I, 83. 84. 91. II, 25. 26. 63. 70. III, 182.*

## §. 656.

Si *adquiſitionem hereditatis* pacto, teſtamento vel lege delatae ſpectaueris, *iure* quidem *antiquo* et medio *poſſeſſio ipſo iure in heredem tranſibat* 1) quo etiam paroemia: *le mort ſaiſit le vif* ſ. der Todte erbet dem Lebendigen 2) collimat. Introducto autem iure peregrino iuri antiquo in plurimis Germaniae regionibus ita derogatum, vt niſi haec iuris priſci patrii particula ſingulari ſtatutorum legumque prouincialium diſpoſitione conſeruata eſſe probetur 3), merito pro iure Romano praeſumatur 4), atque adeo *adprehenſio poſeſſionis* 5) omnino neceſſaria eſſe videatur.

1) H. HAHN *de tranſitione poſſeſſiones in heredem.* Helmſt. 1655. CAR. AD. BRAVN *de poſſeſſione ipſo iure in heredem tranſeunte ſecundum ius Romanum et germanicum.* Erl. 1744.

2) Eiſenharth p. 300. ſqq.

3) quod de vrbe *Colonienſi* contendit LVDOLF P. 2. O. 215. p. 626. de *iure lubecenſi* Steins Einleit. §. 139.

4) IO. FRID. WAHLII bina programmata: 1) *doctrina iuris Romani de poſſeſſione, et quo ſenſu illa in heredem ipſo iure tranſire negatur.* 2) *an ſtatuto lege vel conſuetudine effici ſiue aperte, ſiue vere, ſiue tacite et ficte queat, vt ſine corporali adprehenſione poſſeſſio in heredem tranſeat ſecundum leges,*

*leges, mores et conſuetudinem Germanorum.* Goett. 1747. REINHARTH *ad Chriſt. I, 84. IV, 32.*

5) SIM. PETR. GASSER *de apprehenſione poſſeſſionis.* Hal. 1731.

## §. 657.

Si denique legitimus heres non adſit, aut ad hereditatem admitti nequeat: *bona* dicuntur *vacantia*, quibus in Germania quoque *fiſcus heres* exſiſtit; quod ius fiſci cum ſoli Principis perſonae cohaereat, mediatis ciuitatibus, etiamſi iure Lubecenſi ſint ornatae, tribui nequit, niſi priuilegium vel obſeruantiam in ſui fauorem probauerint [§. 306.] 1).

1) praeter ſcriptores, quos ad §. 306. adlegauimus, adhuc conſulendi: IO. ERN. SPIELMANN *de fiſci ſucceſſione.* Arg. 1714. PVFENDORF obſ. III, 14. ENGELBRECHT obſ. 79.

LIBER

# LIBER V.

# DE RE IVDICIARIA GERMANORVM.

## CAPVT I.

## DE DIVERSIS IVDICIIS GERMANORVM ET SPECIEBVS IVRISDICTIONIS.

### §. 658.

Iurisdictio et iudicia, in quibus cauſſae ciuium Germaniae diſcutiuntur admodum differunt cum pro diuerſitate conſtituentis, aut eorum, qui iisdem ſubiecti ſunt, tum vero pro diuerſa cauſſarum coram iudice diſceptandarum ratione, et finibus etiam, intra quos exerceri debet iurisdictio. De ſingulis videbimus 1).

1) H. CONRING *de iudiciis reipublicae germanicae.* Helmſt. 1644. I. H. BOCRIS *de indole ac natura iudiciorum Germaniae tam antiquorum quam recentiorum ad ſtatum iuris publici moderni ſuccincte explicata.* Bamb. 1749. GE. CHR. GEBAVERI progr. *de iudiciis veterum Germanorum ad Tac. c. 12.* Goett. 1754. LVDOLF *P. I. obſ. 99. 108.* PVFENDORF *obſ. III, 215.* ENGELBRECHT *obſ. 66.* BVDERI *obſ. p. 117 ſqq.*

§. 659.

## §. 659.

Ipſa *iurisdictio* 1) generatim ſumta Germanis eſt poteſtas lites ſubditorum cognoſcendi et decidendi; quae ipſa vox adeo in Germania ample adhibetur, vt cuiuscumque generis cauſſas in ſe comprehendat; qualicumque modo litigioſas, quin etiam facultatem certis actibus publicam auctoritatem interponendi, quam *iurisdictionem voluntariam* 2) adpellare ſolent. Quid? quod cauſſae etiam ad politiam pertinentes aliquando hac ſignificatione continentur (§. 49.).

1) Iurisdictionis germanicae doctrinam vtiliſſimam generatim explicatam dederunt:

CHR. THOMASIVS *de iurisdictionis et magiſtratuum differentia ſecundum mores Germanor.* Hal. 1703.

HENR. HILDEBRAND *de iurisdictione vniuerſa ſecundum mores hodiernos compendioſe conſiderata.* Alt. 1714.

GE. CHR. GABAVER *de iurisdictione ſecundum doctrinam Romanorum eiusdemque doctrinae in Germania vſu.* 1729. 1733.

IO. PAVL. HOETTEL *de antiqua ac hodierna forma iurisdictionis.* Alt. 1737.

FRID. ES. PVFENDORF *de iurisdictione germanica.* Lemgou. 1740. 8.

IO. LEONH. HAVSCHILD Gerichtsverfaſſung der Teutſchen, wie ſolche vom achten bis zum vierzehnten Saeculo üblich geweſen. Leipz 1741. 4.

2) A. F. GLAFEY *de iurisdictione voluntaria extra territorium non exercenda.* Lipſ. 1719.

CHR. GOTH. HOFFMANN *de origine iurisdictionis voluntariae ex principiis iurisprud. Rom. et vſu Germaniae.* Frf. 1727.

## I. DE VARIIS IVRISDICTIONIS SPECIEBVS PRO DIVERSITATE EAMDEM EXERCENTIVM.

### §. 660.

Iam ſi iurisdictionis ſpecies pro perſonarum eamdem exercentium diuerſitate indagentur: exercetur illa in ſingulis territoriis vel ab ipſo Principe, vel a ſubditis. Illa partem ſuperioritatis territorialis continet 1); et *iurisdictio ſublimis* vocatur, vi cuius *Princeps* interdum ipſe *ex plenitudine poteſtatis* 2) ſententiam ferre et litem decidere poteſt.

1) R. A. 1555. §. 40. HERTIVS *de ſuperioritate territoriali* §. 2.

2) MART. SCHRADER *de ſententiis ex plenitudine poteſtatis latis*, von Machtſprüchen. 1708. Struvens Nebenſt. T. V. p. 83 ſqq.

### §. 661.

Haec iurisdictio ſublimis, vi iuris territorialis exercenda, olim ſolius erat Imperatoris 1), a quo, tamquam fonte, omnis ſtatuum iurisdictio permanauit; cum ipſa nempe territoriali poteſtate in ſtatus imperii tranſiens: quae olim variis titulis, feudo 2), locatione 3), aduocatia 4) cet. transferri ſolebat.

1) CAESARINVS FVRSTENERIVS von des Kayſers Jurisdiction. 1747. *elem.* mea *hiſtor. iuris* §. 336. 337.

2) CHR. GOTTL. BVDER *de feudo iurisdictionis.* Ien. 1743.

3) GOTTL. AVG. FRANKENSTEIN *de locatione iurisdictionis.* Lipſ. 1728. IO. GOTTL. HEINECCIVS de eod. arg. Hal. 1738.

4) PVFENDORF l. c. P. II. ſ. 3. c. I. p. 293 ſqq.

## §. 662.

Emendata in Germania aliquantum re iudiciaria imperii 1), ſtatus ad imitationem iudiciorum imperii in ſuis etiam territoriis idem tentauerunt, et hinc conſtituta ſunt iudicia aulica ſ. curiae prouinciales, conſenſu plerumque ſtatuum prouincialium ordinandae 2), cancellariae, regimina, Hofgerichte, Canzleyen, Regierungen, quibus nempe cauſſae per omnem prouinciam diſceptandae permitterentur. His ſuperaddita *ſuprema tribunalia*, ad quae iis in regionibus prouocatione certatur, quarum principes priuilegio de non adpellando inſtructi ſunt 3), quaeque adeo in locum iudiciorum imperii ſupremorum ſurrogantur.

1) H. C. SENKENBERGIVS in diſſ. *hiſtoria et iurisdictio auguſti cameralis iudicii.* Gieſſ. 1743. H. B. BLVM *de iudicio curiae imperialis germanico.* Frf. 1745. 4. F. W. TAFINGER *de ſuprema in imperio R. G. iurisdictione.* Tub. 1753. BVDER in *ſymmict. p. 44 ſqq.*

2) IO. NIC. HERTIVS *de conſultationibus, legibus et iudiciis in ſpecialibus imperii R. G. rebuspublicis.* VOKEL *de curiis prouincialibus ſaxonicis.*

c. v. GRVPEN obſ. I. *de origine et progreſſu iudiciorum curiae ſ.* der Hofgerichte *in terris brunſuicenſibus* p. 523 ſqq. IDEM obſ. II. von den Landtingen und Landgerichten p. 653 ſqq. PVFENDORF *obſ. I, 71.* ENGELBRECHT *obſ. 45.*

3) PVFENDORF *de priuilegiis ſpeciatim de iure de non adpellando.* (Hanou. 1730. 8.) c. 2. §. 118. p. 184 ſq. de cellenſi REINHARTH I, 15.

## §. 663.

Haec ſane iudicia cauſſas per omne territorium litigioſas diſcutiunt (§. 444.). Sed in ſingulis etiam territorii partibus iudicia adornantur, et *in vrbibus* quidem ſenatui plerumque iurisdictio beneficio principis ceſſit (§. 301. ſqq.) non tamen eadem vbique ratione. *Aliae* enim vrbes *ſolae* hanc iurisdictionem exercent, et quidem vel omnem, vel partem eius aut ſpeciem; aliae concurrente cum principibus iure, aduocato nempe ſ. Stadtvogt aut ſculteto ſ. Gerichtſchulzen 1) inſtructae. Deinde aliae habent ſeparatum ſcabinorum 2) collegium ſ. Schöffengericht, vt innumeras differentias alias taceam, ex iure publico ſpeciali S. R. I. diiudicandas.

1) CHR. SPECHT *de ſcultetis et ſcabinis.* Vit. 1736. PVFENDORF obſ. I, 45.

2) FRID. BRVMMER *de ſcabinis.* 1662. in *opuſculis* a GE. BEYERO 1712. 8. editis p. 263 ſqq.

§. 664.

## §. 664.

*Ruri* denique iuriſdictionem principis nomine exercent praefecti 1) et reliqui officiales ſ. Beamten, quibus praeter exactionem rerum dominicarum ius quoque plerumque competit, cauſſas ruſticorum litigioſas cognoſcendi ac decidendi pro ratione officii ipſis demandati, aliisque perſonis ſubordinatis plerumque ad eam rem inſtructi 2).

1) MYLER AB EHRENBACH *in hyparchologia ſ. de officialibus et magiſtratibus.* Stutg. 1678. 4.

2) IO. PAVL. KRESS *de iure officiorum et officialium.* Helmſt. 1732. LEYSER ſp. 70. m. 2. 3.

## §. 665.

Altera ſpecies iuriſdictionis eſt, quam ſubditus exercet in ſubditum, quo potiſſimum pertinet *iuriſdictio patrimonialis*, quam nobiles praeſertim ruri exercent, et quaſi partem patrimonii habent (§. 290. 304.) et in cuius oppoſitione ea, quam ipſi principes in perſona officialium exercent, *adminiſtratoria* denominari ſolet; de qua tamen ſupra quod ſatis eſt, expoſuimus (§. 289. ſqq.).

## §. 666.

Iam ſi pluribus iudiciis eadem competat *iuriſdictio*, tum illa *concurrens* 1) vocatur, quo

 caſu

caſu *praeuentioni* 2) locus eſt, vt qui primus actum iudicialem in cauſſa litigioſa exercuerit, totius cauſſae diſceptationem merito ad ſe trahat, indeque *fori praeſcriptio* naſcatur 3).

1) H. COCCEII *de concurſu plurium iurisdictionum.* Heidelb. 1684.

IO. PHIL. MELCHIOR *concurrentium iurisdictionum labyrinthus.* Gieſſ. 1682.

TOB. IAC. REINHARTH *de duarum vel plurium iurisdictionum in vna eademque cauſſa conflictu.* Erf. 1732.

2) IO. STEPH. PÜTTER *de praeuentione atque inde nata fori praeſcriptione tum generatim, tum in ſpecie quod ad auguſta imperii tribunalia attinet.* cum praefat. IO. GE. ESTORIS *de iurisdictionis ſupremorum imperii tribunalium anteoccupatione.* Marp. 1744.

3) PÜTTER l. c. c. 6. §. 97 ſqq. p. 41 ſqq. CRAMER *obſ. T. I. obſ. 320. 322. T. II. obſ. 508.*

## II. DE VARIIS IVRISDICTIONIS SPECIEBVS PRO DIVERSITATE PERSONARVM, IN QVAS EXERCETVR.

### §. 667.

Huius diuiſionis ſumma haec eſt, quod iurisdictio vel in ſubditos vel non ſubditos exerceatur. Quod ad non ſubditos attinet, illi quidem ex duplici ratione alienae iurisdictioni ſubiici poſſunt, vel quia peregrini ſunt, et ſic

ſic pro ſubditis temporariis habentur vel quia iurisdictionem prorogarunt.

## §. 668.

*Peregrinorum* 1) cauſſae in patria noſtra inſignem habent fauorem, quia impium videbatur, ipſos longae liti immergere, eamque ob cauſſam reciſis omnibus litium ambagibus breui, quantum fieri poteſt, tempore 2) terminantur, quod vocant Germani das Gaſtrecht, et alicubi ſingulare eam in rem iudicium ſ. das Gaſtgericht 3) ordinatur.

1) AVG. BALTHASAR *de iure peregrinorum ſingulari circa proceſſum germ. vulgo in ſenſu eminentiori* Gaſtrecht *appellato.* Gryph. 1742.

2) IVST. GE. SCHOTTELIVS *de ſingular. et perantiq. in Germ. iurib.* c. 15. p. m. 359 ſqq.

3) F. W. PESTEL in diſſ. *iuſtitia et benignitas legum germ. erga peregrinos examinata.* Rint. 1754.

## §. 669.

*Prorogatio* 1), qua item efficitur, vt in non ſubditum ius dicatur, ſi neceſſariam excipias, quae reconuentionem continet, analogiae iuris germanici contraria eſt 2), cum ſubditi non poſſint non eo ipſo iura principis, in magiſtratuum perſona imminuere, quandocumque iudicem competentem praetergreſſi alieno ſe iudici ſubiiciunt 3), eamque

ob cauſſam haec prorogatio etiam multis ſtatutis prohibita eſt.

1) io. vlr. cramer *de prorogata iurisdictione.* Marp. 1737.

2) schilter ex. VI. §. 23.

3) gebaver *de iurisdictione.* c. 2. §. 7. p. 72 ſqq. ius *hamb.* I, 12, 2. *lub.* 5, 2, 4. 5. cf. ge. beyer *de iurisdictione incompetentis iudicis in non ſubditos per prorogationem fundata.* Vit. 1712. in *Vol. diſſ.* p. 370 ſqq.

## §. 670.

Interim haec non efficiunt, quo minus quis arbitrum 1) aut ſuperarbitrum [Obmann] 2) eligere poſſit etiam iudicem extraneum, cum eius electione neque contemtus iudicis ordinarii contineatur, neque etiam principis iura imminuantur, cuius nempe maieſtas inde non laeditur.

1) ivst. dav. zvfall *differentiae arbitrorum Romanorum et Germanicorum. occ. R. I.* de 1594. §. 64. Marp. 1748.

2) ge. lvd. boehmer *de ſuperarbitris ex iure Romano, canonico et germanico.* Goett. 1744.

## III. De diversis ivrisdictionis speciebvs pro diversitate cavssarvm.

## §. 671.

Si ipſas cauſſas in iudicium deducendas ſpectes, innumerae fere iurisdictionis ſpecies in-

inde oriuntur. Summa quidem diuiſio haec eſſe videtur, quod *cauſſae* aliae ſint *publicae* ſ. nexum imperantis et ſubditorum concernentes, aut *priuatae*, quae priuatos tantum inter ſe contingunt. Illae plerumque conſtitutis eam in rem *commiſſariis* dirimuntur 1), qui ſi iureiurando obſtricti ſunt Principi, ab eodem hanc ad cauſſam liberari ſolent. Hae ſuis quaeque iudiciis relinquuntur.

1) RVTGER RVLAND *de commiſſariis et commiſſionibus camerae imperii.* Frf. ad Moen. 1579. 4. cf. (P. C. von Zinckh) Beweis, daß ein Landesfürſt, beſonders in Bremen, nicht ſchuldig ſey, in Proceſſen mit Unterthanen, durch ſeine Amtsadvocaten die Klage bey den Stadt- und Erbgerichten anhängig zu machen; mithin dem foro rei ſitae zu folgen. Stade 1756. IO. MICH. SEIFFERHOLD *de commiſſionibus aulicis.* Alt. 1696.

## §. 672.

Porro aliae cauſſae ſaeculares ſunt, *eccleſiaſticae* 1) aliae. Eccleſiaſticae habentur eae omnes, quibus reſpectus aliquis ſanctitatis ineſt, aut quae ipſam religionem directe vel per indirectum concernunt 2), quod vltimum locum habet, ſi perſonam clerici contingunt. Horum diſcuſſio *Conſiſtoriis* inter Proteſtantes potiſſimum relinquitur 3), vt tamen principi liberum ſit, cauſſam aliquam eius iurisdictioni ſubtractam ad iudicia ſaecularia ablegare, quae tamen res magis ad iuris canoni-

ti et iurispublici eccleſiaſtici diſciplinam pertinet.

a) G. L. BAVDIS *de indole cauſſarum eccleſiaſticarum et de fundamentis earumdem.* Lipſ. 1735.

b) C. WILDVOGEL *de competentia conſiſtoriorum euangelicorum in primis inferiorum in prouinciis electoratus ſaxonici.* Ien. 1714. HILDEBRAND c. 4. §. 6. 7. p. 35 ſqq.

c) CHR. FRID. PLATTNER *oeconomia iuris conſiſtorialis.* Goslar. 1715. 4. PVFENDORF I, 166. III, 97. 98. 99. Pütters Deductionen p. 175 ſqq.

## §. 673.

Saeculares in ciuiles denuo et criminales deſcribuntur. *Iurisdictio* nempe *ciuilis baſſa ſ. inferior* 1) eſt, quae cauſſas ciuium non criminales concernit, *criminalis* vero, die Cent 2), Fraiß ſ. Fraißlichkeit, ſ. *alta* et *ſuperior*, hohe Gerichte, Obergerichte ius comprehendit in delicta ciuium inquirendi eademque puniendi. Ceterum ſicut huius iurisdictionis criminalis infinitae numero ſpecies ſunt 3), ita potiſſimum circa poenarum infligendarum diuiſiones et rationem, differentiae impenſe multae adlegantur 4).

1) GE. ENGELBRECHT *de iurisdictione alta et baſſa.*

2) H. LINKE *de centena.*

I. C. HALLWACHS *de centena illimitata ſ. territoriali.* Frf. 1746.

GE. LVD. BOEHMER *de centena ſublimi ſpeciatim in Landgrauiatu Haſſo-Darmſtadino eiusque vicinia.* Goett. 1749.

3) 10.

3) IO. PAVL. KRESS *de variis iurisdictionis criminalis in Germania generibus.* 1730 1750. Meiſters Abhandl. des peinl. Proc. P. I. p. 38 ſqq.

4) HILDEBRAND c. 6. p. 42 ſqq. PVFENDORF *de iurisdictione germanica.* P. 2. ſ. 2. c. 2. p. 177 ſqq. et potiſſimum §. 14 ſqq. p. 191 ſqq. EIVSDEM obſ. II, 57.

## §. 674.

Ciuilis iurisdictio cum denuo vel cauſſas iuſtitiae inter ciues controuerſas vel eas comprehendat, quae ad politiam pertinent, (§. 49.) ipſae cauſſa inde ſunt Regierungs-Policey- und Juſtitzſachen 1), et pro hac ipſa diuerſitate in diuerſis etiam iudiciis tractantur, et hinc cauſſae politiae in iudiciis etiam politiae ſ. Policeygerichten pertractantur, cuius tamen rei cum inextricabiles adhucdum difficultates 2) exſiſtant, easdem a principe decidi omnino praeſtaret.

1) D. G. STRVBE Unterricht von Regierungs- und Juſtitzſachen. Hildesh. 1733. 4.

2) GE. CPH. SCHREIBERI diſſ. *de cauſſarum politiae et earum quae iuſtitiae dicuntur, conflictu et differentia.* Goett. 1739. REINHARTH *obſ. ad Chriſt.* II, 9. 99. ENGELBRECHT obſ. 5. p. 61 ſqq. HEVMANNI *initia p. 431 ſqq.* Moſers Nebenſt. p. 434 ſqq.

## §. 675.

Cauſſae ciuiles ſ. iuſtitiae denuo infinitis modis variant, cum nempe aut ex ſingulari per-

perſonarum qualitate et priuilegio aut propter earum frequentiam ad ſeparatum aliquod iudicium ablegentur, qua vltima in cauſſa illud potiſſimum notandum eſt, tot fere plerisque prouinciis ſeparata eſſe iudicia et iurisdictionis adeo ſpecies, quot diuerſa inſtituta ſunt, quorum aut frequentia aut praeſtantia ſingularem omnino diſcuſſionem, a iudicis ordinarii iurisdictione ſeparandam, meretur. Nos potiſſima tantum memorabimus.

## §. 676.

In iis iudiciis, quae ob ſingularem perſonarum conditionem ordinata ſunt, eminent militaria, et nata inde *iurisdictio militaris* 1). Et haec quidem comprehendit ius cauſſas militum, qua talium, praeſertim criminales cognoſcendi et decidendi, quae admodum pro diuerſa militis agentis aut delinquentis, loci, vbi contrahitur aut commiſſum eſt delictum, diuerſitate variant 2).

1) io. steph. danke kurzer Entwurf des Kriegsrechts. Frf. ad Viadr. 1725. 4. Impenſe auctum prodiit ſub titulo: G F. Müllers Königl. Preuſſiſches Kriegsrecht. Berlin 1760. 8.

f. a. g. gnüge gründliche Anleitung zum Kriegsrecht. Jen. 1750. 8. lib. III. p. 349 ſqq.

io. ge. lavrentii Abhandlung von den Kriegsgerichten der alten Teutſchen, beſonders in Anſehung der peinlichen Gerichtbarkeit, von den älteſten Zeiten bis zu dem zehnten Jahrhundert. Gotha 1753.

EIVS-

EIVSDEM gründliche Abhandlung von der Kriegsgerichtbarkeit in peinlichen Fällen. 1742. 4.

EIVSDEM Abhandlung von den Kriegsgerichten zu unſern Zeiten, beſonders in Anſehung der peinlichen Gerichtbarkeit. Altenb. 1757. 8.

2) IDEM von den Kriegsgerichten. P. I. c. 3. 4. 5. ENGELBRECHT *obſ. 13. 75. 76.* Knorre Abhandl. p. 210 ſqq.

## §. 677.

Cum cauſſis militaribus, ſaltem ſi originem rei ſpectes, adfinitatem aliquam habent *cauſſae feudales* 1), quae olim in *iudicio parium curiae* [Mannengericht] 2) iudicabantur, hodie 3) tamen plerumque 4) *in curiis feudalibus* diſceptari ſolent 5), et ſi non adeo frequens ſit in prouincia aliqua feudorum cauſſa, iudicio ordinario diſceptandae committuntur.

